

179
243

6
A

Dv 1413 1622

ULB Düsseldorf



+4173 694 01

N. 7.

Georg August Burger 42
Kaufmann in Lint.

1856.

~~Georg August Burger 42~~
~~Kaufmann in Lint.~~
1862



200

17

17. 11. 17

17. 11. 17

17

17. 11. 17

17. 11. 17

17



PHAR MACOPOEIA

AVGVSTANA

Jo: Michaelis Pisonii Med. & Ch. M. D.

Iussu et auctoritate

Amplissimi Senatus

A Collegio Medico rursus

recognita, nunc septimum

in lucem emissa.

SALOMON.

MITHRADATES.



AVGVSTAE VINDELICORVM ANNO MD CXXII.

Lucas Relian. Aug. sculpsit



PHARMACOPŌIA
 AVGVSTANA
 Jussu et auctoritate
 Amplissimi Senatus
 A. C. 1687. edita
 in officina
 Joh. G. Neubergeri





NOBILITATE

ET

PRVDENTIA

CLARISSIMIS VIRIS

IOANNI IACOBO

REMBOLDO,

HIERONYMO IM

HOF F.

AUGVSTÆ VIND.

DVVM VIRIS PRÆF.

SEPTEMVIRVMQ;

COLLEGIO AM-

PLISSIMO.



SI QV IDEST IN REPVBLI
câ, quod ad eam vel conseruandam, vel exornan-
dam facit PATRES Amplissimi, id certè est com-
munis fortunę ac publicę salutis studium, ciuium
sospitate gaudens; eius enim beneficio subditi non
modò persistunt integri, vitamq̃ue à morbis, præ-
sertim verò contagiosis, qui non rarò vrbibus, sæ-
pè etiam integris regnis ac nationibus funesta excidia moliuntur, ali-
enam, liberam, ac immunem degunt, sed etiam eorum valetudini ca-
confertur tutela, vt si quispiam in morbi cuiuscunq̃ue calamitates in-
ciderit, commodis ad reparandam salutem præsidijs non destituatur;

vnde his morborum leuamen, illis firma valetudo præstatur; quæ quidem ad ciuium conseruationem publicamq; incolumitatem quam maximè expetuntur.

Eum in finem maiores uestri laudabili sanè instituto, ac imitando planè exemplo, non modò tot, tamq̃ue diuersa in Vrbe hac Nosocomia extrui curarunt, eaq̃ue liberali dote atq; munificentissimâ dexterâ locupletârunt, peritissimos his Medicos & Chirurgos amplis stipendijs conductos præficientes, qui ægrorum ibidem commorantium valetudini prospicerent; sed etiam quales hi qui medicamenta præstarent, & qualiter Officinæ Pharmaceuticæ ex quibus hæc ipsa petuntur, instructæ essent, sollicitâ indagine, ac paternâ omnino curâ præuiderunt. Horum sanè vos insistentes vestigijs præstita ab antecessoribus in Rempub. beneficia latius in posteros diduxistis, imò & amplificastis, vt sic non modò personam ciuitatis tulisse, eiusq̃ue dignitatem & decus sustinuisse, seruasse leges, iura descripsisse, sed & eorum qui fidei vestræ commissi sunt, meminisse meritò censi possitis.

Et verò non solum an, & quando, sed etiam quomodo ciues valerent, & num fides salutis auxilijs hi idem niterentur, anxiam sollicitudine perquisiistis. Atqui ne Medicamenta (Deorum alioquin manus dicta) priuati alicuius commodi causâ sub hoc honoris titulo vel indiscriminatim parata ac confecta, vel fraude aut mangonio contaminata venîrent, Antidotarium hoc Medicum, tanquam actuum à seplarijs præstandorum limam ac regulam, quam iuramento mediante sequi tenentur, jam antea quidem Romano Imperio notum, & à pterisque Ciuitatibus ac Rebus susceptum, multorumque uotis expetitum, imò & exteris nationibus commendatissimum, prælo subijci, & ob librorum penuriam in lucem rursus emitti voluistis.

Hunc igitur partum Pharmaceuticum, quem vestris auspicijs, hortatu, & auctoritate edendum denuò libenter in debitæ obseruantia & obsequij fidem, ciuium, salutis suæ cupidissimorum, gratiam, & boni publici emolumentum, suscepimus, eâ benignitate, & promptâ à nobis voluntate excipite, & exceptum fouete, quâ submissione, ac benè de vobis maximè, tum etiam de totâ Repub: merendi studio & alacritate is ipse vobis offertur, dicatur, dedicatur. Augustæ Vindel: 4. Calend. Augusti, Anno M. D. C. X. XI.

Decanus & Collegium Medicum
August. Vind.

NOBI



NOBILES ET AM-
PLISSIMI VIRI SENATO-
RII ORDINIS, COLLEGIO
MEDICO AB INCLYTO MA-
GISTRATV AVGVSTI
TER PRÆFECTI

LVDOVICVS RHEM.

LEONHARDVS CHRI-
STOPHORVS RECHLINGERVS.

IOANN. BAPTISTA
SCHELLENBERG, CONSVL.

D. D. COLLEGARVM
MEDICORVM AVGVSTI
MODERNO TEMPORE IN VIVIS
EXISTENTIVM NOMINA.

HIEREMIAS CNEVLINVS Augustanus Collegij Me-
dici pro tempore Decanus.

CAROLVS VVIDEMANNVS, Monacensis Decani
Medici Vicarius perpetuus.

IOANNES GEORGIVS BRENGGERVS, Augustanus.

IOANNES VDALRICVS RVMLERVS, Augustanus.

FERDINANDVS MATTHIOLVS. P. A. M. F.
Tridentinus.

ADOLPHVS OCCO QVARTVS, Augustanus.

PHILIPPVS HÖCHSTETERVS, Augustanus.

PAVLVS IENISCHIVS, Augustanus.

NARCISSVS VVAGNERVS, Augustanus.

IACOBVS BERKMILLERVS, Mindelhaimensis.

PHILIPPVS HENISCHIVS, Augustanus.
 GEORGIVS HEBENSTREIT, Augustanus.
 OCTAVIANVS BRENDLERVS Augustanus, Offici-
 narum Pharmaceuticarum Visitator ordinarius.
 MARCVS VVIDEMANNVS, Augustanus.
 IEREMIAS ERHARDVS, Augustanus.
 IOANN. GVVALTHERVS EBEN, Neuburgensis.
 MARCVS BANZERVS, Augustanus.
 MAXIMILIANVS MEERMANNVS, Monacensis.
 MARTINVS VVACHTERVS, Tettnangensis.
 IOANNES RVLANDVS, Lauinganus.
 LVCAS BYLER, Augustanus.
 VRBANVS SCHLEGEL, Babenhufanus.
 DANIEL GEYGER, Augustanus.
 MARCVS HVEBHERR, Augustanus.
 IOANNES SCHINTZ, IuliacusEuskirchenfis.
 DAVID VERBEZIVS, Carno-Lubeanus.
 IEREMIAS STERN, Augustanus.
 LVCAS MATTSBERGERVS, Augustanus.
 IOANN. VVOLFFGANGVS BEER, Augustanus.

MODERNORVM

Pharmacopœorum Augu-
stanorum Nomina.

IACOBVS BRAVN, Giengensis.
 VVOLFFGANGVS HÄCKELIVS, Passauensis.
 CASPARVS VVELSCH, Nördlingensis.
 GEORGIVS HIERONYMVSRVMLERVS, Augustanus.



Ad Lectorem.

EXHIBEMVS HIC RVRSVM, CANDIDE Lector, Pharmacopociam Augustanam, suâ raritate charam, & pretiosam, iam antea quidē senis vicibus excusam, nunc verò denuò reuisam & recognitam, illamq; quæ antehac maioris decentiæ, ornatus, ac utilitatis causa facta est, in certas classes seu ordines, digestionem, relinquimus, vt vitatâ omni confusione, operi splendor accederet, lectori verò ta dium subtraheretur. Cum autem omnis ferè medicatio adigerentibus, præparantibus, alterantibus, concoquentibus, tenuantibus, abstergentibus, incidentibus ac aperientibus inchoetur, ideò à Syrupis, qui purgantibus Pharmacis comuni pragmaticorū more præmittuntur, exorsi, eos primam aciem constituere voluimus, his confestim Syrupos, ac Mella purgandi vim obtinentia annectentes: indè verò Pulpas & Electuaria lenitiua subieciimus, quæ innox solutiua Electuaria, tam in molli, quàm solida forma parari consuetâ distindim subsequuntur. Abhinc Pilulæ proximum sibi locum vendicant, quas Extractorum, & Salium classis excipit. Huic decocta succedunt & Pulveres, hos Eclegmata ac Linctus sequuntur: indè ad Corroborantia proceditur, ac Specierum series explicatur, quibus adhærent Trochisci & Collyria. Tum verò Antidoti, ac Opiatæ vnâ cum Conditis & Conseruis in medio ferè Pharmacopociæ huius agmine constitutæ nitidam suam faciem exerunt, atq; his Aqua, quibus hæ plerumque dilui consueuerunt, merito sunt annexæ. Nunc verò Olea, & quæ ex ijs vt plurimum comparantur Unguenta, suum quoq; locum sortiuntur, quin & Emplastra, atq; ab his Cerata sede sua reposita existunt, vnâ cum Medicamentorum nonnullorum præparationibus, ad operis consummationem pertinentibus, vt sic penitus perfectus & numeris suis absolutus liber esse videatur, in quo primitus texendo multam ac præclaram suam operam fidelitèr quondam præstitit, Nobilis & Clarissimus D.D. Adolphus Occo, A. F. A. N. eius nominis tertius, qui Pharmacopociam hanc Augustanam ex Mesuæo, Nicolao Alexandrino, ac Myreplico, itemq; Anutio Fœsio, Cordo, Fuchsio, Coudenbergio, ac alijs probatis auctoribus primùm astruxit, cui nunc subsequuta posteritas, Collegarumque nostrorum, Raymundi Mindereri præcipuè, Viri ob medendi scientiam, quam ille, cum hoc Dispensatorium nostrum augendo, tum in suas partes diuidendo insigniter demonstravit, æternùm memorandi, indefessus labor, ac peruihil studium, accedente experimenti multiplicis fide, plurimum lucis, augmenti, ac ornamenti superaddidit.

Noua sæcula, novos quoque foetus edere obseruamus, & artes ætate non modo prouectiores, verùm etiam perfectiores euadere, nec non dierum procrastinatione ac perenni temporum defluuio magis magisque perpoliri cernimus, sic vt prioris diei disciplinam posterior suscipiat, eamque pluribus experimentis certificatam plus magis stabiliat ac confirmet. Vnde cum in Medicina augmentanda, exornanda, & in mortalium commodum latius diducenda, Hispani, Galli, Itali, Germani, Belgæ, ac aliarum quoque nationum præstantes Medici posterioribus annis strenuè laborarint, factum est vt plurimorum Medicamentorum, quorum creber & foelix vbiq; ferè locorum vsus esse solet, forumlæ, in Dispensatorio nostro desiderarentur, quarum nunc vberem lectori copiam præstamus.

Nec verò quispiam nos peruulgatas quasdam remediorum formulas, ac promissa queuis

queuis medicamenta, ad operis solum augendam molem Pharmacopœiæ nostræ inseruisse arbitretur, cum non nisi ea, quæ à Clarissimis viris adinuenta, longo, multoque usu comprobata, ac communi insuper fama in laudis & certitatē experientiæ fastigium euecta, ciuium vtilitati ac commodo seruitura in lucem tulerimus, quibus Respub. in posterum carere nec potuit, nec voluit, ea simul syncerè euulgantes, quæ non nulli (contra charitatis ac boni quod participatiuum & est, & rectè à Philosophis esse censetur) occultanda, ac secreto quodam silentio abscondenda esse sunt opinati.

Quin etiam Prolegomena quædam Ilagoga ac præliminaria quædam documenta operi præmisimus, vt ex ijs Pharmacopœi non solum debite fidelitatis, ac morum hortamenta capefferent, sed etiam de delectu, repositione, ac duratione quorumlibet medicamentorum erudirentur. Desiderabatur quoque in prioribus editionibus simplicium aliquorum, & absolute per antonomasiam scriptorum, nec non subrogatorum seu succedaneorum catalogus, vnà cum Antidotorum Alexipharmacorumque singulis per necessitatem aut occasionem venenis opponendorum tabulâ, vt subitanis intoxicatorum casibus, ac veneficiis, subitanè quoque sine mora remedium exindè peti & præstari queat. Insuper quoque earum compositionum, quæ magnum Pharmacopœi requirunt artificium descriptiones, addita *εὐχρησία* seu parandi dexteritate, quæ multis praxeos laboribus vix quandoque addiscitur, exornauimus, vt hinc Pharmacopœos omnes longo multoque tedio, labore, ac periculo liberasse videri possimus.

Sed & valorem Medicamentorum (quem Taxam appellant) operi subiecimus, vt excius inspectione quoque pretio veniret colligere quilibet valeat, ne vel tenaces Pharmaca ipsa horrescant, eaque ob parsimoniam auersentur, aut Pharmacopœos præter æquum merces suas sibi obrufisse conquerantur, vel pauperes quibus res angusta domi est, in grauiore expensas impingant. Præcipuè verò ne Sepiasarij illiberale, imò iniustum lucrum à ciuibus exigant, sed cuique quantum pro qualibet re soluendum sit, pateat, licet pro varietate temporum pretia quoque Medicamentorum mutantur.

Hæc igitur omnia ac singula, Lector candide eo animo complectere, qua fide hæc ipsa à nobis conscripta & in publicæ sospitatis emolumentum luci data esse (si liuor non obliterit) cernes. Vale.



IN



IN PHARMACO-
POEIAM SEV DISPEN-
SATORIUM AVGV-
STANVM PROLE-
GOMENA ISAGO-
GICA

CAPVT PRIMVM.

DE

OFFICIO PHARMA-
COPOEI, ET QVA-
LEM EVM ESSE
DECEAT.



VM IN PROVINCIA MEDICANA NON minimum locum sibi vendicet ars Pharmaceutica, ut quae Medicina pars quadam integralis existat, Medicina autem apud Ethnicos sacra semper sancta, sit habita, necesse est ut Pharmacopaeus artem jam dictam tractaturus, vir bonus sit, pharmacorum parandorum rationem & modum exacte tenens, ejusque quam profitetur artis apprime peritus.

Proinde cum Christiana fide primitus imbutum, ac inculpatis omnino moribus praeditum esse convenit; quod praesertim erga Dominum Deum Medicina auctorem, tum vero & erga proximum sese talem praestet & exhibeat, qualis pro modulo humana fragilitatis, munda conscientia, ac perspecta probitatis vir expetitur; ut qui Deum ipsum timeat, summum rerum moderatorem observet ac suspiciat, eumque cunctorum operum judicem & aestimatorem omnia cernentem, quemque nihil latere potest, totis viribus colat ac revereatur, qui actionum suarum omnium & singularum rationem, imò civium salutem sibi hac in parte creditam ab ipso sit repetiturus. Erubescat igitur clam facere quidpiam coram eo qui videt in abscondito, quod praesente ipso patrare non auderet; nihilque in professione sua aggrediatur, vel negligenter, vel temere, multo minus fraudulentè, imò peccata qualibet non poena metu, sed virtutis amore odio habeat; sitque pius, humanus, benignus, affabilis, placidus, misericors, officiosus, ac erga pauperes mitis & liberalis, publica proprijs ac privatis anteponeus; atque insuper agri necessitatem & periculum fideliter pensans, & in charitatis actibus praestandis ac exercendis impiger & sedulus, supremum semper pra oculis judicem ferens, nec non aeternae consolationis mercedem à Domino DEO retributore justo de bene actis expectans.

B

Præ

Præceteris autem non sit auaritia nexibus intricatus, cum enim auarus sibi ipsi pessimus existat, nemini bonum eum futurum quispiam crediderit; itaq; in mercibus comparandis propriam conscientiam, proximi salutem, ac sui ipsius honorem diuitiis, & lucro longè præferat: atq; ideo iusto quæq; pretio, haudquaquam tamen corrupta, putria, exoleta, adulterata vel mangonio deprauata, in noxam, fraudem, ac periculum ægri vel cœmat, vel diuendat; nec sordido lucro inhiet, aut compendia cogitet quibus ciues circumueniat, sperans fidelem suam operam cuiuslibet præstitam, maioris quandoq; sibi lucri causam futuram.

Præterea scorta fugiat & aleam, commessationes itidem ac ebrietates, hæc enim omnia vel socordiam, vel turpitudinem, aut infamiam, ab eo qui circa Medici opera sit versaturus prorsus alienam, plurima verò errores aut negligentiam pariunt; ut potè ebrietas obliuionem & memoria interitum, libido verò considerationis proprii muneris eiusdemq; honesti abalienationem, & modestiæ ac pudoris excidium, non sine veneficij metu vel suspitione; unde mortes quandoq; mortalibus inopinè præstantur, fidentibus interneciones, aliis porò ægris nocumenta quam maxima non sine summâ Medici (licet probus ac præstans is sit) famæ periclitatione; cum, qua negligentis Pharmacopœi culpâ accidunt, Medico postmodum imputari irrogariq; soleant, & in illius contumeliam cedant.

Hoc præsupposito Latinam ut linguam Pharmacopœus in tantum calleat oportet, ut non modo Receptarum quas aiunt formulas à Medicis præscriptas, sed etiam auctores quos consulendi gratia adire non rarò cogitur, Dioscoridem nimirum, Galenum, Mesuen, & Botanicos quæ de materiâ Medicâ, & Simplicibus tam vulgaribus quam exoticis doctè scripserunt, ac passim pro Classicis recepti sunt, ad sufficientiam usq; intelligere queat. Ex ijs & authenticis alijs præsertim probatoribus Simplicium cognitionem & nomenclaturam Græcam, Arabicam, Latinam ac Germanicam addiscat; sic enim falsa à veris dignoscere, adulterata à sinceris discernere, ac inter bona, mediocria, optima, ac irrita iudicium ferre, & delectum habere poterit.

Auctores porò pro cognoscendis, deligendis, aliunde petendis, ac in quamlibet compositionem nobiliorem præsertim qua Antidotus fuerit cooptandis ac assumendis simplicibus sibi ex veteribus comparet Galenum, Dioscoridem, Aëtium, Eginetam, Mesuauum, Luminare majus, Nicol. Præpos. & Myrepsum, Plinium, Cornelium Celsum, & c. ex recentioribus verò Antonium Musam Brassauolum, Valerium Cordum, Anutium, Fæsum, Fuchsum, Graciam ab Horto, ac Nicol. Monardes, Ioannem Bapt. Syluaticum, Ferneliu, Ioubertum, Renodæum, Melichium, Coudenbergium, itemq; Matthiolum, Lonicerum, Tragum, Lobelium, Panam, Dodonæum, Tabernamontanum, Quercetæum, Ioan. Iacobum Vekerum, Heurnium, Clusium, Osvaldum Crollium & consimiles, ex ijs namq; tam Simplicium, quam Compositorum notas ac animaduersiones, itemq; præparationes, absq; magno labore decerpit, si quid vel serupulosum vel dubium, aut absens in hac nostrâ Pharmacopœia sibi obtigerit.

Officinam præterea habeat salubri ac perflato loco sitam, à ventis, pulueribus, fumis & factoribus alienam ac remotam; quam mundam nitidam, & tersam seruare modis omnibus annitatur, ut à Medicamentorum præparatione omnis prorsus sordities exulet, qua tanto majori fastidio assumuntur, quanto majore opificis fœditate parantur. Indefessam autem semper diligentiam Pharmacopœus adhibeat, ut herbas, flores, fructus, radices, semina, ac reliqua in vniuersum Simplicia, quantum potest lectissima, iusto ac debito tempore colligat, mundet, exciccat, ac reponat, eaq; instrumentis debitis ex usu artis tractet, postmodumq; locis, vasis, pyxidibus vel thecis commodis condant, & in futurum usum à teredine, putredine, carie, ac corruptione reseruet.

Nemini quoq; absque periti Medici consilio & præscripto, vel ordinatione, aut sine Magistratus licentiâ, venena, philtia, menses pellentia, ac abortum prouocantia pharmaca diuendat, nec ea ministros, vel amanuenses suos vendere permittat, qualia non nisi spectata fidei

fidei

fidei hominibus, minimè verò vetulis, circumforaneis, aut promiscua vulgi plebecula committi possunt ac debent, id quod de Opiatis Medicamentis, utpotè periculosis, itidem dictum ac intellectum volumus.

Facultates quoq; Pharmacopæo ut sint satis ampla requiruntur, quò singula pro tempore & optatâ occasione coemere queat, nec viles aut exoletas merces, ob paratâ pecunia defectum mutuari, vel alio quovis modo acquirere cogatur. Nam si sat dives extiterit, Medicamenta debito tempore, eaq; justo pretio comparabit, ac si animus ei liber & ab auaritiâ paulò semotior fuerit, præstantissima quavis paulò largiore pretio, quàm deteriora viliori, libentius coemere studebit.

In parandis quibusvis Compositionibus, aut Medicorum Receptis sit vigilans, circumspectus & fidelis, ac nihil unquam sine prudentis Medici consilio medicamini parando vel addat, vel subtrahat; aut in eo quidquam immutet, vel temerè ac pro suo iudicio succedaneum aliquod in alterius quod deesse potest Simplicis locum substituat, aut reponat, sed à perito Medico quid sibi faciendum sit, prout etiam aliàs si dubij quidam casus obuenerint, sciscitetur, ac sanctâ fide eo modo, pondere & mensurâ, qua quæq; præscripta leguntur, diligentè dispenset ac perficiat; ac si quid in ijs celandum fuerit, nemini reuelet, cum morbi non rarò tales obuenant, qui detecti agro ignominiam, si non infamiam, aut aliud aliquod damnum inferre possent. Receptarum porrò formulas à Medicis præscriptas assignato, quo ea paratæ sunt anno ac die, vel describat, vel asseruet; ut si quando eas repetere necessum fuerit, pro ægri hæc commodo in promptu existant. Negotio autem suo ministros adhibeat bonis moribus præditos, ac de vita honestate notos, qui & artem Pharmaceuticam probè norint, ac dextrè & fidelitè exerceant, nec quidquam in vitam, aut valetudinem proximi peccent.

De cætero verò morigerum sese gerat & obsequentem, qui legibus ab amplissimo Senatu pro Pharmacopæis latis fidelitè pareat, ac sedulus obsecundet; in ijs enim omnia ac singula comprehenduntur, qua Pharmacopolam & obseruare decet, & deuitare conuenit.



CAPVT SECVNDVM.

De delectu Medicamentorum Simplicium & quibus notis eorundem adulteria deprehendantur.

PROVT in animantibus, sic etiam in stirpibus, plantis, ac terrâ genitis, alia alijs præstantiora esse, natura parens voluit, ne numerosa equalitas rerum confunderet ordinem; atq; sic inter debilia ac fortia, subtilia ac crassa, dura & mollia, nobilia & ignobilia, noxia ac innoxia discrimen aliquod appareret, quo vnusquodq; suâ pro dignitate pensaretur, undè quibuslibet medicamentis sagaci sanè consilio notis quasdam indidit, quibus eorum bonitas agnosceretur, æstimaretur virtus, deligeretur substantia, per delectum enim nil aliud quàm boni à malo, malefici à benigno, exoleti à vegeto, ac adulterati à sincero distinctionem intelligimus; atq; ea Pharmacopæo cuius adeo est necessaria, ut si in hac parte exercitatus ac circumspectus non fuerit, non semetipsum tantummodo prauis mercibus decipi experietur, sed etiam Medicos sperato à pharmacis fructu inde priuari, ac operatione eorundem debita destitui, imò etiam ægotantes errore hoc (etiam si frans non sub(it) in

PROLEGOMENA

4
damnum agi, vel si dolum comes est, periculose circumveniri, utroque autem modo valetudinis ac vita detrimenta subire continget.

Sciendum porro, delectum cuiusvis medicamenti pro diversa sui conditione ex diversis fontibus peti; alia enim sapore dignoscuntur, alia pondere aut leuitate probantur, nonnulla colore arrident, alia odore placent, plurima natalitij soli commendatione ac patria nobilitate gaudent; quorum exempla in gratiam Pharmacopæorum subiecimus.

Ablinthium expetitur Ponticum, quod in Cappadocia in monte Tauro nascitur, reliquo praestantius, utpotè cui prater amaritudinem astringendi qualitas non parua inest, odor verò suavis ac aromaticus. Vide Dioscorid. lib. 3. cap. 23.

Acacia eligatur munda, nigra quidem ex maturo, subrusa verò ex viridi semine parata; utraq; odoris laudati fragrantiam praese ferens, de qua Dioscorid. lib. 1. cap. 115. Adulteratur ea succo, vel carne prunorum sylvestrium, verum dolo leuipendendo, cum iisdem viribus polleant.

Agallochum seu Lignum Aloës in Indiae promontorijs nascitur, in quibus ferocissima bellua, ac Tigres victitant, unde non sine summo vitae periculo hinc asportatur, quamobrem cum priscis saculis eius copia non adeo suppeteret, id solum in Paradiso nasci antiquitas est opinata, quae proinde id ipsum lignum Paradisi nominare consuevit. Optimum est perquam odoratum, ponderosum, crassum, nigricans, cinereis quibusdam notis distinctum, solidum, compactum ac succulentum, quod accensum aegre flagret, & oleaginci liquoris plurimum exudet. Improbatur leue, cariosum, albicans, ac id quod flammam statim concipit, vel fractum puluerem edit. Distinguitur inter alia ab Asphaltis, quod is in ignem coniectus flammescat, & in cineres abeat: Agallochum autem Resinae instar prunis impositum liquecat.

Agaricus ab Agaria Sarmatia regione nomen habens eligatur candidissimus, levis ac feminei sexus, rarus, friabilis, primo gustatu dulcis mox amarus, è Cedro vel Larice resectus. Improbatur grauis, nigricans, corrosus, & qui caudici propè adnatus inhaesit. Optimus quondam ex Sarmatia per Illyriam, & ex Galatia Asiam, & Cilicia Alexandriam, atque inde Venetias deuehebatur, nunc Tridentini montes Gallie Delphinatus nec non Rhetorum Vindelicorum Noricorumq; tractus eundem sat copiose suppeditant. Distinguitur is facile ab aliarum arborum maxime verò glandiferarum fungis, colore solum obseruato ac pondere, hi enim è lignea quadam materiae concreti duri & nigricantes conspiciuntur, excussis è silice vel pyrite flammis pro explodendis sclopetis fomitem potius praebentes, quam ad Medicum usum accommodati.

Aloë placet Dioscoridi lib. 3. cap. 22. boni odoris, syncera quae nihil doli sensit, nitida, calculorum expers, rufi coloris, friabilis, ac jecinoris modo coacta, facile liquecens, eximia amaritudinis. Improbatur nigra, & fractu contumax. Adulteratur Acacia, aut facibus per ablutionem ab ea separatis ac reiectis, aqua marina & Croco, vel etiam admixto Gummi, verum amen fraus odore & gustus amaritudine deprehenditur. Tres ad nos Aloës species deuehuntur, una spurca ac fex quadam Aloës veterinaris & mulionibus agnita Caballina dicta: altera purior nobiliorq; hepatis modo densata, unde & Hepatica nuncupata: tertia verò praestantissima Succotrina vocata, eò quòd ex Insula Soccotora ortum trahat, quam nonnulli ob coloris gratiam Succotrnam quasi succo citrinam dixerunt.

Ambra seu Ambarum quod nonnulli Balanæ semen, alij excrementum Ceti, non pauci terram quandam fungosam ab Insulis quibus pura Ambra innascitur auulsam esse arbitrantur, bituminis quoddam genus nobis esse videtur, ex imis maris fontibus & procellarum alueis ventorum vi ac undarum impulsu in littus eructatum, quod aëri expositum, ut Electrum ilico densatur. Probatur odoratissimum, leue, sordibus carens, grisei coloris, venis modo cinereis, modo albicantibus, ac notulis quibusdam rufis, croci colorem imitantibus distinctum. Improbatur

batur

batur nigrum & candidum, itemq; quod auim rostris, quas in eo nidulari credibile est, aut conchylijs testisq; ostreorum permixtum reperitur, optimum sanè si prater predictas bonitatis suæ notas candente acu perfossum plurimum oleaginei ac pinguis succi resudet. Adulteratur gypso, Ligno Aloës, Zibetho, Stryace ac Ladano, addita Ambra largiore, & Moscho aqua Rosarum dissoluto, verum fraus facile detegitur, etenim plerumq; pasta ea nigricat, & diuturna manuum tractatione mollescit. Vide Serapionem, Garciam ab Horto, Nicol. Monard: Medicos Florent. & Matthiolum.

Amomum adulteratur Amomide, herba quidem simili, sed planè inodora, nec fructum ferente, ex Armenia delata, flore Origani, cuius tamen semen Amomo vero non respondet. Est tamen Officinis semen quoddam oblongum, aromaticum, calefactorium, & gustu suauè, quod quis pro Amomo vero substituere queat Amomi Cretici nomine insignitum.

Ammi Æthiopicum cumini semen representat, Ammi autem vulgare semen est perpusillum & quasi arenaceum. Id odoratum esse aromaticum ac acre, imò sapore Origanum amulari convenit.

Ammoniacum Gummi sic dictum, quod in Africa juxta Iouis Ammonij oraculum stillet. Probatum sincerum, densum, purum, odore castoreum utcunq; referens, & sapore amaricans.

Anime, lacryma quaedam est Indica cujusdam arboris, ex qua resina modo densata tandem & coacta reuellit, gratissimi ac suauissimi odoris & propinguis, vnde flammis injecta protinus consumitur. Desertur granorum Thuris forma, sed crassioribus & magis resinosis; optimum est mundum, album & succini modo translucidum.

Asa dulcis Officinarum est Benzoinum Gummi arboris peregrina, quod nunc ex Taprobana India Insula copiosè à Lusitanis ad nos devehitur, id Laserpitium seu succum Cyrenaicum nonnulli esse non abs re arbitrantur, qui olim in Cyrenensium agro laudatissimus exibat. Probatum autem Benzoinum durum, compactum, translucens, albis distinctum vnguib; aut glebulis, vnde & Amygdaloides dicitur, quod quasi amygdalas delibratas in se continet, rubescens, odore grato, fragrantiq; xyloalois odorem referente preditum. Adulteratur resina Thure masculo, ac Stryace simul mixtis, ast odor in spurio hoc longè est dissimilis, & color maculis non est variegatus. Optimum quondam in Armenia & Lybia Laserpitium nascebatur, minus autem probabatur Medium & Syriacum, ut quod Dioscor: minus viribus valere & magis virosum odorem reddere scripserit. Ut sit Benzoinum nostrum Officinarum pro Laserpitio vero rectissime substituitur.

Asa fetidam Arabibus Althith dictam, Laserpitij speciem quandam esse cum pleriq; arbitrentur, censendum erit id esse Laserpitium Syriacum, aut in Media natum minus proinde nobile, quod grauem ac virosum odorem edere paulo ante ex Dioscoride monuimus; aut certe Laserpitium faba lomento, aut Sagapeno (ut idem notauit Dioscor.) eoq; copioso adulteratum, id ob tetri halitus graueolentiam Germanis Teuffelsdrecht dicitur, adeò suo nidore abominabile, ut Matth. Sylvaticus id inter venena reponendum esse censuerit, cuius factori etiam matrix elocata ac superiora petens cedit & demergitur. Nec verò quempiam terreat hoc, quod Garcias ab Horto Indos Asam in delicijs habere, eaq; in condiendis cibis confricato ex ea ante cocturam lebeti creberrimè uti scripserit, aut enim barbaram gentem tali condimento uti decuit, ut consimiles haberent labra lactucas, aut alioquin eius odore assueti id ceteris condimentis accommodant, prout & nos, Allio, cepis, & alijs quibusdam fetidis cum delectatione vescimur, vnde etiam Mesua Asam fetidam Porri (cujus nobis usus in mensis sat frequens est) odorem representare scripsit. Adulterata gustu & dilutione, quin imò factoris remissione vel defectu cognoscitur. Vide de hac Auicennam lib. 2. cap. 5. Garciam ab Horto lib. 1. cap. 3. Antonium Musam Brassauol: in Exam. simpl. Renodæum lib. 1. de materia Medicina Sectione 7. cap. 8.

Aspalathus in Syria, Istro aut Rhodiorum Insula natus, tantum cum Agallocho affinitatem obtinet, ut egrè quandoq; ab hoc discerni queat. Lignum tamen Aspalathi multò tenerius est quàm lignum Aloes, nec ita nodosum. Probatum Aspalathus densus, odoratus, gravis seu ponderosus, ac gustu amarus, in quo Plinius aliqualem Castorei odorem requirit, in eius defectu Lignum Aloes commodissimè substituitur, licet nonnulli eius defectum Santalo Citrino, aut ligno Rhodio à Santalo Citrino parum differente resarciant. Vide Dioscor. l. 1. cap. 19.

Asphaltum ex Phœnice Babylone Zazyntho Sydone ac mari mortuo delatum, lucidum ut sit ac splendens oportet, præterea grauem & validum odorem vibret, estq; id aridum Bitumen senioris Andromachi, quod contra venenatorum cubilia usurari monuit, cuius meminisse videtur Plinius lib. 35. cap. 15. cum Bitumen quoddam accensum serpentes nidore fugare scripsit. Adulteratur pice admixta, licet Galenus id fraudem haud admittere lib. 1. de Antidotis sit arbitratus, deprehenditur autem mangonium si citius quàm par est liquecat, sordidum verò vitiosum est. Optimum in Iudæa, non longè à Hierico prope Iordanem, maximè verò in lacu Sodomæo reperitur, unde etiam Bituminis Iudæici nomen obtinuit. Vide Dioscor. lib. 1. cap. 83. Galen. lib. 1. de simpl. Med. fac. cap. proprio, & Brocardum, qui Palestina topographiam edidit. Plin. lib. 35. cap. 15. Appolloniaticum circa Epidaurum natum, vel id quoq; liquidius Bitumen est, Pissasphaltum potius dicendum vel Naphta liquidiore substantia prædita, qualem etiam Germania loci nonnulli suppeditant, quod Bituminis genus nobis Erdenhara dicitur solet.

Aris flos aris scobe tenuissimè delimita polluitur.

Bdellium laudat Galenus Scythicum, Plinius Bactrianum, Dioscorides Sarracenicum è Saraca felicitis Arabia Ciuitate deuectum, gustu amarum; translucidum cum frangitur, pingue cum fricatur & incenditur; idq; odorem, facile mollescens, sordis expers ac unguinosum, seu albis maculis ungui humano simillimis refertum. Improbatur nigrum, sordidum, in offa conuolutum; adulteratur cera, sed fraus odore ac gustu innotescit, id enim nec tam amarum est nec tam odorem, Lege Dioscorid. lib. 1. cap. 69. Plin. lib. 12. cap. 11.

Bezoardici lapidis duo in Officinis nostris genera prostant; unum Orientale, quod ex Ægypto, Persia, India, China, Cathaio & vicinis regionibus adfertur: alterum Occidentale, quod ex America & Peruuia asportatur. Preferuntur Orientales Occidentalibus, ut qui duplo majori pretio veneant. Probantur ex Orientalibus ij maximè, qui è nigro virescunt, & quorum puluis subuiridis est; deinde qui superiore crusta ablata inferiorem splendens habent, ac in meditullio concaui sunt, aut arenulam lapidi substantia similem continent. Semina aut granum in meditullio supra quod Indi mangonio lapidem efformant, adulterium arguit. Si calce viua madefacta lapis ungetur, indeq; paulo post flauus color emergat legitimum lapidem esse pollicetur, prout si lapis charta qua creta confricata prius fuerit similiter affricetur, & fricationis linea viridis appareat. Occidentales subcinereum habent colorem, & longè graniores sunt, neq; ut Orientales splendens, crustas etiam habent crassiores & gypseas qua fracta minutas quasdam fibras artificioso natura opificio sese mutuo complectentes obtinent, cum qui ex pasta quadam efficti sunt radios eos haudquaquam contineant.

Camphora eligatur alba, pellucida, syncera & valdè odorata, quaque pani calido imposita madescat, adulteratur Gummi Iuniperino aut admixto Bitumine, fraus autem odore & colore minus candido detegitur. Seruatur semine Psilly aut Lini, vel etiam Pipere se-pulta.

Cardamomum Amomo facultate cognatum ac viribus affine, duplex est, majus nimirum ac minus: majus granum vocatur Paradisi: minus, vulgare est & agnitum Officinatum Cardamomum, probatur angulosum, murdum, non puluerulentum, siccum, acre, linguam vellicans, ac odorem.

Caryo.

Caryophyllis ob vetustatem in odoris redditis fragrantia restituitur, si vino in quo optimi Caryophylli per tempus macerati fuerint aspergantur, rursusq; exsiccentur. Verum hi foris tantum, nec quidem diu Caryophyllos olent, acq; iustitio hoc odore breui temporis spatio percunt.

Cassia lignea & Cinamomum odoratissima sint oportet, aromaticam acrimoniam plurimam habentia. Adulterantur corticibus Capparis ac Tamarisci in aqua Cinamomi maceratis & siccatis, veruntamen dolus hic rarus est, cum & facile deprehendatur, & aliquo nec leui sumptu constet.

Cassia fistula probatur Alexandrina, amplis siliquis grauis ac ponderosa, qua concussa granis intus per strepitibus sonum non edat, cortice laui ac purpurascete, pulpa intus pingui, splendete, succulenta, non situlenta, multo minus putri, sapore prunorum delicato.

Castoreum Castoris seu Fibri testes sunt, optimi qui ex vno principio committuntur, liquore intus veluti ceroso, odore graui & virus redolente, gustu acri, mordente, ac friabili naturalibus tunicis circumdato. Adulteratur coniecto in follem Ammoniaco, aut Gummi cum sanguine, & Castoreo subacto, atq; sic postea exsiccat. Agnoscitur dolus cum ex notis iam modo allatis, tum quia gemini folliculi in vna membrana conjuncti non reperiuntur. Dioscorid. lib. 2. cap. 23.

Chinæ radix sit crassa & nodosa, dura & tuberosa, rubea & tortuosa, minimè cariosa, quod alioquin ei vitium ferè inest.

Crocus in Coryco Cilicie monte, & Austria præstantissimus nascitur, rufus sit, odor, & colore rutilans, qui madefactus protinus copiose tingat. Adulteratur flore Cnici, puluere Bresiliæ ac sapa subtili, sed maleficium detegit defruti subolentia, quin & Lithargyri ad pondus eius cum fraude augendum admixtio ex puluere insidente deprehenditur. Quidam nequissimo dolo Crocum aqua perfundunt, & per hanc colorem ab eo extrahunt, eum postea liquorem filis, pannis ac tapetibus tingendis adhibent, Crocum rursus resiccantes & in hominum fraudem diuidentes. Veruntamen Crocus sic deprauatus agnoscitur, cum quia marcidus apparet, nec ita plenus, tum quia nec odoris fragrantia, nec coloris fastigio aut excellentia legitimo ac recenti respondet.

Costus in Arabia, Syria, ac multis India locis, præsertim verò in Guzarate, & circa Amadabar qua in desertis sita est nascitur, differt autem loci in qua prouenit diuersitate, præstantior tamen est Arabicus, candidus, leuis, abunde plenus, non erosus, acritudinem & amaritudinem habens, ac eximia odoris suauitate præditus. Arabicus albus est, Indicus niger, Syriacus flauescens, is qui modo Officinis ex usu est, radix existit Zingiberis ferè effigie intus albida, exterius ex pallido flauescens. Costum Officina in amarum & dulcem diuisere, sed reuera Costus omnis amarus ut sit oportet, nisi quis respectiue aut collatione cum amarioris seu acrioris facta id afferere velit: aut certè Costus dulcis erit radix illa Helenij Comaginei, quam fraudulentè pro Costo obrudi scripsit Dioscorides, ea enim nec gustu feruet, nec validum odorem vibrat, ex quo eius adulterium deprehenditur, Zedoaria maior seu longa Costus Syriacus esse putatur. Nos in tanta rerum diuersitate ejus loco Zedoariam vel Angelicam rectè substitui posse censemus. Vide Dioscorid. lib. 1. cap. 15. & Matthiolum in Comment. Garziam ab Horto lib. 1. ca. 35. Clusium & alios.

Elemi resina est Cedri aut Oleæ Æthiopica, eligatur ex citrino pallescens, perquam odora, pura, & à puluerum admixtione aliena. Adulteratur resina sed fraus odore fit manifesta.

Euphorbium ab Euphorbo Iubæ Regis Mauritania Medico nomen sortitum, eligatur translucens, & ex rufo pallidum, in granula Orobi magnitudine concretum, quod leui gustu os diu accensum teneat. Mangonifatur Sarcocollæ & Gummi Arabici glutinis vel
etiam

etiam sanguinis hædini admixtione, sed gustus qui tamen hoc loco ob linguæ uredinem difficile experimentum parit, maleficium dyjudicat.

Galbanum ferule in Syria nascentis succus est. Laudatur cartilaginofum, merum, thuris effigiem habens, purum, pingue, nec valde humidum, nec nimis aridum graui odore præditum, & adiecti feminis ac ferule nonnihil admixtum habens. Adulteratur resina & Ammoniaco ac fabæ fræsæ puluere, sed id cum notas jam dictas non habeat facile à vero dignoscitur.

Galanga quæ quibusdam Cyperus Babylonicus esse putatur, eligenda grauis, rubra, sapore acerrimo linguam vellicans, ac odorata. Adulteratur radicibus Cyperi vulgaris repurgatis & cum pipere in aceto maceratis, deprehenditur fucus abrafo cortice, interior namq; pars nec acrimoniam, nec saporem Galangæ obtinet.

Granati facile noscuntur, & in ignem projecti colorem non mutant, quod vix ulli Gemma colorata concessum est, utiles sunt utriq; tam Bohemici quam Orientales.

Hyacinthus adulteratur vitro Saturni seu Plumbi, id autem à vera Gemma pondere & duritie facile distinguitur, mollius enim & grauius est vitrum ipsa vera Gemma.

Ladanum maximè probatur odoratum, subuiride, facile mollescens, quod arenas non collegit, resinofum, nec squallore obsitum, quale ex Cypro defertur, nobilius enim est Arabico aut Libyco. Pasta ex caprino stercore admixto Ladano & puluere nigro ejus formam emulatur, verum id quia resinofum non est, ideò adulteratum esse deprehenditur.

Mechoaca, quæ nonnullis Rhabarbarum album, alijs Scammonium Americanum dicitur, eligatur alba ac recens, improbat nigræ, cariola, & valde candida. Adulteratur radicibus Bryonia in taleolas sectis, & ad formam Mechoacæ resiccatis, dolus teneritudine Mechoacæ deprehenditur, cum Bryonia substantiam longè rudiorem sit nacta.

Moschus siccus sit, perquam odoratus, ac caput feriens, cum simulat massa quadam è sanguine hædi, panis asse, Ladano, ac Moscho constans, porro color & odor legitimum à factitio discernunt, præterea legitimus in peluim modicè madentem aliquandiu impositus grauior euadit, factitius pristinum pondus seruat.

Myrrha laudatur Troglodytica, fragilis, leuis, undiq; concolor, minutis glebis, amara, acris, odorata, & quæ contracta unguis exhibet, inutilis est ponderosa & coloris piceæ. Adulteratur Gummi macerato in aqua, in qua Myrrha maduerit, sapor & odor dolum aperiunt. Vide Dioscorid. lib. 1. cap. 67.

Nardus seu Spica Indica (quam Romanam vocant) odorata sit, haudquaquam cariola vel puluerulenta, etenim ei stibium cum aqua aut palmeo vino ponderis causa à fraudulentis inspiratur. Alterum Spicæ genus Celticum in Liguria alpibus natum herba quædam simili, quæ ob odoris grauitatem Hirculus dicitur, ei admixta mangonisatur, verum herba hæc minoribus foliolis magis candicat, atq; insuper nec amara est ut Nardus vera, nec adeò odorata.

Opium optimum habetur graue, & densum, gustu amarum, odoratu soporiferum, quod facile aqua diluitur, non asperum nec grumosum, quod lucernis admotum non atra flamma luceat, extinctum deniq; odoris vim conseruet. Adulteratur id Meconio, Gummi, aut syluestris Lactucæ succo, verum id quod lactucæ succo effectum est exiliter spirat, quod Glaucij admixtionem sensit in dilutione croci colorem reddit, quod Gummate vitiatum est splendescit, ac infirmum exiit. Vide Dioscorid. lib. 4. cap. 60.

Opopanax in Cyrene Libyæ & Macedonia natus commendatur amarissimus, interne albus aut subfuluus, foris ad croci colorem inclinans, leuis, pinguis, friabilis, tener, statim in aqua eliquescent, graui odore præditus. Improbat niger ac mollis, nec non Ammoniaco aut cera fuccatus, dolus agnoscitur ex eo, quod si syncerus non sit, in aqua digitis fricatus non resoluitur, nec lactescit ut legimus.

Opo-

Opopalsamo vero hucusq; caruimus, deferuntur tamen ad nos duo Balsami genera unum Peruvianum ex novo Orbe aduectum, de quo Clusius: alterum è regione quadam India quod Balsamum de Tolu vocant, quorum utrumq; in Syriaci locum substitui potest. Adulteratur oleo Liquidambar, quod tamen ei viribus affine ferè est, aliàs verò unguento Terebintino, Susino, Balanino, Metopio, Cyprino, Lentiscino, itemq; Melle, vel Cyprià cerà liquidà. Inter veri Balsami notas hæc est una vel præcipua, quòd Balsami liquor lacti instillatus idipsum coagulet, in vestem verò laneam effusus maculam non faciat, & post lotionem nauum seu notam non relinquat. Vide Prosp. Alpinum & Simeonem.

Os è corde cerui, consimili osse è corde bouis desumpto confunditur.

Rhaponticum à Rhabarbaro solo (ut quidam volunt) loco in quo nascitur, differt. Rhabarbarum enim ex Meridionali, Rhaponticum verò ex Septentrionali plagà aduehitur: adhæc Rhaponticum radice constat longà & tenui, Rhabarbarum verò crassà & breui. Optimum habetur quod teredines non sensit, & quod gustatu cum remissà adstrictione lentescit. Rhabarbarum ponderosum sit, aureis ac rufis venulis abundè distinctum, quod madefactum croceo colore manum fricantis tingat. Hodie verò Clarissimus Vir D. D. Prosper Alpinus Macroscopicus, Philosophia & Medicina D. & in celeberrima Academia Patavina Professor ordinarius, ac horti Medici ibidem præfectus, nobis genuinam ac veram Rhapontici descriptionem & figuram expressisse videtur; cuius plantam ab Excellentissimo Viro Francisco Crasso Rhabarbarino sibi dono datà, multis in horto suo annis aluit, cuius celebritate Patavinus hortus etiamnum gaudet. Nascitur alioquin Rhaponticum in Scythià ac Thracià juxta montes Rhodopæos: videturq; inter Hippolapathi latifolij genera reponendum: cuius naturam emulatur ea Lapathi species, quam vulgus herbariorum Rhabarbarum Monachorum hucusq; nominare consuevit. Vide Prosperi Alpini disp. de Rhapon. eruditissimam, & Hieronymum Tragum cap. 104.

Sagapenum quod Officinis Serapinum dicitur, ex Medià ortum ducit. Laudatur translucidum, colore foris fuluo, intus albido, gustu acri, odore graui, substantia crassa. Adulteratum haud facile liquefit, verum autem protinus vino dissoluitur. Vide Dioscorid. & Galen. lib. 1. de Antidot.

Santalum rubrum Brasilio ligno adulteratur, fucus autem ex hoc patet quod Santalum rubrum nec dulce sit, nec inficiat, quæ notæ in Brasilio deprehenduntur. Vide Garziam ab Horto l. 1. cap. 17. Citrinum & album ligno Cedrino odoratiore ementitam quandoq; formam sortiuntur.

Sarcocolla eligatur integra, puluerisata namq; adulterij est suspecta.

Scammonium optimum Antiochenum & Armenium, expetitur nitidum, splendidum, clarum, rarum, fungosum, tenuissimis fistulis spongiosum, citò liquefcens, tenerum, friabile, non valde ponderosum, liquoris affricu lactescens, nec tetro odore nidorosum. Adulteratur Sarcocolla & Tithymali lacte, aut Erui farina, sed tunc linguam minus valenter pungit ac mordet.

Sena eligatur viridis, probè resiccata, non maculosa, nec teredine attrita, vel stipitum admixtione fraudata.

Smaragdus & Saphyrus vitris colorem eorundem representantibus mangonifantur, proinde in ijs coemendis circumspèctos Pharmacopæos esse oportet.

Styrax Calamita idè nuncupata, quod olim in calamis è Pamphilia ferebatur, nunc Storax Officinis dicitur, qui optimus ex Cypro, Sidone & Pisidia asportatur. Probat pinguis, lentus, fragmentis albicantibus, odore jucundo, probò, ac perseverante dotatus. Reijciendus surculosus, situ obductus, niger, & inodorus, utpotè deprauatus, qualem quoq; mentiuntur magmata ex ligni scobe quam vermiculi erodentes excusserint, melle, Iridis sedimento, cera, aut adipe odorato cum Styrace confecta.

Tamarindi adulterantur Prunis, attamen hi non ut legitimi splendent, nec tantam aciditatem saporis referunt, cum præterea Prunorum nuclei à Tamarindorum seminibus longè sint diuersi.

Terra Lemnia ac Sigillata, itemq. Bolus Armenus variâ terrarum aliarum maximè verò lentarum ac limosarum admixtione polluitur, adeò ut fraus ea vix quandoq. deprehendi posse videatur, probatur tamen Bolus Armenus, ac Terra Lemnia vel Sigillata si unctiosa fuerit, præpinguis ac lævis, quæ linguae promptè hæreat, & in ore contentæ seu constare videatur, nullam vel minimam arenosæ alicuius substantiæ notam, vel suspicionem post se relinquens. Vera Sphragis ex Lemno olim petebatur, nunc Turcarum Imperatoris sigillo varios characteres habente notatæ tabulæ cinericiæ ferè coloris Constantinopoli ad nos deuehuntur. Bolus Armenus ex Armeniâ quondam Cappadociæ finitimâ adferebatur, quem Medici Bolus Orientalis nomine dotarunt, in quo hæ notæ requiruntur, ut purus sit ac syncerus, nihil arene continens, manducatus verò butyri modo liquecat, gustui manifestam adstrictionem post se relinquens, ac qui promptissimè admixto liquore in summum leuorem soluat. Sunt & alia Terræ his viribus ferè affines quas veteres probauerunt, inter quas Samia, Chia, Selinusa, Cimolia, Eretria, Rubrica Synopica ex Synope Cappadociæ vrbe delata, Ochra Attica, Pnigitis, Alana seu Tripolis, & alia eiusmodi: nostro porro tempore Melitea insula Terram præbet Lemniæ vires habentem, prout & Silesia Terram Sigillatam, Turcica hand inferiorem nobis supeditat.

Thus Gummi & Pineâ resinâ deprauatur, ignis maleficium monstrat, nam Gummi flammam non edit, resina verò fumat, thus statim ardet ac odorem præbet gratum. Eius cortex alijs corticibus resinosis adulteratur, porro Thuris cortex ardet, & incundum effumat spiritum, reliquis corticibus ardentibus quidem, sed sine odore fumantibus.

Turbith ponderosum sit subalbidum, aut cineritium, recens, ac fractu facile, intus Gummosum, mangonifatur Gummi dissoluto, radicibus alijs illito: verum hæc gummositas non extrinsecus tantum, sed in fractæ radicis substantiâ requiritur.



CAPVT TERTIVM.

De Collectione Medicamentorum Simplicium.

AMETS I in peregrinis Medicamentis certum collectionis tempus sciri nequit, eorum tamen color, sapor, odor, ac species iudicium nostrum subeunt, ex quibus omnibus ac singulis, collectionis debito modo & tempore factæ notas desumere possumus: ea porro quæ nostris terris innascuntur, tum demùm colligere ac in usum medicum congerere oportet, cum maximè vigent, aut matura sunt, vel ad propriæ virtutis perfectionem plus magis accedunt. Sciendum autem non eodem omnia tempore legi posse, cum alia serius, alia citius adolescant: media verò cuiusq. plantæ etas cum iam florem emittere capit, collectioni quàm maximè est opportuna, tunc enim folia magnitudinem suam, colorem, odoremq. sunt adeptæ, ea præsertim quæ cacumini propinquiora nascuntur. Flores decerpenti antequam marcescant, aut spontè decidant: semina cum siccari ceperint, & antequam excidant: fructus ubi maturerint. Succus è plantarum tenerioribus folijs ac germinantibus cauliculis exprimendi. Ra-
dices

lices quadam quouis ferè anni tempore, exceptâ hyeme, effodi possunt, utpotè Liquiritia, Acetosâ, Buglossâ, Apij, Rusci, Althea, Cyclaminis &c. hæ enim semper vegetæ sunt ac succulentæ, etiam si caulis aruerit. Aliquæ euellendæ antequam in stolones vis plantæ abeat, utpotè Gentiana, Polypodium, Sigillum Beata Mariae &c. nonnullis astrorum obseruatio necessaria esse putatur, vnde Pæoniæ radices ad Epilepticos insultus reprimendos decrecente Lunâ legendas esse docemur. Eligantur autem radices benè habitæ ac benè nutritæ, integræ, non strigosæ, exuicæ, tenues, aut rugosæ, hæ quamprimum lauentur & à radiculis adnatis repurgentur, atque insuper pro sui conditione rescicentur: aliæ enim integræ siccantur, ut Gentiana, Satyrium, Hermodactylus: aliæ in taleolas dissectæ, ut Iris, Bryonia &c. aliæ deniq; exemptâ matrice lignosâ seu corde, torrefiunt, utpotè Petroselinij, Apij, & Fæniculi radices, Siccandæ autem sunt nõ mo do herbæ, verum etiam radices in loco sublimi persflato, non puluerulento aut infumato, sed puro, sicco, umbroso; ad Septentrionem vel ortum spectante, atq; hæ præsertim si Austrina tempestas, aut calum nubilum fuerit sæpius versandæ, ne mucosæ fiant aut putridæ, maximè vero eæ quæ plurimum succi habent, aut crassæ existunt. Sed & locus vnde plantæ leguntur considerandus, etenim calidæ ex calidis regionibus ac editis & siccis locis petendæ, sic Galenus Cretæ montes hoc casu præ cæteris prætulit: frigidiores è contra ex locis suæ conditioni & naturæ accommodis utpotè umbrosis, opacis, ac palustribus petantur.



CAPVT QVARTVM.

De repositione, ac asseruatiõne medicamentorum cum
Simplicium tum Compositorum, & qualia cuiq; vel va-
sa, vel instrumenta sint adhibendâ.

LECTA sic ritè Simplicia, & quæ ex ijs sub varijs formis parata sunt Composita, debito modo reponi ac custodiri omninò postulant, ne vel situm contrahant, vel rancescant, putrescant, teredine consumantur, acefcant, aut aliter corrumpantur. Solent autè herbæ, radices, ac flores, præsertim odoratiores, in mundis arculis maximè verò tiliaceis cõmodè asseruari loco sicco ac persflato, licet radices nonnullæ crassiores traiecto filo libero aeri suspensa exponantur. Semina charta inuoluta in vitreatis vâsculis vel pyxidibus ligneis rectè seruantur. Succij, liquores, & aqua stillatitia in vitris aut vitreatis vasis depurantur ac detinentur, sunt autem succi prius defecandi & vitris angustij orificij indendi superfuso oleo Amygdalino, aut Oleo Oliuarum purissimo, ne aër subintrans succos corrumpat, eodem namq; modo nec alio vinum Ribes, Cydoniorum, Granatorum, Berberorumq; asseruari ac in annum custodiri vel potest, vel debet. Syrupi verò ex succis vel liquoribus jam dictis percocti, aut aliter quoq; parati, non rectius quàm in testaceis ac figulinis vasis vitreatis perennant, præsertim verò quæ per se acidi sunt, vel alioquin acetum recipiunt, cuiusmodi sunt Syrup. Acetos. Citri de Limonibus, Granatis, Pomis, Arantij, Cerasis, Agresta, Cydonijs, Berberis, succo Acetosæ Lujula, itemq; Oxysacchara & Oxymella, nec non Syr. Acetosus Simplex & Compositus; Acetosus Diarhodon Bizantinus compositus ac consimiles, quos omninò in vasis figulinis vitreatis aut lapideis (ut Mesuæ vult) coqui, despumari, ac reponi debere præcipimus, cum alioquin æruginem statim sapiant, ac coloris quoq; amittant gratiam: aciditas enim quæuis ex lebetibus è cupro & aurichalco confectis, vel pyxidibus aut thecis ex stanno paratis, mineralem quan-

dam noxam prolicit, ventriculo abominabilem & adversam, ac proinde vomitus, stomachi subversiones, & deteriora nonnulla valetudinis nocumenta inducentem, præsertim quod Sympliciorum jam dictorum sapor in testaceis & figulinis vasis vitreâ crustâ obductis longè gratior euadit, ac diutius perseverat. Quod etiam de aquis stillatis notandum, quæ in vitreis magis organis quàm stanneis aut plumbeis, vel æreis extillari, ac vitreis vasculis conclusa loco temperato apte foueri debent. Cortices autem, Gummi, Animalia corundemq; partes, Trochisci, & Collyria arida, in pyxidibus ligneis commodè reponuntur. Loco verò sicco & moderatè calido Tabula Orbiculi, Confectiones solida, & ea quæ Saccharo obducta sunt custodiuntur. Linimenta & Unguenta partim figulinis, partim stanneis pyxidibus conclusa tenentur. Species Aromaticæ coriaceis sacculis probe consutis, vel in vitreis aut eburneis vasculis rectè in usum haud euania seruantur. Condita, Conserua, Electuaria, Opiata, Linctus & Lohoch figulina magis, quàm stannea vasa expetunt, licet & in ijs non incommode seruari queant. Olea deniq; quavis, cocturâ, expressione, insolatione, vel infusione parata, in vitreatis similiter aut stanneis thecis reponi postulant, prout ea quæ destillata sunt in vitris angusti orificij, quæ arctè obligari & ab aestiuo ac expiratione promptè custodiri queunt, in annos asseruantur. Pilula porro vix aliter, quàm Cerata & Emplastra vesicâ aut chartâ, quæ liquatam ceram imbibent, obvolvuntur, atq; sic arculis vel pyxidibus sicis conclusa tenentur.



CAPVT QVINTVM.

De Medicamentorum quorumlibet duratione.



VM sua sit cuiq; medicamento atq; unumq; alio citius, & adolescat & exolescat, idè certum ac definitum durationis medicamentorum tempus statui non potest. sed sunt ea pro cuiusq; temperaturâ ac conditione moderâda: nonnulla enim quorum odor ac vis facile euanescit, dimidio vix anno durans, prout sunt flores qui quò recentiores fuerint, eò rectius in Medicum usum cooptantur: alia etatem adeptâ perfectionem suscipiunt, cuiusmodi esse creditur Euphorbium, ut quod recens nimis furiat, eius enim acrimonia tempore mitescit ac frangitur: quædam solidam substantiam & probam omnino qualitatem temperiem nactâ, longâ die persistunt integra, quod de Cypero, Aristolochiâ, Rusco, Cætaurio maiore, Veratro, Chamæleonte nigro, ac Elaterio Theophrastus & alij referunt. Communiter tamen herbas, flores, ac semina præsertim frigida minora, itemq; radices teneriores quotannis mutari conuenit, semina tamen calida, acria, aromatica, nec non radices crassiores aut densæ per duos tresue annos saluis viribus perdurare possunt, prout & fructus quidam exotici duriori cortice aut crustâ conestiti, ut Myrobalani, Nux Indica, Nux vomica, & c. Syrupi simplices, Mella & Robur singulis annis commutantur, Compositi verò Syrupi, præsertim autem aromatici ad biennium valere creduntur. Conserua & Lohoch maxime quæ Amygdalas, Pineas, & semina frigida rancedini opportuna in sui constitutionem admittunt, vix ultra annum durant; Condita verò pleraq; præcipue autem cortices, duos, tres, ac plures annos sine facultatis violatione persistere possunt. Aqua destillata exoptantur in singulos annos recentes, excepta aqua Stapediana, & aquis ac Elixirijs vitæ, aut alijs aromaticis liquoribus, quorum aliqui vetustate perfectiores euadunt. Trochisci, exceptis ijs qui semina frigida facile rancescentia recipiunt, Sicis, & Pilula duriori compagine concinnata cum sint, ac ob vim quoq; Aloës

corru-

corrupte le obstantem ad duos, aut tres annos pertingunt, præsertim verò, quæ Opium recipiunt nam & Opiata Compositiones pleræq; usq; ad Sexennium, imò ad decennium, Theriaca verò ac Mithridatium usq; ad triginta annos in sua bonitate persistunt, Unguentis, Ceratis ac Emplastris vix ad sesquiannum durantibus. Inter Olea Sesaminum & Amygdalinum, aut ex Nucibus Pineis confectum, intus præsertim sumenda si fuerint, vix ultra mensem sine ranco- ris nota seruantur, frigida verò Olea anni vnus decursum obeunt, calidiora autem & aroma- tica olea duos, tres, vel plures etiam annos vires suas retinent, præsertim destillata, inter quæ Oleum Philosophorum seu de lateribus, etatis provectione maiores vires acquirit. Electuaria lenitiua intra annum serè imbecilliora euadunt, cum solutiuum virtus ad sesquiennium per- ditur. Hiera autem & amara Electuaria ad duos annos pertingunt. Species Aromaticæ singu- lis annis, vel sesquiennali periodo renouari postulant. Animalia verò eorundemque partes, quam diu incorrupta seruantur, vegetas vires obtinere creduntur.



CAPVT SEXTVM.

De Simplicibus absolutè scriptis quæ Antonomasiâ quadam cæ- teris præstant, quid cuiusque loco accipiendum.

VENIT sepius, vt in præscribendis Medicamentorum formulis simplex ali- quod ponatur à Præcticis solo nomine, absq; sexus, loci, magnitudinis, formæ, coloris, delectus, aut propria partis alicuius determinatione comprehensum, vnde dubium hoc oritur siue mas vel femina, radix an semen, vel folia, aut flores, huius vel illius planta ibidem nominata, aut simplex aliquod aliud sub diuersis formis ac qualitatibus in Officinis prostant, idq; album vel nigrum, amarum vel dulce recipiendum. Pro cuius rei notitia scien- dum in quoz Medicamenti genere id assumi semper debere quod est optimum, vt si v. g. scri- batur Benzoinum, sumatur Amygdaloides quod est optimum, si Aloës occurrat simpliciter scripta, intelligatur Soccotrina, sin Santalum, capiatur Citrinum, vt potè odoratissimum. Sunt autem planta non pauca, quarum sola in vsum Medicum folia cooptantur: alia ob flores dun- taxat expetuntur: nonnullarum radix, prout in quibusdam semen tantum ceteris totius stir- pis partibus præfertur. Quædam patriâ natiuitate gaudent, ac à solo seu regione vnde ortum duxere, famam sortiuntur: plurima sexu estimantur, pleræq; verò qualitatibus alijs, quarum hæc in hoc, alia in alio desiderari consueuerunt, sua pro dignitate distinguuntur.

ITAQVE SI SIMPLICITER OCCVRRAT.

A Bsinthium,
Acetum,
Agaricus,
Agnus castus,
Aloës,
Alumen,

SUMATUR

Ponticum.
Ex vino, non cereuisiâ, aut hydromelle
Albus & fæmineus,
Semen eiusdem.
Soccotrina.
Scissile.

C 3

Amo.

Amomum,
 Ammi,
 Anisum,
 Aristolochia,
 Balsamum,
 Borago aut Buglossum,
 Bryonia.
 Calamintha,
 Capparis,
 Cardamomum,
 Centaurium,
 Cinamomum,
 Corallus.
 Costus
 Cuminum,
 Cupressus

Daucus,
 Dictamnus,
 Eruca,
 Gummi,
 Granatum pom.
 Helleborus,
 Hepatica,
 Hyoscyamus.
 Hyssopus.
 Ixis,
 Liliium,
 Margarita,
 Marrubium,
 Mastiche,
 Medulla,
 Mentha,
 Nymphæa,
 Oleum,
 Opium,
 Papauer,
 Pœonia.
 Petroselinum,
 Piper,
 Pix,
 Polypodium,
 Prunum,
 Quercula minor,
 Resina,
 Rhus,

Scythicum.
 Illyricum aut Ægyptiacum.
 Creticum.
 Rotunda.
 Opobalsamum, vel ejus succedaneum.
 Flos, aut folium, vel utrumq; simul.
 Alba non nigra.
 Montana.
 Cortex radices.
 Minus.
 Minus.
 Acutissimum odoratissimumq;
 Ruber.
 Amarus.
 Æthiopicum.
 Conus ejusdem in adstringentibus, fo-
 lia aut lignum in diureticis.
 Semen Dauci Cretici.
 Cretensis.
 Sylvestris.
 Arabicum.
 Acidum.
 Niger quia albo securior.
 Lichen.
 Albus.
 Montanus.
 Illyrica, vel Florentina.
 Album.
 Solida ac candida.
 Album.
 Chia aut Ægyptia.
 Cervina, vel si desit, Vitulina.
 Rubra & hortensis vera.
 Candida.
 Oliuarum.
 Thebaicum.
 Album.
 Maris semen aut radix.
 Macedonicum.
 Album.
 Liquida in suppurantibus, sicca in glu-
 tinantibus.
 Quercinum.
 Damascenum vel Hungaricum.
 Chamædris.
 Laricina aut Terebinthina.
 Cortex fructus Sumach.

SUMMARIUM

Rosa

Rosa,
Rosmarinus,
Santalum,
Scordium,
Spica,
Stachas,
Styrax,
Sulphur,
Thymus,
Veronica,
Viola,
Zingiber.

SUMMARIUM

Rubra.
Herba ejusdem, interdum flos.
Citrinum.
Creticum.
Indica.
Flos Stachados Arabicæ.
Calamita.
Apyron seu vitium.
Creticus.
Mas.
Nigra, seu cærulea.
Maliaricum.

Nesse quoq; Pharmacopæos oportet plura quandoq; Simplicia uno titulo simul comprehendi, ut potè cum scribitur: Accipe quinq; herbarum emollientium singularum manipulum, sumantur sequentes, nempe

Quinq; herba emollientes {
Malua.
Althæa.
Violaria.
Mercurialis.
Acanthus seu Branca vrsina.

His ali; Parietariam, Betam & Atriplicem adscribunt.

Quatuor semina calida majora. {
Anisi.
Fœniculi.
Carui.
Cumini.

Quatuor semina calida minora {
Ammeos.
Amomi.
Apij.
Dauci.

Quatuor semina frigida majora. {
Cucumeris.
Cucurbitæ.
Citruli.
Melonum.

Quatuor semina frigida minora. {
Endiuia.
Scariolæ.
Lactuæ.
Portulacæ.

Quinq; radices aperientes maiores. {
Apij.
Fœniculi.
Asparagi.
Petroselini.
Rufci.

Quinq;

CAVIT

| | | |
|--|---|--|
| <i>Quinq; radices aperientes minores</i> | { | Graminis. |
| | | Rubiæ. |
| | | Eryngij. |
| | | Capparis. |
| <i>Quinq; genera Myrobolanorum</i> | { | Ononidis. |
| | | Citrini, seu flau. |
| | | Chebuli, seu Cepuli. |
| | | Indi, seu nigri. |
| <i>Quatuor flores cordiales</i> | { | Emblici. |
| | | Bellirici. |
| | | Boraginis. |
| | | Buglossæ. |
| <i>Fragmenta quinque lapidum pretiosorum</i> | { | Rofarum. |
| | | Violarum. |
| | | Saphiri. |
| | | Granati. |
| <i>Quinque herba capillares</i> | { | Smaragdi. |
| | | Hyacinthi. |
| | | Sardæ, seu Corneoli. |
| | | Adiantum nigrum, seu Capillus Veneris. |
| <i>Quatuor aqua Pleuritica</i> | { | Adiantum album, seu Ruta muraria. |
| | | Polytrichon aureum. |
| | | Trichomanes. |
| | | Asplenium seu Ceterach. |
| <i>Tria Olea stomachica.</i> | { | Cardui B. Mariæ. |
| | | Taraxaconis. |
| | | Cardui Benedicti. |
| <i>Quatuor unguenta calida</i> | { | Scabiosæ. |
| | | Absinthij. |
| | | Cydoniorum. |
| <i>Quatuor unguenta frigida.</i> | { | Mastichinum. |
| | | Arëgon. |
| | | Mariaton. |
| <i>Quatuor unguenta frigida.</i> | { | Althææ. |
| | | Agrippæ. |
| | | Album camphoratum. |
| | | Rofatum Mefuæ. |
| <i>Quatuor unguenta frigida.</i> | { | Populeon. |
| | | Infrigidans Galeni. |

Hæc autem omnia ac singula à Pharmacopœis ad amussim tenenda, imò memoria mandanda sunt, ne in his alioquin error obtingat, qui vel Medici intentionem præpediat, vel egro damnum adferat; cum apprimè cavendum sit, ne quis ab ea arte quæ omnibus benefacit, per operarij eam tractantis aut exercentis vel inscitiam, vel incuriam ledatur.

CAPVT SEPTIMVM.

De Succedaneis quorundam Medicamentorum, eorundemq; substitutis.

VENIT persapè ut in tanta tam diuersorum Medicamentorum sarragine simplex aliquod medicamentum desideretur, vel quia id omninò deest ac comparari vix potest veluti Balsamum verum, vel quia vis eius ob loci unde id peti debet distantiam, & itinētis prolixam moram exoletum ad nos deuehitur ac viribus expers, vel quia de eius ortu, an nimirum legitimum id sit vel spurium, adhuc dubitatur, unde ne agri suo commodo priuentur aliud quodpiam viribus equipollens huic substituentum; quod eius defectum simili temperatura, facultate ac gradu resarciat. Talia subrogata medicamenta Grecis ἀρτίκαλλόμωρα dicta, Latinis succedanea & substituta, Officinis verò licet satis Barbarè, Quid pro Quo vocari consueuerunt. In ijs autem deligendis utpotè quidnam cuius commode subrogari queat, cum non nisi peritissimi Medici, minimè verò Pharmacopœi iudicare ac discernere possint ac debeant, idcirco præcipua eorum complexi hæc ipsa in seriem Alphabeticam sic digessimus, ut è dextro subjecti catalogi latere vera & legitima, ex sinistro verò succedanea seu ἀρτίκαλλόμωρα promptè conspicerentur.

ITA QVE PRO

A Brotano
Absinthio

Acacia.

Acantho

Acoro

Adipe cerui

Adipe vulpis

Althæa.

Ammi

Amomo

Ammoniaco

Amygdalis amaris

Aniso

Aqua marina.

Aristolochia rotunda

Aspalatho

Balaustio

Origanum.

Abrotanum.

Hypocistis, aut succus Prunorum syluestrium inspissatus.

Malua.

Calamus Aromaticus, aut in purgantibus Asarum.

Adeps capræ.

Adeps ursinus.

Malua.

Anisum.

Calamus Arom. aut grana Iuniperi, vel semen Citri ac Hyperici, æquali propolis. (dere.)

Nuclei Persicorum.

Daucus.

Muria piscis, aut aqua simplex in qua salis vncia semis bullierit.

Longa vel pistolochia.

Lignum Aloës.

Malicorium.

D

Balsamo

SUBSTIT

| | |
|------------------|--|
| Balsamo | Oleum Caryophyllorum, aut Nucura Musc. |
| Blito. | Atriplex. |
| Boragine. | Buglossa. |
| Calamo Aromatico | Schœnanthus. |
| Calamintha | Mentastrum. |
| Cardamomo. | Cyperus. |
| Carpobalsamo | Cubeba. |
| Cassia lignea | Cinamomum optimum. |
| Chamædry | Chamæpytys. |
| Citri succo | Succus Limonum. |
| Dauco, | Pastinaca. |
| Dictamno | Scordium. |
| Doronico | Zedoaria, aut Galanga cum aliqua por- tione corticam Citri. |
| Ebulo | Sambucus. |
| Eupatorio Mesuz | Asari & Absinthij. ana. partes æqua- les. |
| Folio. | Macis & Cyperi ana. partes æqua- les. |
| Galbano | Sagapenum. |
| Harmel | Dictamnus albus, aut sem Rutæ. |
| Helleboro albo | Niger, vel Turbith. |
| Herba Paris | Vmbilicus Veneris, aut Sedum minus. |
| Hysso | Saturegia. |
| Iusquiamo | Papauer. |
| Lacca | Styrax. |
| Lapide Armeno | Lapis Lazuli. |
| Mandragora | Iusquiamus, Solanum, Papauer. |
| Meu | Angelica, aut Ostrutium. |
| Omphacio | Succus Granatorum aut Ribes. |
| Opopanace | Ammoniacum, vel Galbanum. |
| Oesylo | Medulla cruris vituli. |
| Petrofelino | Apium. |
| Phu | Valeriana. |
| Pipere longo | Album. |
| Rhapontico | Rhabarbarum selectum. |
| Saxifragia | Pimpinella. |
| Secacul | Radix Pastinacæ sylvestris, vel Eryngij. |
| Sifone | Daucus. |
| Tamarisco | Asplenium. |
| Xylobalsamo. | Lignum Aloës. |

Hac ideo subjecimus, ne quilibet Pharmacopæus suo pro iudicio, eog. forsan crudo; temerè de his quidquam statuatur, aut suo pro arbitratiu inconsulto in defectum alterius quidpiam subrogare nitatur, quod non prudenti consilio ac unanimi Medicorum exercitatorum decreto eidem sufficiens fuerit; cum succedaneorum censura non nisi peritissimis Medicis credi possit.

fit ac debeat, ut potè in qua non nuda qualitas, sed qualitatis quoq; gradus, ac operationis insu-
per modus doctà planè & solerti indagine pensitandus.



CAPVT OCTAVVM.

De Venenis, eorundemq; Antidotis seu Alexipharmacis.

ETSI in confesso est celeberrimas illas antidotos Mithridatium nimirum ac Theria-
cam à Damocrate & Andromacho ante aliquot secula pellendis quibusuis venenis,
eorundemq; noxis abolendis adinventas constructasq; fuisse, ac contra venenatorum
animalium ictus, percussiones, & morsus præclaram & efficacem omninò opem præstitisse,
quibus longa posteritatis observatio multa experimentorum serie fidem non modo fecit, sed &
vtriusq; Antidoti famam ad nostra hæc usq; tempora non sine perennis gloria encomio ac lau-
de deduxit. Venenorum tamen varietas, ac eorundem diuersa vel natura, vel conditio, pecu-
liaria quedam cuiuslibet toxici Alexipharmaca expetere visa fuit, & suà quodlibet antipa-
thià alterius noxæ reluctaretur. Cum enim non vno eodemq; modo obsint omnia, sed vne-
num hoc adurendo, alterum extremè frigefaciendo stupefaciendog; aliud constipando grauandog;
plurima verò erodendo noceant, idcirco singulis fere venenis singula sunt & reperta &
instituta Alexiteria, ut vnum alterius noxam profligaret, attereret, & antitoxicū cum toxico
pugnans id ipsum euinceret, fractisq; malitiei viribus vel expelleret, vel annihilaret. Pro
cuius notitia animaduertendum, aliqua primis solum qualitibus nociua existere, ut quæ
summo caloris aut frigoris excessu corpus ledunt, prout inter calida Euphorbium, inter frigida
Opium & Hyoscyamus: alia secundis qualitibus obsunt, nonnulla ab occulta proprietate seu
substantia modo nunc his, nunc illis animantibus vel membris, prout lepus marinus pulmoni-
bus, Cantharides verò vesicæ nocent, analoga quadam vi vim inferunt, ut Nux Vomica quæ
canibus & animalibus cunctis, quæ ceca nascuntur internecioni est. Aliqua non aliter
quàm certa dosi venena existunt, ut Crocus, qui cum cor exhilaret, trium tamen drachmarum
pondere exhibitus, homines, magis tamen viros quàm feminas necare creditur. Vnde colligi-
tur suo cuiq; veneno suum quoq; Alexipharmacum debita dosi, modo, temperatura, ac quali-
tate præditum meritò esse opponendum. Et licet Theriaca ac Mithridatium contra omnium
venenorum noxas commodissimè exhibeantur, ut quæ plurima eorum deuicisse ac expugnasse
sint obseruata, id tamen de venenis ex vegetabilibus aut animalibus productis, quàm maxi-
mè intelligendum, cum in metallicis, quæ erodendo potissimum, & alterius alicuius generis aut
speciei qualitate ledunt, eum non semper effectum sortiantur, quem in ijs quæ à specifica qua-
dam forma exititalia sunt, præstare solent. Vnde si Arsenicum, Realgar, Auripigmentum, aut
Mercurius sublimatus deuoratus, aut aqua fortis caustica ebibita fuerit, plus hic valebit Amyg-
dalini olei, aut butyri in pingui iure dissoluti potio, aut ius quoduis adiposum largè ac crebrius
haustum, insuper omne id quod ventriculum & intestina suo vel lentore defendere, aut ero-
dentium acrimoniam pinguedine obtundere potest, quàm omnia alia quantumuis maxima
præstare valent alexiteria, adeò enim pinguibus istiusmodi viscera lubricantur, ut caustica
ac corrodentia pharmaca seu venena his minus adherere, ideoq; ea minus ledere queant, vnde
etiam hæc ipsa ad Calcem, Cinnabarim, Sandaracam, Auripigmentum, ac alia quævis
eroden-

erodentia summopere celebrantur. Vulgarium vero venenorum Alexiteria hæc ferè cum veteribus, tm neotericis esse traduntur.

Venenum.

Alexipharmacum.

| | |
|--|---|
| A Nacardiorum Flammulæ, ac urtice & seminis | <i>Seminis Cydoniorum, Psyllij aut Malua mucilago, vel Hordei cremor potus.</i> |
| Argenti viui | <i>Costus, Myrrha, Ruta,</i> |
| Aris squammarum & æruginis | <i>Mulsa copiosa pota ac vomitu reddita, Mertha succus sumptus, Terra Lemnia, Corallum rubrum.</i> |
| Bryonia. | <i>Piper nigrum.</i> |
| Cantharidum. | <i>Grana Halicacabi & lac Amygdalinum, vel emulsio seminis Cucumeris, aut sem. frigidorum majorum cum aqua hordei parata. Decoctum seminis Malua, Lini ac Fenugraci clystere infusum, quinimò butyrum crudum recens delinctum, aut jus esculentum idg. adiposum crebro haustum, vel etiam lac quoduis ab ubere recens epotum.</i> |
| Cerebri felis seu Catti. | <i>Moschi optimi scrupulus dimidius.</i> |
| Ceruffa. | <i>Nuclei Persicorum ex ptisana poti. Vinum bonum magna quantitate haustum, & clysmata ex decocto caulium rubrorum & largo oleo.</i> |
| Cicutæ. | <i>Gentiana.</i> |
| Cyclaminis. | <i>Terra Lemnia ac Gentiana.</i> |
| Ephemeris Colchici. | <i>Lac bubulum copiosè haustum, Succus Rubi potus, Allium, & Origanum cum lixiuio bibitum.</i> |
| Euphorbij. | <i>Semen Citri cum vino Enula. Pingua omnia, Oleum Amygdalinum, butyrum, lac acidum, emulsio seminum frigidorum. Mucilago Cydoniorum ex semine parata, itemq. ex ptisana.</i> |
| Fungorum. | <i>Diatrion pipereon. Allium crudum. Calamintha. Stercus gallinae siccum ex Melle & Vino, quia vomitum prouocat, quo item nomine grana aliquot Antimonij vitrificati commendantur.</i> |
| Gypsi. | <i>Cinis fruticum fabarum drachmarum duarum pondere cum vino decoctionis Hissopi. Oleum epotum, & Origanum ex Passo sumptum.</i> |
| Hellebori. | <i>Castoreum, aut flores Nymphaeæ cum vino, nec non mala Cydonia, item Mulsa cum butyro pota.</i> |
| Hyoscyami, ac Solani somniferi. | <i>Nasturtium agreste, Allium, Cardamomum, Ruta, aut Piper longum ex vino sumptum.</i> |
| Leporis marini. | <i>Humanus aut anserinus sanguis calens haustus. Lac asinum, aut decoctum radicum Malua potum, vel cancræ fluuiales cum suo jure elixi & deuorati.</i> |
| Lythargyrij, & scobis plumbi. | <i>Semen Apij, ac Myrrha ex vino Absinthite aut decocto eius hausta.</i> |
| Mandragoræ. | <i>Raphanus, Castoreum, Ruta & Sinapi ex aceto olfacta.</i> |

Mezereonis

| | |
|--|---|
| Mezereonis. - - - | Origanum. |
| Napelli. - - - | Diamoschu, Diambra. Lapis Bezoar, Smaragdus. Semen Napi. |
| Nucis vomicae. - - - | Cortex Citri. |
| Opij. - - - | Castoreum, Piper, Crocus, vinum generosum, Ambra. |
| Sanguinis & lactis in ventriculo concreti. - - - | Coagulum omne maximè verò leporinum, quin & oculi cancri. Mumia, aut Nitrum ex Thym. & Calamitha, vel Cerefolij decocto haustum, itemq; sperma Ceti cum consimili liquore sumptum, atq; insuper Pulvis ad casum inscriptus. |
| Sanguinis menstrui. - - - | Trochisc. de Viperis. Margarita pondere drachma unius. |
| Scammonae. - - - | Succus Ribes, Cydoniorum, Acetose. |
| Tythimali. - - - | Mumia drachma cum vino, aut Theriaca cum decocto Diptami & Enula. |

Sunt hac idèò summâ diligentia à nobis adiecta & huc inserta, ut si quis siue per incuriam sui ipsius, siue per malitiam alterius intoxicatus fuerit, cognitâ veneni specie alexiterium confestim hinc peti queat, cum pleraq; venenorum enumeratorum praesens, promptum ac festinum protinus remedium expectant, ac Medicus non semper ad manum sit, cuius consilio intoxicatus confestim uti queat. Maximè autem euenit infantes venenorum periculis exponi, cum obuia quaeq; ori ingerant, ac sine delectu pura aequè atque impura vel lingant, vel omnino absorbeant. Vnde venenorum aliquam cautelam ac praeceptionem quandam, qua ratione eorum praecipua demolienda, expellenda, vel annihilanda vel eorum vis ad tempus saltem, donec debita medicatio praestetur, necessariò subiiciendam esse arbitrati sumus.



CAPVT NONVM.

De Ponderibus & Mensuris Medicis.

RECTE fanè hucusq; communis Philosophorum schola omnia pondere, numero, & mensura contineri docuit, haec enim agendorum sunt quasi quidam limites ac regulae, quibus ea, quae praestanda sunt ad iustitiam & aequitatem pensantur, adeò ut his vel posthabitis, vel neglectis in medicina faciendâ periculi plenus labor sit futurus, cum cuiusq; medicamenti vis & energia ad subiecti seu patientis aegri vires aut tolerantiam comparatione factâ horum adminiculo eliciendâ debita dosis causa trutinetur, ne aut medicamentum proportionem suam per defectum fraudatum, ac in minori quàm par est quantitate exhibitum effectum à se expectato frustretur, aut in eiusdem proportionis excessu porrectum corpus vel laedat, vel omnino pessundet.

Inchoantur autem pondera à minoribus tanquam à partibus totum constructuris, & granis enim scrupuli, ex his drachmae, hinc unciae, ac tandem librae consurgunt, habentq; se scrupuli instar litterarum, drachmae instar syllabarum, uncia instar dictionum, libra instar

orationis, unde cum Fannius Poeta notasset tot uncia inesse scrupulos, quod Alphabetum Graecum literas continet, nempe viginti quatuor, tali id metro expressit.

Uncia fit drachmis bis quatuor, unde putandum,
Grammata dicta quod hæc viginti quatuor in se,
Uncia habet; tot enim formis vox Græca notatur,
Horis quot mundus peragit noctemq; diemq;.

Granum autem σιτάλευν dictum, minimum pondus est, quo utimur, albi piperis granum pondere adæquans, eius viginti scrupulum, sexaginta drachmam constituunt.

Siliqua καρότιον, pendit grana quatuor.

Obulus ὀβολός, pendit grana decem, seu scrupulum dimidium.

Scrupulus γράμμα seu δίαβολον, pendit obulos duos, seu grana viginti.

Drachma δραχμή καὶ δάκη nostra, Attica, Græca, pendit grana sexaginta, seu tres scrupulos, & est octava pars uncia.

Aureus Arabum, & Denarius Romanus, pendit drachmam unam, & insuper septimam eius partem 7, circiter grana novem, unde tres Denarij tetradrachmam, & septem denarij vel Aurei constituunt unciam.

Sicilicus pendit drachmas duas.

Sextula pendit quatuor scrupulos.

Duella pendit octo scrupulos.

Uncia ὀγγία ἢ δωδέκατος duodecima pars libra, constat drachmis octo, denarij septem. Idem pendit Oxybaphon Galeno.

Sescuncia seu sescunx, uncia una & semis, octava pars libra, idem pendit faba Alexandrina.

Sextans ἑκτὸν sexta pars libra, dua uncia.

Quadrans tres uncia, τέταρτος quarta pars libra.

Triens quatuor uncia, τρίτος tertia pars libra.

Quincunx, uncia quinque.

Semis vel semissis, id est dimidium assis, uncia sex, ἡμισίτων.

Septunx uncia septem.

Bes vel Bessis, quasi bis triens, uncia octo.

Dodrans uncia novem, demitur quadrans.

Dextans uncia decem, demitur sextans.

Deunx uncia undecim, demitur uncia.

As vel Assis, uncia duodecim, seu libra Romana drachmarum 96.

Libra λίτρα. Pondo triplex est. Publica seu Zygotatica, seu Ciivilis, pendit uncias sedecim, drachmas 128. dicitur & μνᾶ seu Mina Medica. Item Attica & Ægyptia seu Alexandrina teste Gal. κατὰ γένη in Emplastro Hera, & Emplastro viridibus Andromachi. Mina Græcorum 100. drachmarum.

Medicinalis, qua & Romana & As, duodecim uncias, denarios 14. drachmas 96. pendit, & hac est Officinis usitata.

Dioscorides ἢ δὲ λίτρα ἔχει ὀγγίας 16. & Galenus, ἢ μὲν γὰρ λίτρα δραχμῶν 128 ἢ ἄγες αἰς τοῖς ἑνεύκοντα.

Marca continet uncias octo, seu sedecim lotones, & hac utuntur aurifabri. Bes Romana libra.

Notantur

Notantur autem pondera his signis.

| | | |
|--------------|----------|--|
| Gr. gr. | DESIGNAT | Granum. |
| ℥. S. vel ℥. | | Dimidium Scrupulum. |
| ℥. i. | | Scrupulum. |
| ℥. i. | | Drachmam. |
| ℥. S. | | Unciam dimidiam. |
| ℥. i. | | Unciam. |
| ℔. S. | | Libram dimidiam. |
| ℔. i. | | Libram. |
| M. | | Manipulum. |
| N. | | Numerum. |
| P. | | Pugillum. |
| ANA. | | Æquale pondus aut mensuram, duorum vel plurium medicamentorum. |

Consuetius autem omnino est in definiendis aut prescribendis medicamentorum formulis, ac signando numero, prisorum Romanorum notis uti, quae sic pinguntur: I. II. III. IV. V. VI. VII. VIII. IX. X. XI. XII. & c. quam alijs Ciphrarum characteribus 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. sic enim ob notarum diuersitatem non tam facile error committitur, qui characterum similitudine forsitan subreperere posset, cum 3. drachmam, pondus designet, itemq. numerum ternarium.

Mensuræ Liquidorum.

Libra Ciuilis seu publica tantundem pendit, quantum dimidia vini mensura Augustana, quae capit uncias sedecim, nam integra mensura nostra bilibralis est, & pendit uncias triginta duas.

Hemina Italica, est dimidius Sextarius Atticus, & pendit uncias mensurales nouem, tantundem quoq. pendit Cotyla Attica, dicitur & Hemixeston. Vide Gal. ἀλάγαρον cap. de ijs quae Crito conscripsit. Cotyla Italica, est libra mensuralis, seu duodecim uncia. Gal. teste ἀγυρεῖον ε'.

Sextarius Atticus, ἡξέτης Ἰταλικοῦ ἢ ἡμιμείδης, continet duas heminas, seu uncias decem & octo, id est, dimidiam mensuram Augustanam, & insuper duas uncias.

Chaenix, sextarij duo, mensura Augustana & quatuor uncia.

Chus, χῦς, Charnices dua, dua mensura Augustana, & octo uncia.

Congius sex sextarios continet, id est tres mensuras Augustanas, & 12. uncias.

Bicongius duodecim sextarios, id est sex mensuras Augustanas, & viginti quatuor uncias continebat. Talis dictus fuit Ciceronis filius.

Tricongius, erant decem mensurae Augustanae, & insuper quatuor uncia.

Notationum pondus his signis

| | | |
|-----------|---|-----------|
| Gravitas | } | Gravitas |
| Densitas | | Densitas |
| Extensio | | Extensio |
| Tractatus | | Tractatus |
| Incensio | | Incensio |
| Incensio | | Incensio |
| Incensio | | Incensio |
| Incensio | | Incensio |
| Incensio | | Incensio |
| Incensio | | Incensio |

Gravitas est pondus quod est in corpore...
 Densitas est pondus quod est in corpore...
 Extensio est pondus quod est in corpore...
 Tractatus est pondus quod est in corpore...
 Incensio est pondus quod est in corpore...

Magnitudo pondus

Gravitas est pondus quod est in corpore...
 Densitas est pondus quod est in corpore...
 Extensio est pondus quod est in corpore...
 Tractatus est pondus quod est in corpore...
 Incensio est pondus quod est in corpore...



MEDICAMENTORVM OFFICINIS PHARMACEVTICIS REIP. AV-

G V S T A N Æ V S I -
T A T O R V M.

CLASSIS PRIMA.

SYRVPVS ALTERAN-
TES NEC NON IVLPIA,
MIVAS, AC ROB, SINGVLA

secundum seriem Alphabeticam dispo-
sita continens.

SYRVPVS DE AB-
SINTHIO.

℞ Absinthij Pontici, seu Roma-
ni libram semis.

Rosarum rubear: vncias duas

Spicæ Indicæ drachmas tres.

Vini veteris clari optimi.

Succi Cydoniorum. ana. li-
bras tres, & vncias quatuor.

Macerentur in vase fictili horis
viginti quatuor: deindè deco-
quantur, & colaturæ adde

Sacchari libras duas.

Fiat, ut est artis, Syrupus.

Ventriculi, hepatis, & vis-
cerum aliorum imbecillita-
ti etiam dolorifica, & Ca-

*chexia presertim à causa frigida suc-
currit: appetentiam deiectam excitat;
intestinorum & viscerum mollitiem
delet, ac retentricem eorum vim confir-
mat: flatus discutit, felle suffusos & Au-
riginosos iuuat, humoresque per Urinas
propellit. Datur in albo & pituitoso mē-
suum fluore: sumitur ex Aqua Mentha
in ventriculi affectibus, nam in robo-
rando stomacho & iecore mirabilis est
potentia.*

SYRVPVS ACETO-
SITATIS CITRI.

℞ Succi acidi Mali Citrij per pā-
num rarum colati libras sex.

Sacchari albissimi libras tres.

Coquantur secundum artē.

E

Refri-

R Efrigerando & humectando bilio-
sarum ac aestuantium febrium in-
cendia potētissimè restinguit, & sitis in-
tolerantiam sedat. Viscerum phlegmo-
nas, ardoremq; vehementem, & biliosos
affectus omnes corrigit. Cor, ventriculū,
& alia viscera ab intemperie calida im-
becilla firmat, spiritus ab immodico calore
attenuatos resolui prohibet; ipsorum pu-
tredini, prout etiam humorum, ac aeris,
totā suā substantiā resistit, febresq; pesti-
lentes aut gigni vetat, aut jam natas e-
mendat, nec non venenis aduersatur.

A Nimaduertant Pharmacopœi in hujus Sy-
rupi præparatione, vt succum Citri sumāt,
colo spontē suā transmissum, non autem validā
expressione paratum, eum cum saccharo albi-
simo, quale Maderanum est, aut saltem clarifi-
cato, secundū artem lento igne decoquant.
aliās enim faciliē crassescit, vel in grumos abiit,
ac situm leui occasione contrahit, aut euadit
fuscus ac nigricans, cum alioquin (prout Lim-
onum Syrupus, ac Acetosus simplex, aut Iulapi-
um Rosatum) pellucidus & albus esse debeat.
Peritiores Pharmacopœi succum Citri vel om-
nino non, vel modicè saltem coquunt, eundem
Saccharo per se & supra Syrupi consistentiā
cocto artificiosè iungentes: sic enim Syrupus te-
nuis euadit ac transparent, nec facile grumescit,
aut debitam suam amittit gratiam.

**SYRVPVS DE SVC-
CO ACETOSÆ MES-**

II. Æ.

R Succu Acetosæ depurati libras
tres.

Sacchari clarificati libram v-
nam semis.

Coquantur secundū artē.

F Ebris biliosis admodū grātis
est, pestilentibus saluber. Viscerum
igneum calorem moderatur, ipsaq; con-
firmat, & validè refrigerat.

**SYRVPVS DE SVC-
CO ACETOSELLÆ.**

R Succu Acetosellæ depurati li-
bras duas.

Sacchari clarificati libram vnam
Coquantur in Syrupum.

Viscerum inflammationibus, nec nō
malignis ac pestilentibus febribus
confert, earundem feruorem reprimi, pu-
tredinem emendat, sitim, ac sanguinis e-
bullitiones compefcit: cor eximie roborat,
& Aphthas auxiliatur.

**SYRVPVS ACETOSVS
SIMPLEX, MESVÆ.**

R Sacchari clarif. libras quinq;
Aquæ fontis libras quatuor.
Aceti vini libras tres.

Coquantur secundū artē.

Humorū crassitiē incidit & atte-
nuat, obstructiones leuat, aperit &
abstergit, saluberrimus in affectibus cali-
dis ac biliosis, & ex materia mixta wat is.
Biliū impetum tenuitate ac aestu furentē
frangit, reprimi, incrassat, & refrigera-
tione extinguit. Urinas mouet, sudores e-
licit, ac Pestilentie putrediniq; resistit.

**SYRVPVS ACETO-
SVS COMPOSITVS
MESVÆ.**

R Rad. Fœniculi,
Apij,

Endiuæ ana. vncias tres.

Semen Anisi,

Fœniculi,

Apij ana. vnciam vnam.

Endiuæ vnciam semis.

Coquantur lento igne in libris
decem

decem aquæ ad dimidias: adde colaturæ

Sacchari optimi libras tres.

Aceti acerrimi libras duas.

Coquantur ad Syrupi consistentiam.

Ostructiones viscerum reserat, humorum crassitiam tenuat, & purgat, Urinas promouet, febres compositas & Noctas, prout & ventriculum bile ac pituita crassa refertum alleuat, nec non renum, jecoris, & lienis infarctus penetrat.

SYRVPVS ACETOSVS DIARHODON, MESVÆ.

R̄ Succii Endiuivæ,

Apij ana. libras duas semis.

Rad. Apij.

Fœniculi,

Endiuivæ ana. vncias duas.

Rosarum vnciam vnam.

Glycyrrhizæ vnciam semis.

Spicæ drachmas duas semis.

Sem. Anisi,

Fœniculi.

Apij. ana drachmas septem

Aquæ fontis libras sex.

Aceti libras duas.

Sacchari libras tres.

Modus conficiendi est, vt arida omnia in aquam coniecta, ad duarum partium consumptionem decoquantur: deindè cum succis, aceto, & Saccharo fiat Syrupus.

Vsus eius est ad febres complicatas: hepatis, & splenis obstructiones aperit, & viscera corroborat.

SYRVPVS ADIANTINVS FERNELII.

R̄ Adianti albi, id est, Rutæ murariæ manipulos tres.

Nigri, seu Capilli Veneris,

Simplicis, seu vulgaris, id est,

Polytrichi aurei.

Saxifragiæ,

Betonicæ,

Pimpinellæ,

Asplenij ana. manipul: duos.

Coquantur ex aquæ libris octo dum ad quinque redeant. In expresso solue.

Sacchari albi libras quatuor.

Mellis optimi expurgati libram semis.

Fiat Syrupus.

Omnes quacunque corporis parte humores equabiliter incidit, atq; detergit, cuius morbo incipienti, omnitidem natura, etati, regioni, atq; etiam prægnanti familiaris.

In defectu Polytrichi aurei substituaturs Trichomanes.

SYRVPVS DE AGRESTA MESVÆ.

R̄ Omphacij, seu Agrestæ libras quinque.

Sacchari clarificati libras tres.

Coquantur secundum artem.

Potentèr astringit, refrigerat, & siccit, ideoq; à putredine vindicat, conditioniq; pestilenti quàm maximè resistit. Ventriculum stabilis, eumq; ab aliarum partium excrementis securum præstat: prægnantium malaciam deijcit, intemperiem calidam stomachi, hepatis,

E 2

sitimq;

sitimque uehementem restinguit, uenienis aduersatur, febribusq; biliosis benefacit: Cholera morbo, ac Dysenteria, purgato prius corpore, medetur. Post cibum sumptus, vomitionem immoderatiorum, molestamque stomachi subuersionem ab aestuante bile, aut inflammatione persanat.

A Gresta, succus est ex uuis imaturis expressus, paulò antequam maturuerint, is Græcis Omphacium dicitur, quod ad intinctus quandoq; asseruatur. Hoc autem loco Agresta summi debet nondum coctione densata, sed expressa tantum & depurata.

SYRVPVS DE AL-
THÆA FERNELII

R Rad. Althææ vncias duas.
Cicerum rubrorum vnciam vnam.
Rad. Graminis,
Asparagi,
Glycyrrhizæ,
Vuarum passarum expurgatarum ana. vnciam semis.
Cymarum Althææ,
Maluæ,
Helxines,
Pimpinellæ,
Plantaginis,
Adianti utriusq; ana. manipulum vnum.
Quatuor Sem. frig. major. & minor. ana. drachmas tres.
Coquantur ex aquæ libris sex, dum quatuor supersint: deindè cum sacchari albi libris quatuor percoquatur Syrupus.

A Rdorem urinae demulcet, ac citrà manifestum calorem, crassam, ob-

struentemque pituitam, nec non viscidam purulentamque renum saniem, & arenulas blandè ac clementèr expurgat.

SYRVPVS ARAN-
TIORVM.

R Succu Arantium lege artis percolati libras tres.

Sacchari albissimi libram vnam semis.

Coque in Syrupum.

D Vpliciter hic Syrupus preparari cõsueuit, è succo nimirum Arantium dulciũ, & acidorum: quorum hic nau-seam: sitim, & cordis tædia pellit; ille calidis faucium ac pectoris malis opitulatur.

SYRVPVS DE COR-
TICIBVS ARAN-
TIORVM.

R Corticum Arantium recentium & extimorum libram vnam.

Aquæ fontis libras quatuor semis.

Coquantur ad duarum partium consumptionem: colaturæ adde

Sacchari optimi libram vnam.
Fiat Syrupus.

V Entriculum frigidum roborat & fulcit, concoctionem adiuvat, flatu dispellit, ac cordis vires adauget.

SYRVPVS FLORVM
ARANTIORVM.

R Florum Arantium recentium libram semis.

Infundantur in aquæ fontanae calentis libris duabus horis viginti

ginti quatuor: tum rejectis prioribus floribus, ac reassumptis totidem nouis infusio reiteretur, idque trina vice fiat. Deinde colatura cum sufficienti quantitate Sacchari albissimi coquatur in Syrupum.

*C*Or, ac cerebrū mirificè recreat, spiritus instaurat, sudoresq; mouet; pestilentibus ideò febribus salutaris, infestios namq; humores à centro ad circumferentiã propellit, & exanthemata eijcit.

SYRVPVS DE ARTEMISIA.

℞ Artemisię manipulos duos.

Pulegij,
Calaminthæ,
Origani,
Melissophylli,
Dictamni Cretici,
Perficariæ,
Sabinæ,
Majoranæ,
Chamædryos,
Chamæpithyos, seu Iuæ Ar-
Hyperici, (theticae,
Matricariæ cum flore,
Centaurij minoris,
Rutæ,
Betonicæ,
Buglossæ. ana. manip. vnum.

Rad. Foeniculi,
Apij,
Petrofelini,
Asparagi,
Rusci,
Pimpinellæ,
Enulæ,

Cyperij,
Rubiæ,
Iridis,
Pœoniæ. ana. vnciam vnã.
Baccarum Iuniperi,
Sem. Ligustici,
Petrofelini,
Apij,
Anisi,
Nigellæ,
Radic. Afari,
Pyrethri,
Phu, seu Valerianæ,
Costi,
Carpobalsami,
Cardamomi,
Cassîæ lignæ.
Calami Aromatici.
ana. vnciam semis.

Omnia trita & quassata infundantur horis viginti quatuor in aque pure libris decẽ, & coquantur ad dimidias: deinde aufer igni, ac dum aqua tepuerit frica manibus, & cola diligentèr, expressumque cum sacchari libris quatuor in Syrupū percoque.

*S*yrupus iste ex Mattheo de Gradibus in librum nonum Rhasis ad Almanforem Cap. de mensium suppressione desumptus, potens est in aperiendis obstructionibus ex crassis, viscidis & glutinosi humoribus ortum ducentibus: incidit enim, aperit, & potentissimè tenuat. Veteri autem affectibus potissimùm prodest, eumque elocatum pristinæ sedi restituit, flatu frigidosque humores, quibus is plerumq; infestatur, ac aliquando etiam

*emouetur, dissipans, doloresq; suppri-
mens. Nervos interim roborat, menstrui-
s imperat, materiam contumacem ap-
parat, ejusdemque exitum prouocat.*

Aduertendum in hoc Syrupo, vt decoctum, antequam cum Saccharo percoquatur ac inspissetur, diligenti & iteratâ transcolatione, repurgetur: ne is vel facillè rancefcat, vel turbidus euadat, aut à crassa subsidentia non probè mundatus facillè corrumpatur, cum alioquin ob Aromatum vim ac condituram per biennium durare queat. Debent autem in ejus cocturâ ac præparatione Aromata sub finem demum, coctionis injici, ne vires ipsorum protinùs euanescant, aut efficacia eorum in subtili partium tenuitate consistens, per diuturniorem coctionem expiret.

Quantumuis Syrupus iste à Fernelio (prout Plantius notauit) reuisus ac examinatus aliam descriptionem eius iudicio sortitus sit, quia tamen nostri Medici diuturno eius vsu ac efficaciâ hucusq; fuere contenti, vt qui etiam alibi secundum genuinam auctoris descriptionem parari solet, ideo nihil in eo immutandum esse sensuimus, quem proinde secundum veterem ac prius consuetum modum confici iubemus.

**SYRVPVS DE BETO-
NICA SIMPLEX.**

R Succi Betonicæ depurati libras tres.

Sacchari clarificati libram vnam semis.

Fiat Syrupus, vt est artis.

AD capitis & vteri vitia propulsanda efficax: lenitè aperit, concoquit & abstergit, ac menses moderatè prouocat. Compositus ad prædieta efficacior existit, licet eius vsus non nihil euiluerit.

**SYRVPVS DE BETO-
NICA COMPOSITVS.**

R Betonicæ manipulos tres.

Majoranę manipulum vnum semis.

Thymi,

Rosarum. ana. manip. vnum.

Violaria,

Stœchadis,

Saluia, ana manipulū semis.

Sem Fœniculi,

Anisi,

(mis.

Ammeos. ana. vnciam se-

Rad. Pœonia,

Polypodij,

Fœniculi. ana. drachmas

quinque.

Fiat decoctio in sufficienti quantitate seu libris sex aquæ, ad medietatis consumptionem, colaturæ postmodum addendo.

Succi Betonicæ libras duas.

Sacchari quantum satis est, seu libras tres.

Fiat Syrupus.

**SYRVPVS DE BER-
BERIS.**

R Succi Berberorum depurati libras duas.

Sacchari libram vnam semis.

Fiat ex arte Syrupus.

R Efrigerat, & modicè attenuat: febribus malignis confert, bilem reprimat, febrium aestus delet, ac immoderatam sitim compefcit, bilosis ventris profluuuis salutaris.

**SYRVPVS BIZANTI-
NVS SIMPLEX**

MESVÆ.

R Succorum Endiuia.

. Apij

Apij ana. libras duas.
Lupuli,
Buglossæ ana. libram vnâ.
Ferueant simul, ac spumâ ablatâ
depurentur. Indè verò ejus succi
libras quatuor cum Sacchari cla-
rificati libris duabus semis, lento
igne in Syrupum percoque.

Febres putridas mixtas ex humore
bilioso & pituitoso, solutu contuma-
ces iuuat: obstructiones viscerum aperit,
humores tenaces & lentos incidit, ac te-
nuat. Morbo Regio validè succurrit,
splenis duritiem & infarctus ab humo-
ris Melancholici crassitie dissipat.

Syrupus Bizantinus sic dictus, vel quod Me-
dici Bizantini frequenter eo vterentur, vel
quod Mesuræ qui Damascenus seu Africanus e-
rat, hunc à Constantinopolitano Medico sibi
communicatum acceperit. Vide Ant. Musam.
Brafauol. in examine Syruporum.

SYRVPVS BIZAN-
TINVS COMPOSI-
TVS MESVÆ.

℞ Succorum Endiuiaë,
Apij ana. libras duas.
Lupuli,
Buglossæ ana. libram vnâ.
In his succis decoquantur.
Rosarum rubear. vnciæ duæ.
Glycyrrhizæ vncia semis.
Spicæ Indicæ drachmæ duæ.
Sem. Anisi.
Foeniculi,
Apij ana. drachmæ tres.
Colaturæ adde
Aceti libras duas.
Sacchari albissimi libras
tres.

Coquantur, vt est artis, in Sy-
rupum.

Ad prædicta omnia valentior: Icte-
ro aduersatur, hepatis, & splenis
pertinaces obstructiones reserat, ventris
inflationem remouet, ac hydropem inci-
pientem anteuertit.

SYRVPVS DE BO-
RAGINE.

℞ Florum Boraginis recentium
libras duas.

Aquæ fontis puræ calentis li-
bras octo.

Affusâ floribus aquâ sic in infu-
sione per horas viginti quatuor
dimittantur: deindè floribus
his, (factâ prius expressione,) ab-
jectis, infusio reassumptis nouis
ac recentibus floribus secundo,
atq; sic tertio iteretur. Postmo-
dum accipe.

Colaturæ hujus libras quinq;
Sacchari clarificati libras qua-
tuor.

Coque ad formam Syrupi.

Si tanta florum copia non sit, ut ex eorum in-
fusione Syrupus hic, aut alter subsequens pa-
rari queat, sic fiat.

℞ Succu Boraginis defæcati, & cum albumini-
bus ouorum clarificati libras octo.

In hoc succo calente, infunde per horas
duodecim florum Boraginis recentium libram
vnâ: postea colentur, & cum Sacchari libris
quatuor fiat Syrupus.

SYRVPVS DE BV-
GLOSSA.

Paratur eodem modo, ex trina
florum infusione, vt prior jam
dictus.

Pro.

Prosunt hi Syrupi Maniacis ac Melancholicis: letitiam enim augent, & sanguinem complanant. Pectus quoque humectant & leniunt, nec non Syn-copen & animi defectiones e corde natas arcent, cuius tremori, palpitationi, & imbecillitati eximie succurrunt.

Notandum, nos Syrupos hos haftenus ex succis herbarum earundem parari consuetos, ex florum infusionibus trina vice iteratis imposterum conficiendos instituisse: quem sane modum (ut Melichius monet) etiam Veneti obseruant, cum alias Syrupi isti valde lenti ac crassi, nec non multum ingrati euadere, succiq; ipsi facile corrumpi soleant: licet pro delicatulis ac ditioribus etiam ex ipso florum succo Syrupi hi in officinis nostris parati prostant, eo plane modo quo Syrupus ex succo florum Violarum parari consuevit, confecti.

SYRVPVS DE CALAMINTHA, MESA.

R Calaminthæ Montanæ, seu Nepetæ, Domesticæ. ana. vncias duas. Sem. Ligustici, Dauci, Schœnanthus. ana. drachmas quinque. Vuarum passarum libram semis Aquæ libras sex.

Primò coquantur Vuæ passæ, deindè reliqua ad medias: in fine addatur Schœnanthos. Expres-sum percoquatur cum mellis despumati libris duabus, & fiat Syrupus.

Viscerum obstructiones leuat; incl-dit, attenuat, terget, & aperit. In-terna calefacit, obstinatas materias ex-pulsioni preparat ac menses mouet. Tussi

antiquæ, Asthmatis intemperiei visce-rum frigida conuenit: humores viscidos ac crassos, bronchia pulmonum obsiden-tes expurgat: senibus familiares affectus leuat, nec non lienis tumorem duriti-emque discutit.

SYRVPVS DE CHAMÆMELO.

R. Succi Chamæmeli depurati libras tres. Sacchari clarificati libram vnâ semis.

Decoquantur in Syrupum.

Magnificus eius vsus est in Coli-ca & Iliaca, itemque affectibus uterinis à frigore enatis. Additur potis-simum in Enemata, ubi crassos flatus euocare necesse est.

SYRVPVS DE CAPILLIS VENERIS SIMPLEX.

R. Aquæ decoctionis Capillorū Veneris libras tres. Sacchari libram vnâ semis. Fiat Syrupus.

Ad thoracis affectiones calidas ac destillationes tenues prestans est: Pleuritide proindè incipienti idoneus, cum materia calida, aut mixta suâ tenuitate promptè efferi nequit: obstru-ctiones præterea vasorum lenitèr aperit.

SYRVPVS DE CAPILLIS VENERIS COMPOSITVS.

R. Capillorum Veneris vncias quinque.

Gly-

Glycyrrhizæ vncias duas.

Asplenij seu Ceterach manipulum vnum,

Macerentur in sufficienti quantitate, seu libris sex aquæ, horis viginti quatuor: deinde coquantur ad medietatis consumptionem. Colaturæ libris tribus adde.

Sacchari clarificati,

Penidiorum,

Aquæ Capillorum Veneris. ana. vncias octo.

Fiat Syrupus secundum artem.

Venarum meatus lenitè expurgat, obstructions aperit, è renibus item & vesicâ mucosæ ac arenulas exigit: quem in finem Dodonæus Radicum Rusci & Asparagi. ana. vnciam vnam, ac Seminis insuper Maluæ drachmas duas addendas censet. Nunc Syrupus Adiantini Fernelij eius vicem ferè supplet.

SYRVPVS DE SVCCO CARDVI BENEDICTI.

℞ Succo Cardui Benedicti depurati libras tres.

Sacchari clarificati libras duas.

Fiat lege artis Syrupus.

Febribus malignis ac pestilentibus confert, humorum putredinem arceat, sudores prolicit, vermes enecat, & Pleuritidi auxiliatur.

SYRVPVS CERASORVM ACIDORVM.

℞ Succo Cerasorum acidorum presidentiam defæcati libras sex.

Sacchari albissimi libras tres.

Fiat Syrupus.

Ad internos æstus efficax: sitim extinguit, appetitum instaurat, febrium incendia reprimat, bilis ferociam domat, mulierum malaciæ prodest, ac cordis deniq; vires tuetur.

Svmenda hîc sunt Cerasa illa acida, aliquibus Duracina dicta, quæ nos vulgari idiomate Weichsten aut Weissen nominamus, atq; eorum succo, vbi probè maturuerint, Syrupus hic conficiendus.

SYRVPVS DE CICHORIO SIMPLEX.

℞ Succo Cichorij depurati libras tres.

Sacchari clarificati libram vnam semis.

Coquantur in Syrupum.

Hepatis ac renum intemperiem calidam emendat: febribus auxiliatur, bilis acrimoniam frangit, refrigerat, humectat, & obstructions expedit.

Compositus, seu de Cichorio cum Rhabarbaro, inter Purgantes requirendus.

SYRVPVS DE CINAMOMO.

℞ Cinamomi optimi, seu acutissimi, crassiusculè puluerisati vncias duas semis.

Ponantur in cucurbitam vitream, addanturque.

Aquæ Cinamomi optimæ libræ duæ.

Stent in loco calido benè obturato vase, ne quid expiret, horis viginti quatuor: deinde colentur, & validè exprimantur, ac in

F expref-

expressione hac rursus tantundem Cinamomi infundatur, itereturque id in vniuersum quatuor vicibus. Tum demum Cinamomo omni collecto sic infuso, & post quatuor expressiones relicto, affundatur libra vna vini Maluatici generosissimi. Stent pariter in infusione: tandem valide exprimantur, & addatur expresso

Aquæ Rosarum odoratissime
vnciæ duæ.

Sacchari albißimi libra vna.

Decoquantur in vase fictili probe tecto ad consistentiã Syrupi.

Vitales spiritus plurimum recreat. Cor, ac ventriculum à frigore languidum reficit. oris balitum commendat, coctioni studet, nec non vniuersas corporis vires fulcit.

SYRVPVS DE CORTICIBVS CITRI.

℞ Corticum Citri recentium & extimorum libram vnam.

Granorum tinctorum, seu Chermes drachmas duas.

Aquæ fontis libras quinque.

Coquantur ad duarum partium consumptionem: adde colato

Sacchari optimi libram vnã.

Fiat Syrupus, qui aromatizetur cum Moschi Orientalis granis quatuor.

Ventriculum cum corde roborat: corruptos, putres, ac foetidos stomachi humores obtundit, anhelitus graueolentiam abigit, pestilentibus vene-

natisque morbis resistit: cordis palpitationi medetur, mæstitiamque disciuit. Eo etiam sæpè vtimur in Compositionum seu Eclegmatum mixturis ad cerebrum, cor, & ventriculum roborandum institutis.

Nonnulli Corticum Citri quantitatem in Iulepum propè coctum iniiciunt, & sic feruatã odoris fragrantia suauior euadit: quæ iucunditas etiã huic conciliari potest, injecta sub finem coctionis Corticum Citri recentium portione aliqua.

SYRVPVS CYDONIORVM.

℞ Succi Cydoniorum acidorum depurati & clarificati libras tres.

Sacchari albi libram vnam semis.

Fiat Syrupus secundum artem.

Languidas & resolutas ventriculi vires recreat, nauseam & vomitum fistit, nutritionis instrumenta roborat, coëtricem facultatem iuuat, ac viscerum omnium vires instaurat. Lienteriam, & alui profluum biliosum, aut Dysenteriam hepaticam ex humorum acrimonia abortam sedat ac cohibet: cibi appetentiam excitat, eiusque fastidium detrahit, malos succos biliosos praesertim concoquit, & expulsionem apparat.

SYRVPVS DE EN-DIUIA SIM-PLEX.

℞ Succi Endiuiaë depurati libras octo.

Sacchari libras quatuor.

Coquantur, vt est artis.

Ad

Ad hepatis, & viscerum omnium
intemperiem calidam frequentis
est vsus: sitis enim ardores inextinguibi-
les euincit, ac morbi lateralis initus præ-
cipuè conuenit.

SYRVPVS DE ENDI-
VIA COMPOS-
T V S.

℞ Endiuixæ recentis.

Boraginis,

Scariolæ,

Hepaticæ,

Buglossæ,

Melissæ,

Eupatorij,

Lactucæ. ana. manip vnum.

Quatuor sem. frig. maior. a-
na vnciam vnam.

Florum Cordialium. ana.
drachmas tres.

Santalialbi,

Rubri. ana. drachmā vnam

Coquantur in sufficienti quan-
titate aquæ fontis, seu libris sex,
secundum artem ad medias: de-
indè colaturæ adde

Succi Endiuixæ depurati li-
bras quinque.

Granatorum vncias tres.

Sacchari albi libras quatuor.

Fiat Syrupus, vt est artis.

Prepotens est in magno præcordio-
rum incendio, nec non ventriculi &
hepatis intemperie calidâ. Febris ite-
dem biliosis & ardentibus adiumento
est, obstructions modestè liberat, ac v-
rinas promouet.

Intybus vera copiosè nunc apud nos proue-
nit studiosâ fatione educata, caulibus quidem
ac foliis Cichorio similis existens, sed ijs tamen
majoribus, pinguioribus, ac magis succulentis
prædita.

Complures huius Syrupi compositiones cum
circumferantur, nos vsitatum hæcenus Offi-
cinis nostris ejus parandi modum amplexati,
descriptionem prioribus annis consuetam reti-
nuimus: cum quod eius compositio nobis inter
ceteras visa sit laudabilior, tum quod eijam
nostram manus assuenerit. Eius primus auctor
exitit Gentilis, cuius tamen in hoc Syrupu stru-
cturam subsequuta posteritas nonnihil immu-
tauit.

SYRVPVS DE EV-
PATORIO MES-
VÆ.

℞ Rad. Apij,

Fœniculi,

Endiuixæ. ana. vncias duas.

Glycyrrhizæ,

Schœnanthus.

Cuscutæ,

Absinthij,

Rosarum. ana. drachmas
sex.

Capillorum Veneris.

Bedeguar, Spinæ albæ, seu
Cardui Benedicti,

Suhahæ, Seu spinæ Ægy-
ptiæ, pro qua itidem

Carduus Benedictus,

aut Eryngium substitu-
itur.

Florum, aut Radicum Bu-
Sem. Anisi (glossæ

Fœniculi,

Eupatorij, seu Agerati. ana
drachmas quinque.

Rhabarbari,

F 2

Ma-

Mastiches.ana.drachmas tres
 Spicæ Indicæ,
 Afari,
 Folij, vel ejus loco Spicæ Ro-
 manæ.ana.drachm. duas.
 Aquæ fontanę libras octo.
 Coquantur ad tertię partis con-
 sumptionem.

Expressioni adde.
 Succi Apij libras duas.
 Endiuiaę libram unam.
 Sacchari libras quatuor.
 Coquantur secundum artem in
 Syrupum.

Optimus est in febris diuturnis
 ac tertianis Noctis, ex bile aut pi-
 tuita crassa, quæ jecoris aut lienis obstru-
 ctiones parit, partesq; nutritorias & con-
 coctotrices vires labefactat, ortum du-
 centibus. Aperit, incidit, tenuat, terget,
 & digerit: appetentiam excitat, coctio-
 nē firmat, robur ventriculi suscitatur, Hy-
 dropi succurrit, Cacoehymiam & Cache-
 xiam emendat: vitiosos succos per vri-
 nas educit, intemperiem frigidam delet,
 flatu ventriculo aut jecori innatos dis-
 sipat, hypochondriorum dolorem ac ten-
 sionem leuat, atque adeo totius corporis
 corruptionem, quæ malè affectum ven-
 triculi & hepar sequitur, expurgat.

Quoniam hoc loco de Eupatorio agitur, sci-
 endum triplex id esse: Dioscoridis nimi-
 rum & Græcorum, quod est Agrimonia: se-
 cundum Mesuę, quod est Ageraton: tertium,
 Auicennæ, Herba scilicet S. Kunegundis: seu
 Origanum Aquaticum.

Pro Spina Egyptia alij Sabinam & Poly-
 podium substituunt. Nos Carduum Benedi-
 ctum, Eryngium, aut Pimpinellam assumendam
 esse arbitramur.

*Pro folio, quo legitimo caremus, Spica Romana
 substituitur, ut potè jecori præ Mace, quæ alio-
 quin Folij locum supplet familiaris: cum præ-
 fertim Syrupus iste hepatis obstructionibus ac
 debilitatibus ab auctore sit destinatus.*

SYRVPVS DE FAR-
 FARA.

℞ Succi Farfaræ depurati libras
 tres.

Sacchari clarificati libram v-
 nam semis.

Decoquantur in Syrupum.

Refrigerat, lenit, & humectat: cali-
 dis ob id pectoris vitis apprimè
 confert. Tussi, Pleuritidi, Peripneumo-
 niæ, ac Phtisi salutaris, nec non catharris
 salsis, acribus, & in pectus faucesq; dela-
 bentibus perquam idoneus.

SYRVPVS DE FRA-
 GIS.

℞ Succi fragorum depurati, ac
 per colum transmissi li-
 bras tres.

Sacchari clarificati libram v-
 nam semis.

Fiat lege artis Syrupus.

Astuosis febris, ac internis in-
 cendis conuenit: calculos itidem
 atterit, urinas mouet, & renum arenu-
 las expurgat.

SYRVPVS DE FVMA-
 RIA SIMPLEX.

℞ Succi Fumiterræ depurati li-
 bras quatuor.

Sacchari clarificati libras du-
 as semis.

Fiat Syrupus.

Adu-

A dustos, salfos, ac retorridos humores concoquit, sanguinem mundificat, obstructions expedit, ventriculum & jecur roborat, leterum extergit, ventrem lubricat, urinas prolicit, cutis vitia, ut potè pruritus & scabiem aufert, demùm ex viscerum infarctu natas febres, præsertim verò biliosas finit.

COMPOSITUS in Purgantibus requirendus.

SYRUPVS DE GLY-
CYRRHIZA MES-
VÆ.

℞ Glycyrrhizæ vncias duas.
Capillorum Veneris vnciam vnam.

Hyssopi vnciam semis.

Aquæ libras quatuor.

Species prædictæ in aquâ prius feruefactâ horis viginti quatuor macerentur, deinde decoquantur ad dimidias: colaturæ adde.

Mellis despumati,

Penidiorum,

Sacchari ana. vncias octo.

Aquæ Rosarum vncias sex.

Fiat Syrupus, secundum artem.

Thoracem, & pulmones expurgat: diuturnæ itemq; siccæ tussi, ac Pleuritidi opem fert. Aperit, dilatat, terget, asperam arteriam & partes spirituales lenit, easq; ad materiam expectorandam confirmat: incipientibus thoracis affectibus frigidis & pituitosis saluber est, calefacit enim, incidit, tenuat, expurgat, leuit & siccatur, eaque omnia moderatissime præstat.

SYRVPVS GRANA-
TORVM DVLCI-
V M.

℞ Succi Granatorum dulcium libras quinque.

Sacchari albissimi libras duas semis.

Coquantur secundum artem

Tissim hic Syrupus sedat, excretionem promouet, humectando sitim à siccitate profectam mitigat, ac petus lenit.

SYRVPVS GRANA-
TORVM ACIDO-
RVM.

Paratur eodem modo, quo Syrupus Granatorum dulcium.

Refrigerat, & humectat: nauream ac vomitum biliosum reprimat, & essentia sua tenuitate obstructa nonnihil liberat, ideoque febribus biliosis plurimum auxiliij adfert.

Prostat etiam in Officinis nostris Syrupus Granatorum acidodulcium, seu ex Malorum Granatorum medij saporis succo paratus, mixtas vtriusque vires continens.

SYRVPVS DE SVC-
CO HEDERÆ TER-
RESTRIS.

℞ Succi Hederæ terrestris depurati libras tres.

Sacchari albissimi libram vnam semis.

Coquantur vt est artis.

Ad internos abscessus, cruenta & saniosa sputa salubris. Phtisi medetur, vasa rupta glutinat, Apostemata

*purulenta mundificat & sanat: urinas,
Menses, ac sudores promouet.*

Quercetanus aliter Syrupum hunc nec minus dextrè præparat. Recipit enim Succum Hedere terrestris libras duas semis, Sacchari Rosati libram vnam, Penidiorum vncias quatuor, & sic in Syrupum percoquit.

**SYRVPVS DE SVCCO
HYPERICI.**

R Succum Hyperici ex florente herbâ expressi & depurati libras tres.

Sacchari albissimi libram vnam semis.

Fiat Syrupus.

Calculosis, ac renum dolores patientibus auxilio est. Urinas mouet, vermes enecat, nec non cordis cerebriq; vires adauget.

Alij Syrupum hunc ex trinâ florum infusione vt Syrupum de Boragine conficiunt, fitq; tunc iucundior, & colore gratior.

**SYRVPVS DE HYS-
SOPO MESVÆ.**

R Hyssopi mediocriter sicci.

Rad. Apij,

Fœniculi,

Petroselini,

Glycyrrhizæ. ana.

drachmas decem.

Hordei mundati vnciam semis.

Tragacanthi,

Sem. Maluæ.

Cydoniorum. ana. drachmas tres.

Capillorum Veneris drachmas sex.

Iuiubarum,

Sebesten. ana. numero triginta.

Vuarum passarum enucleatarum vnciam vnam semis.

Caricarum,

Dactylorum pinguium. ana. numero decem.

Aquæ libras octo.

Coquantur ad librarum quinque consumptionem.

Expressum cum Penidiorum alborum libris duabus in Syrupum percoquatur.

Vtimur eo in morbis thoracis inualescentibus, ex frigida, crassa, & lenta materia natis, ubi attenuatione, deterfione ac expurgatione maiore opus est. Astmaticos & tussiculosos iuuat, obstructions liberat, hypochondriorum dolori utilis, ac renum calculis salutaris.

Descriptio Mesuæ Radices Petroselini non recipit: Nos autem aliorum quoq; iudicio suffulti, pro veteri consuetudine eas adijciendas censemus,

**SYRVPVS DE I V-
I V B I S M E S-
V Æ.**

R Iuiubarum num. sexaginta.

Violarum,

Sem Maluæ. ana. drachmas quinque.

Capillorum Veneris.

Hordei mundati.

Glycyrrhizæ. ana. vnc. vna.

Sem. Papaueris albi,

Melonum,

Lactucæ,

Cydoniorum.

Traga.

PHARMACOPOEIA

Tragacanthi. ana. drachmas tres.

Aquæ fontis libras sex.
Coque ad tertias, & colaturæ adde
Sacchari libras duas.
Fiat Syrupus.

Ad tussim siccam, arteriæ asperitatem, omnesq; thoracis & spiritalium partium affectus à fluxionibus calidis ortum habentes accommodatus. Sputum tenue suo lentore maturat, in-crassat, glutinat, & expectorat. Violato viribus affinis, sed minus refrigerat. Eum Manardus ad vesicæ ulcera celebrat, ad quæ lentore dulci, frigido, & mucoso, ideoque leniente opus est.

Simplex fit ex Zizyphis centum, in Aquæ Cœlestis libris quatuor ad dimidias coctis cum Sacchari librâ unâ. Vtilis ad tenues in pectus destillationes, & sputum liquidius modicè in-erassandum.

SYRVPVS DE LI-MONIBVS.

℞ Succu Limonum maturorū per fetaceum transcolati libras sex.

Sacchari albissimi libras tres.
Coquantur secundum artē.

Refrigerat, & acrimonia sua vi penetrat: internis incendiis summoperè conducit, putredinem arcet, ac lumbricos enecat. Cor, & stomachum reficit, eorundemque vires tuetur: caloris febrilis vehementiam componit, affectibus biliosis magis quàm Syrupus de Citro conueniens.

In huius Syrupi præparatione obseruetur regula circa succi expressionem in descriptione Syrupi Acerositatis Citri tradita.

AUGVSTANA 25

SYRVPVS DE LV-PVLO.

℞ Succorum depuratorum Lu-puli libras quatuor,
Fumariæ libras duas.
Sacchari clarificati libras quatuor.
Fiat Syrupus secundum artem

Ad jecoris intemperiem calidam, & Abilis efferuescentis impetum retundendum perutilis: sanguinem purgat, eiusque ebullitionem temperato calore compescit. Biliosis in super febribus, Synochis, Cephalalgia calida, internis que feruoribus confert, lætero perquam idoneus.

Paratur quoq; hic Syrupus ex solo Lupuli succo, prout Mesuæ cap. de volubili docet.

In huius Syrupi confectione studendum, ut succus è primis emergentis Lupuli viticulis ac turionibus, seu asparagis, ante enata folia exprimat, non autem cum jam planta prouectior in caules adoleuit.

SYRVPVS DE SVC-CO MELISSOPHYL-LI.

℞ Succu Melissophylli, seu Citrariæ veræ libras tres.
Sacchari albi librâ unam semis.
Coquantur in formâ Syrupi.

Ad cordis vires reparandas efficax: Lipothymias persanat, spiritus auget, ac pestilentium februm malignitati aduersatur. Vteri in super affectibus summoperè prodest, immunditiem enim expurgat, & Menses moram trahentes eijcit.

SYRV-

16 PHARMACOPOEIA
SYRVPVS DE MEN-
THA MINOR, MES-
V.Æ.

℞ Succi Menthæ depurati,
Granatorum dulcium.
Acidorum. ana. libram
vnam.
Sacchari, aut Mellis tantundem.
Coquantur paulatim secun-
dum artem.

*Commendatur in ventriculi in-
temperie frigida, ideoq; vomitum,
nauseam, & singultum sedat, ac alui flu-
orem retentricis facultatis imbecillitate
subortum refranat. Stomachum quoq;
& ventrem inferiorem totum blando suo
calore, leniq; astrictione confortat.*

SYRVPVS DE MEN-
THA MAIOR, MES-
V.Æ.

℞ Succi Cydoniorum acido-
dulcium,
Dulcium,
Granatorum acidodulciū,
Dulcium,
Acidorum. ana li-
bram vnam
semis.

In succis his horis viginti qua-
tuor macera.

Menthæ siccæ libram vnam
semis.

Rosar. rubear. vncias duas.

His adjungito

Vini antiqui mensuras duas
nostrates, seu libras
quatuor.

Coquantur lento igne ad dimi-

AUGVSTANA.

dias: postea colentur, addendo
colaturæ.

Mellis aut Sacchari libras duas.
Coquantur ad perfectionem: &
cum reposueris, aromatiza cum
Galliæ Moschatæ verè, tritæ & in
syndone ligatæ, atq; ex orificio
vasis suspensæ, drachmis tribus.

*Priore longè præstantior, sed multum
quoque pretiosior: in quo parando
Mentha parum sicca sumenda est, que
superuacaneam humiditatem suis flati-
bus ventriculum turbantem deposue-
rit.*

SYRVPVS DE SVC-
CO MERCVRIA-
LIS.

℞ Succi Mercurialis depurati li-
bras tres.

Sacchari libram vnam semis.
Coque in Syrupum.

*Eius vsus ad Enemata paranda fre-
quens: aluum enim modeste subdu-
cit, biliosos & aqueos humores euacuans.
Vterum quoq; impurum mundificat, &
conceptioni habilem efficit.*

SYRVPVS MYRTI-
NVS COMPOSITVS,
MESVÆ.

℞ Baccarum Myrti drachmas
viginti.

Rosarum rubearum,

Santali albi, & rubri,

Sumach,

Balauftiorum,

Berberorum. ana. drachmas
quindecim.

Mespi-

Mespilorum drachmas quin-
quaginta,

Succi pomorum agrestium.

Cydoniorum, vel Granato-
rum. ana. libram semis.

Omnia, exceptis succis coquan-
tur in aquæ fontis libris octo ad
medias: colentur, & cū Sacchari
libris tribus, additis in fine succis
Fiat Syrupus.

Efficax ad thoracis & pectoris affe-
ctus, ubi contraria indicatio diffi-
cultatem parit, ac astringentibus simul
& vacuantibus utendum est, ut in
hemorrhagia pulmonum tenui, & cali-
dâ tussi. Ventris etiam profluvium tran-
quillat, hemorrhagiam omnem, utpotè
pectoris, renum, uteri, ac abundantia
menstrua cohibet. Diabetem reprimit,
& omnem immodicam vacationem si-
sit, quia refrigerat, siccatur, & adstringit.
Viscera ab intemperie calida resoluta
confirmat: ventriculi subuersionem &
vomitum compefcit, ac tussim quæ Di-
arrheam sequitur, exterminat.

Commodissimè paratur hic Syrupus Au-
tumnali tempore, quando Mespila matura
quidem, sed duriuscula adhuc, nec temporis
morâ vel diuturniore situ remollita prostant.

*Syrupus Myrtillorum simplex, seu ex succo, no-
stris non est in usu, cum his locis parari nequeat
nisi quis succum Myrtillorū ex Italia, aut Gallia
Narbonensi petere voluerit, quantumvis nostri
quoq; Myrtilli, vulgò Hengelbeer/ ad hunc u-
sum maximopere celebrentur & traducantur.*

Syrum hunc Myrtinum compositum, ali-
quin diminutum & mancum, Clarissimus
DD. Adolphus Oeco Officinarum Pharmaceu-
ticarum hujus Reipubl. quondam Visitator Or-
dinarius è tenebris penè eruit, ac in integrum
restituit.

SYRVPVS NEPHRO-
CATHARTICVS

IOVBERTI.

℞ Quinq; Radicum aperienti-
um. ana. vncias duas.

Rad. Raphani syluestris,

Ononidis,

Bardanae,

Ericae,

Rubi,

Eryngij,

Leuistici,

Rubię majoris. ana. vnciam
vnam.

Macerentur contusæ in aceto
vini albi per diem naturalem:
postea accipe

Calami Aromatici,

Cyperi,

Asari,

Rad. Valerianae,

Althae,

Cort. radicis Lauri. vel Capparisi.

Citri sicci, ana vnciam semis

Saxifragiæ cum radicibus.

Acetosæ cum radicibus,

Plantaginis cum radicibus

ana. manip. duos.

Summitatum Maluæ,

Parietariæ,

Vrticæ,

Asparagi,

Betonicæ,

Pimpinellæ,

Quinq; Herbar: Capillarium

Nasturtij,

Sisymbrij aquati-

ci, seu Cresso-

nis,

Ber-

G

Berlæ, id est, Sij, seu Laueris.

Crethæ marinæ,

Fragariæ. ana. manip. vnum.

Pulpæ Passularum,

Iujubarum,

Sebesten,

Glycyrrhizæ rasæ. ana. vncias
duas.

Caricarum pinguium humero
triginta.

Granorum Halicacabi,

Iuniperi. ana. nume-
ro viginti.

Quatuor Seminū frig. majorū.
Minorum,

Sem. Milij Solis,

Vrticæ,

Ocymi. ana. vnciam semis.

Carui,

Dauci,

Seseleos. ana. drachmas
duas.

Florum Cordialium,

Genistæ,

Hyperici,

Matrifyluæ ana pugillū
vnum.

Coquantur in sufficienti quan-
titate decocti hordei, addito a-
ceto infusionis radicum. Libris
quatuor colaturæ adde

Succi Limonum libram vnā.

Sacchari, & Mellis despuma-
ti. ana. q. f.

Fiat Syrupus, qui aromatizetur.

Cinamomi vnciā vnā.

Nucis Moschatæ vnciā semis.

Reponatur in vsum.

Laboriosa est huius Syrupi confectio,
Leius tamen vsus apud nos increbuit,
ob eximias vires quibus in cieudā remo-
rante vrinā, renibusq; à sabulo liberan-
dis pollet: calculos enim atterit, arenulas
expurgat, vrinarios meatus patefacit
& mundificat, renum, vterum, ac ve-
sica obstructiones liberans. Datur com-
modissime cum decocto Hermarie, aut
Cicerum rubeorum.

RAphanus syluestris intelligitur Mörret-
tich/ vulgo Grien/ vel Krien.

Erica, herbula est fruticosa, Tamarisco haud
absimilis, folia tamen habens minora, magis que
viridia, quæ nostris Spiden dicitur.

Rubia, Erythrodanum est Dioscoridis, radix
nostris Officinis plus satis cognita, vulgo Ser-
ber Rôth nominata.

Sisymbrium, Nasturtium est aquaticum, vul-
go Brunnenress.

Berle, Gallicum est vocabulum, significans
apud nos Apium Palustre, seu Sium, vel Lauer
Dioscoridis, quæ planta vulgari idiomate Was-
fermerel appellatur.

Cretha marina, quæ & Salsa marina Offici-
nis dicitur, Crithmi seu Crithami est species, quæ
nostris Meerfenchel/ Bacillenfrant & Meer-
peterlein nominari consuevit. Aliquibus Empe-
trum marinum, quod tamen Empetrum ve-
rum non est, ejus tamen loco Empetrum ve-
rum, seu Herniaria Hollerij rectè substituitur.

De Matrifylua difficultas hic oritur, cum va-
riæ plantæ hoc titulo indigitari soleant: utpotè
Sclarea illa albicans & syluestris, itemque Stel-
laria vocata herba, quæ & Matrifylua vulgaris,
alioquin Spergula dicta, Germanis Sternbe-
fraut/ itemq; Periclymenum, seu Caprifoliu
Germanicum, cujus flores hoc loco accipien-
dos omninò censemus, cum planta hæc poten-
tissime vrinas moveat, grumosumque sangui-
nem, ac alias in vrinariis meatibus collectas im-
puritates expellat.

SYRVPVS DENYM-
PHEA SIMPLEX,
NICOLAI.

Fit ex trinā florū Nymphææ al-
bæ infusione, prout Syrupus Ro-
fatus simplex.

Insignitèr

Insignitè refrigerat, somnum allicit,
Viscerum astus mitigat; Veneris in-
somnia cohibet, semen immodicè fluens
restringit, sitim temperat, ac februm ar-
dores compescit.

**SYRVPVS DE NYM-
PHÆA COMPOSITVS,
FRANCISCI PEDE-
MONTANI.**

R Flor. Nymphææ albæ vncias
duas.

Citrinæ,

Psyllij integri,

Sem. Acetosæ. ana. vnciam
vnam.

Cucurbitæ.

Cucumeris.

Citruli,

Melonis. ana. vnciã sem.

Lactucæ,

Endiuæ,

Scariolæ,

Portulacæ. ana. drach-
mas duas.

Rad. Fœniculi vnciam vnã.

Coquantur in sufficienti quan-
titate aquæ hordei, & colaturæ
addantur.

Sacchari libra vna.

Succi Granatorum acidorū.

Aceti albi. ana. vnciæ duæ.

Fiat Syrupus qui aromati-
setur cum

Santali Citrini,

Spicæ Indicæ. ana. drachmã
vnã semis.

Valeat ad biliosarum vehementi-
umque februm astus, dolores à bi-

le procreatos, & capitis feruores. In som-
niam leuat, sitim extinguit, ac potentè
refrigerat & humectat.

Describitur hic Syrupus à Pedemontano in
cap. de calidâ intemperie hepatis simplici
& compositâ, additurq; ei Spica, ne suâ frigiditate
facile obstructions pariat.

**SYRVPVS DE PA-
PAVERE SIMPLEX
MESVÆ.**

R Capitum Papaueris albi & ni-
gri recentium, & cum se-
minibus. ana. drachmas se-
xaginta, seu vncias septem
& semis.

Aquæ pluuiialis libras octo.

Decoquantur ad remanentiam
libræ vnus & dimidiæ: cui adde
Penidiorum,

Sacchari. ana. vncias quatuor.

Fiat Syrupus, vt est artis.

Vsu creber, arcendis defluxionibus
calidis, tenuibus, & acris in tho-
racem ruentibus, que asperam arteriam
faucesque exasperant, & vigilare cogunt,
proinde tussim ex defluxionibus ijs
enatam pellit: lentore autem suo gutturis
asperitatem lenit, caloris incendium mi-
tigat, sitim explet, somnum conciliat
cum propriis viribus, refrigerando ni-
mirum & humectando, tum ex acciden-
ti, sedatâ videlicet tussi que in somniam
parit.

**SYRVPVS DE PAPA-
VERE COMPOSI-
TVS, MESVÆ.**

R Capitum Papaueris albi & ni-
gri cum suis seminibus ana.
drachmas quinquaginta, seu
vncias

uncia sex, & drachmas duas.
Capillorum Veneris drachmas
quindecim.

Glycyrrhizæ drachmas quinque;
Iujubarum numero triginta.

Sem. Lactucæ drachmas qua-
draginta, seu uncias quinque;

Maluæ,
Cydoniorū ana drach-
mas sex.

Coquantur in libris octo aqua,
ultra medietatis consumptionē.
Post modum accipe.

Colaturæ libras tres.

Penidiorum.

Sacchari ana libram unā.
Fiat Syrupus.

Ad prædicta efficacior potentiūso-
annum conciliat & refrigerat. Ca-
tharrum, tussim siccam, & Phtisim se-
dat: alui etiam profluvio, ac Dysenterie,
quæ ex materia acris & biliose effluxu
excitatur, medicatur. Intemperiem cali-
dam & siccam intestinorum emendat.

Mesua in utroque hoc Syrupo aquæ tan-
tummodò libras quatuor recipit, verum-
tamen quia portio hæc liquoris nimis parca
extiterat, ideò eandem duplicandam esse cen-
suimus. Quem præparandi modum à multis
jam annis communi Collegij voto observavi-
mus.

*Parandi norma hæc est: ut capita Papaveris
horis viginti quatuor ante coctionem in prædi-
ctâ aqua quantitate macerentur. Post modum
autem Semina mucilaginosa in linteum ligata
inter coquendum ipsi Syrupo, ut facultates ei
suas tradant, immergantur: alioquin
enim mucagines Syrupum glu-
tinosum ac ingratum
redderent.*

SYRVPVS DE PAPA-
VERE ERRATICO, QVOD
ALIIS PAPAVERRHEAS
DICITVR.

Fit ex trinâ florum infusione, vt
Syrupus Rosatus simp, vel de Bo-
ragine: quamuis ex succo quo-
quæ parari queat.

Ad ardentium februum vehementes
æstus adhibetur, quorum incendia
potentèr extinguit, ac calores efficaciter
mitigat, vigiliasq; arcet: calidis præser-
tim pectoris malis, ut potè Peripneumo-
nia, acribus destillationibus, faucium in-
flammationibus, ac Pleuritidi, cui à pro-
prietate quàm maximè prodesse creditur,
salutaris existit.

SYRVPVS FLORVM
PARALYSEOS.

Paratur ex repetitâ florum infu-
sione, vt præcedens.

Frigidos nervorum, ac cerebri mor-
bos egregiè curat. Datur convulsis,
tremulis, & Paralyticis: cordis etiam
vires tuetur, ac oris Ulcera persanat.
Atq; in eundem usum Mel quoq; simili
modo paratum prostat.

SYRVPVS DE PÆ-
ONIA.

Et hic quoq; Syrupus eodē mo-
do, quo antecedentes jã dicti, ex
florum triplici infusione paran-
dus, quamuis aliqui ex ipso flo-
rum succo eundem conficiant.

Epilepsia, convulsionibus, ac spasmo
auxiliatur: Comitialis morbi insul-

*eus frangit, menses ducit, vterinis quoq;
affectibus conducit.*

**SYRVPVS DE PILO-
SELLA, SEV HISPIDV-
LA, RENODEI.**

℞ Summitatum floridarum &
recentium Pilosellæ libram
vnam.

Infundantur per horas duode-
cim, in libris quinque aquæ ca-
lentis, deinde lento igne bulliāt:
abhinc colaturæ libris quatuor
adde.

Sacchari libras tres.

Coquantur ex arte in Syrup.

Ad plurimos pulmonis affectus de-
pellendos maximè idoneus, eius e-
nim vulnera sanat, & vlcera ret ardat.
Exhibetur potissimum ijs, quibus à capi-
te aut alijs partibus in thoracem fit de-
fluxio, & quibus pulmones pituitoso hu-
more multo infarciuntur: siquidem hu-
moris irruentis impetum cohibet, fluxū
coquit, partem affectam roborat, ac ex-
pectoratorem mouet.

**SYRVPVS DE SVC-
CO PLANTAGI-
NIS.**

℞ Succī Plantaginis defæcati,
ac diligenter per colum-
traiecti libras tres.

Sacchari albi libram vnam
semis.

Coquantur, vt est artis.

Vt inter internis vasorum disrup-
tionibus adhibetur: proinde cru-
entis sputis, ac renibus sanguinem fun-
dentibus auxilio est. Dysenteriam quoq;

*Hæmorrhoidas, & menses nimium flu-
entes reprimit ac restringit, internoque
sinu glutinat.*

**SYRVPVS E POMIS
SIMPLEX, MESVÆ.**

℞ Succī pomorum dulcium.

Acidorum. ana. libras quinq;

Cocti & despumati succi ad di-
midias biduo residere permit-
tantur: tum colentur, & cū Sac-
chari libris tribus fiat Syrupus.

Cor imbecillum roborat, syncopen,
& cordis palpitationem iuuat, ac
omnibus cordis affectibus ab atrâ bile
succurrit: Ventriculum firmat, sitim se-
dat, febribusq; biliosis auxiliatur. Cor, et
facultates eius omnes sopitas excitat, ac
letitiam inducit.

Edulcibus eligenda sunt sapidissima, ex aci-
dis quæ vinosa dicuntur, nostris Weinsing
aut Deyopffel: quæ integra, hoc est, cum corti-
cibus exprimenda, quod saporis vis in iis con-
tineatur, cuius ratione cor mirificè corrobora-
re creduntur. Alium Syrupum de Pomis ad E-
lectuarium Alkermes parandum requisitum
describit Ioubertus, qui sic habet.

**SYRVPVS DE POMIS AD
CONFECTIONEM AL-
KERMES EXPE-
titus.**

℞ Setæ succo Granorum, Kermes tinctæ li-
bram vnam.

Infunde eam in succi Pomorum dulcium,
& aquæ Rosarum. ana. librâ vnâ semis:
stent in infusione per horas viginti quatu-
or, postea simul bulliant, dum aqua rube-
scat. Deinde cola, & exprime, expressum-
que cum Sacchari albi vnciis octodecim
& drachmis sex in Syrupi consistentiam
percoque.

Obseruetur hic regula in Prolegomenis circa
vasa tradita: debent enim hi succi nunquam in
vase arce, stanneo, aut ex aurichalca confecto pro
bidu-

biduanâ residentiâ afferuari, sed vel in lapideo aut saltem testaceo vitreato: alioquin statim æruginem sapiunt, noxamq; ingentem contrahunt.

Compositus, qui Regi Sabor adscribitur, inter purgantes requirendus.

SYRVPVS DE PORTVLACA, MESVÆ.

℞ Sem. Portulacæ libram semis.
Succi Endiuixæ cocti & depurati libras duas.
Sacchari libram vnam.
Aceti libram semis (vel succi Granatorum acidorum vncias nouem.

Tritum semen in succo Endiuixæ macera viginti quatuor horis, postea lento igne coque ad dimidias: demum cum Saccharo percoque in Syrupum.

Potentè refrigerat, sitim inexhaustam sedat, febrium ardores, ventriculi & jecoris calidam intemperiem moderatur. Eo efficacitè utimur ad lumbricos, & interaneorum animalia expellenda, cortice Citri indito.

Succus Granatorum aceto in hac compositione meritò præfertur.

SYRVPVS DE PRASIO, MESVÆ.

℞ Prasij, seu Marrubij, non adeo ficci vncias duas.
Glycyrrhizæ vnciam vnam.
Capillorum Veneris,
Hyssopi parum ficci. ana. drachmas sex.
Calaminthes,

Anisi,
Rad Apij,
Fœniculi. ana. drachmas quinque.

Ireos.
Sem. Maluæ,
Fœnugræci. ana. drachmas tres.

Lini,
Cydoniorum. ana. drachmas duas.

Passularum enucleatarum vncias quinque.

Caricarum pinguium numero sedecim.

Coquantur in aquæ puræ libris decem ad dimidias: expressioni adde:

Penidiorum,
Mellis despumati. ana. libras duas.

Fiat Syrupus.

Ad longos & diuturnos thoracis affectus, tussim anhelam, senibus & frigidis naturis familiarem, ex crassa, frigida, viscida & lenta materia perquæ salutaris. Asthmaticis prodest. Suppuratorum pus egregiè dissoluit, diffecat, & incidit, terget, educit, & in apertum promouet. Variam componendi rationem require apud Fœsum.

SYRVPVS DE DVABVS RADICIBVS.

℞ Rad. Petroselini,
Fœniculi. ana. vncias quatuor.
Aquæ libras quinque.
Coque

Coque ad medias: colaturæ ad-
de
Sacchari albissimi libras duas.
Fiat Syrupus.

Obstructiones viscerum leuat, hu-
morum crassitiam extergit, purgat
& tenuat: vrinas promouet, febres com-
positas & Nothas adiuuat. Ventriculū
bile ac pituita refertum alleuat: renum,
lienis & jecoris infarctus penetrat.

SYRVPVS DE QVIN-
QVERADICIBVS
MESVÆ.

℞ Rad. Apij,
Fœniculi,
Petroselini,
Asparagi,
Rusci, ana. vncias duas.

Aquæ fontis libras sex.
Coquantur ad tertiæ partis con-
sumptionem: expressum coqua-
tur denuò cum
Sacchari libris tribus.
Addendo ad finem
Aceti albi vncias octo.

Humorū lentitiā in cōdit magis,
& apparat, obstructaq; potentius
alleuat ad omnia prædicta efficacior.

SYRVPVS ROSA-
TVS SIMPLEX.

℞ Rosarum rubearum recenti-
um libras quatuor.
Aquæ puræ calentis libras se-
decim.

Stent in infusione per horas vi-
ginti quatuor, tum rejectis prio-
ribus rosis totidem recentes su-

mantur, ac reiteretur id tertium:
deindè colati singulis libris quin-
que addantur Sacchari libræ
quatuor,

Fiat Syrupus.

Abstergit, aperit, lenit, ac concoquit:
bilem crudam, & humores pituito-
sos febrium fomitem obtinentes expulsi-
oni apparat, aluumq; molliorem reddit.

SYRVPVS DE RO-
SIS SICCIS.

℞ Rosarum rubrarum exicca-
tarum libram vnam.
Infundatur in aquæ calentis pu-
ræ libris sex, horis viginti quatu-
or, infusionem hanc reassum-
ptis semper nouis rosis triplican-
do. Tandem in expressione di-
lue Sacchari albissimi libras tres.
Coque ex arte in Syrupum.

Adomnemalui fluorem sistendum
commendatur. Caliacos, Lienteri-
cos, ac Dysentericos probè iuuat, partes
internas roborat, vlcera deterget, ac glu-
tinat: vomitum compefcit, nec non uteri
rheumatismum cohibet.

SYRVPVS DE RVBO
IDÆO.

℞ Succibaccarum Rubi Idæi di-
ligentèr transcolati libras
tres,
Sacchari albi libram vnã sem.
Coque in Syrupum.

Febriū estus mitigat, cordis defectio-
nes arcet. lipothymias fugat, aluum
blandè astringit, ob id Diarrhœa, & Dy-
senteria

senteria

*sententia, biliosisq; alui fluxionibus opi-
culatur: cordis insuper vires supra gem-
mas ac uniones tutatur, & auget.*

SYRVPVS DE SCA-
BIO SA.

℞ Succi Scabiosæ defæcati li-
bras tres.

Sacchari libram vnā semis.

Coque in Syrupum.

P*ectoris noxis plurimum prodest, &
anhelam senū tussim subleuat. Pleu-
ritidi confert, malignis febribus resistit,
ac Apostemata dissoluit, & repurgat.*

SYRVPVS DE SCOR-
DIO SIMPLEX.

℞ Succi Scordij depurati libras
duas,

Sacchari libram vnam semis.

Fiat Syrupus.

E*fusus vsus præcipuus est in pestilen-
tibus & malignis febribus: interna
namq; putredini maximè aduersatur, ac
humorum corruptiones emendat, lum-
bricos enecat, menses ciet, venenis relu-
etatur, vasa rupta glutinat, nec non su-
dores prolicit.*

Notandum in succi huius defectu substitui
posse decoctum Scordij Cretici, aut no-
stratis, ex copiosa plantæ huius quantitate pa-
ratum, quod multam herbæ vim imbiberit, ita
vt suo valore succum æquet.

SYRVPVS DE SCOR-
DIO COMPOSITVS, HI-
ERONYMI MERCV-
RIALIS.

℞ Florum Nymphaeæ,

Rosarum,

Boraginis,
Citri,

Foliorum Sonchi,

Boraginis,

Acetosæ,

Pimpinellæ ana. pugillos
quinque.

Sem. Acetosæ,

Citri ana. drach. quinq;

Decoque in sufficienti quantita-
te aque hordei ad tertias: deinde
recipe dicti decocti libras duas.

Succi Scordij depurati libras
tres.

Sacchari fini libras quatuor.

Decoque secundum artem, in fi-
ne addendo

Camphoræ,

Moschi ana. scrup. semis.

Misce pro Syrupo.

D*escribitur hic Syrupus ab Octavi-
ano Roboreto in Tractatu de febre
punctulari, cui præcipue conuenit, pro-
ut morbis omnibus ab humorum corrup-
telâ seu putredine natis.*

In defectu florum Citri, cortices substituan-
tur.

SYRVPVS DE SCO-
LOPENDRIO FER-
NELII.

℞ Polypodij quercini,

Rad. Buglossi vtriusque,

Cort. rad. Capparorum.

Cort. Tamarisci ana. uncias
duas,

Scolopendrij veri, seu Cete-
rach manipulos tres.

Lupuli,

Capil.

Capillorum Veneris,
Cuscutæ,
Melissophylli. ana. manipu-
los duos.

Coquantur in aquæ libris no-
vem ad remanentiam librarum
quinque: colaturæ huic adde
Sacchari albi libras quatuor.
Percoquantur in Syrupum.

C *Rassam terrenamq; Melancholiã
extenuat, mollit, fluxamq; reddit:
lienem obstructione liberat, tumentemq;
soluit, Melancholiæ, Quartanis, diutur-
nisq; febribus apprimè utilis.*

Syrupum hunc ex Fernelio huc transtuli-
mus, ejus enim qui in veteri Dispensatorio
continebatur usus, ob ingratum saporem pro-
pmodum euiluit, ac iste non minoris efficacia
existit.

SYRVPVS DE SEMPER-
VIVO SIMPLEX.

R Succi Semperuiui colati ac
depurati libras tres.
Sacchari albi librâ vnâ semis.
Coque in Syrupum.

F *Ebruum astus potentèr extinguit, ac
internis incendiis auxiliatur, ob id
linguæ inflammationem eiusq; aridita-
tem aufert.*

SYRVPVS DE SEMPER-
VIVO COMPOSI-
TVS.

R Foliorum Semperuiui recent.
libras duodecim.
Contundantur in pilâ lapi-
deâ, aspergendo iisdem,

Salis Ammoniaci mundi
drachmas decem,
Stēt sic simul probè tecta in vase
fictili vitreato, per dies tres, vel
quatuor, sed tamen quotidie a-
gitentur. Postea ex his exprima-
tur succus, qui cum Sacchari li-
bris sex in vase itidem fictili, aut
lapideo, coquatur in Syrupum
justæ consistentiæ.

P *Rior: longè efficacior ad restinguen-
dum febrium calorem supramodum
surentem: faucium, ac linguæ aridita-
tem & inflammationem tollit, ac Pru-
næ morbo opitulatur.*

SYRVPVS DE STOECHA-
DE SIMPLEX.

R Flor. Stœchadis drachmas
triginta, id est, vncias
tres & drachmas sex.

Thymi,
Calaminthæ,
Origani. ana. drachmas decē.
Anisi drachmas septem.
Passularum enucleatarum
vncias quatuor.

Aquæ quantum satis, seu li-
bras septem.
Decoquantur ad consumptio-
nem librarum duarum: colatu-
ræ adde

Mellis, aut Sacchari libras
quatuor.
Condiantur cum
Calami Aromatici,
Cinamomi,
Zingiberis, ana. drachmâ vnâ se-
mis.

H

Li-

Ligentur in nodulo, ac in Syrupo suspendantur.

Ventriculum, cor, cerebrum, ac hepatis obfirmat: crassos humores incidit, tenacem lentamq; pituitam dividit, obstructions à viscidis humoribus abortas referat, crudosq; à frigore succos concoquit.

SYRVPVS DE STOECHADE COMPOSITVS ME-

^{SVA.}

℞. Flor. Stœchad drachmas triginta.

Thymi,

Calaminthæ,

Origani. ana. drachmas decem.

Anisi,

Pyrethri. ana. drachmas septem.

Piperis longi drachmas tres.

Zingiberis drachmas duas.

Passularum enucleatarū vncias quatuor.

Aquæ quantum satis, aut libras octo.

Coquantur ad duarum librarum consumptionem.

Colatum & expressum cum Mellis, aut Sacchari libris quinque clarificatum, coquatur in Syrupum; cui propè decocto aromata ista in panno raro ligata immergantur, deindè in Syrupo ad totius conditurā appēdantur.

℞ Cinamomi,

Calami Aromatici,

Spicæ Indicæ,

Croci,

Zingiberis,

Piperis nigri,

Longi. ana. drachmam vnam semis.

Crassiusculè tundantur, ac in nodulo ligentur.

Affectibus cerebri frigidioribus & pituitosioribus conuenientior, ubi calore maiore, incidentibus, & tenuantibus magis utendum est. Cerebri, ac nervorum frigidis noxis remedio est, horum causam, pituitam scilicet crassam & viscidam potentè diffecans, digerens, ac tenuans. Paralyse, Spasmo Cynico, conuulsioni, nec non Epilepsie medicatur, destillationes frigidas consumit & siccatur, facit etiam ad pectus anhelosum à destillatione impendente, ac ventriculum confortat.

SYRVPVS DE STOECHADE, FERNELII.

℞ Florum Stœchados vncias quatuor.

Thymi,

Calaminthæ,

Origani. ana. vnciam vnam semis.

Saluæ,

Betonicæ,

Flor. Rorismarini. ana. vnciam semis.

Sem. Rutæ,

Pæoniæ,

Fœniculi. ana. drachmas tres.

Coquantur ex aquæ libris decem ad dimidias, expressumq; jus cū Sacchari & Mellis. ana. libris duabus

abus denuò coquatur in Syrupum, qui condiatur cum

Cinamomi,

Zingiberis,

Calami odorati. ana.

drachmis duabus.

Ligentur Aromata hæc in linteo raro, & in Syrupo hoc appensa maneat.

Syruporum supradictorum vires æquat, imò quoad cerebri affectus sanandos longè validior existit, & priorum Syruporum vsus præ huius compositione propè euiluit. Eum igitur, ut potè nostris Officinis vsitatissimum, ex Fernelo huc transposuimus.

SYRVPVS DE SYM-
PHYTO, FERNELII.

℞ Radicum & Cymarum Symphyti maioris & minoris. ana. manipulos tres.

Rosarum rubrarum,

Betonicæ,

Plantaginis,

Pimpinellæ,

Polygoni,

Scabiosæ,

Tussilaginis. ana. manipulos duos.

Ex tuis omnibus recentibus exprimatur succus; coquaturq; & expumetur ad libras tres, addendo

Sacchari albi libras duas semis.

Fiat Syrupus.

TAbidorum & ulceratorum pulmonum saniem & pus blandè ac leni-

tèr sine sanguinis erupturi metu extergit, pulmoneſq; paritèr confirmat.

SYRVPVS FLORVM
TVNICÆ.

Fit, ut Syrupus Rosatus simplex, & alij consimiles Syrupi, qui ex trinâ florum infusione parari consueuerunt.

Adversus præcipuos cordis affectus tollendos efficax, eius tremorem ac Syncopas fugat, animi deliquis opitulatur, ac pestilentis luis, februmq; contagiosarum noxas disijcit.

SYRVPVS DE SVC-
COVERONICÆ.

℞ Succu Veronicæ depurati libras tres.

Sacchari albi libram vnam semis.

Coquantur in Syrupum.

Renum calculos & arenulas expurgat, eosque purulentos mundificat, & sanat. Pulmonum præterea exulcerationibus eximie conuenit, quorum saniem abstergit, vlcera glutinat, nec non sanguinis spuitionem prohibet, pestilentibus febribus quàm maxime salutaris.

SYRVPVS VIOLA-
TVS SIMPLEX.

Fit eodem modo, quo Syrupus Rosatus simplex.

In februm æstibus, biliosis & acutis morbis, viscerum inflammationibus,

ac siti inexplebili commendatur. Rosato potentius refrigerat & humectat, unde & somniferus magis. Gutturis asperitates lenit; thoracis & pectoris, totiusque ventris inferioris affectibus calidis succurrit, & siccam tussim, partes spirituales suã humoris lentitia obliniens eluit, ac aluum nonnihil emolliendo bilis acrimoniam retundit.

MEsuã Violarum recentium libras sex, horis octo, in libris quindecim aquæ macerat in vase terreo cooperto, quibus colatis & expressis Violas recentes totidem addit, eodemque intervallo macerat in aqua calida. Expressi & colati libras quinq; cum Sacchari libris quatuor, lento igne decoquit, dum concrecant, purgat albuminibus ouorum, vt in Syrupo Rosato.

SYRVPVS VIOLA-

TVS COMPOSITVS

TVS MESVÆ.

R Violarum recentium vncias duas.

Sem. Cydoniorum.

Maluæ ana. vnciam vnã.

Iujubarum.

Sebesten. ana. num. viginti.

Aquæ Cucurbitæ libras sex.

Coquantur simul ad tertias, addendo

Sacchari libram vnã semis.

Fiat Syrupus secundum artem.

Pleuritidi, & tussi ex causã calidã medetur: non solum enim leniendo, & refrigerando, humectandoq; ad omnẽ arteriæ asperitatem utilis existit, sed etiam ardentem urinam, ac Nephriticũ cruciatum demulcet.

Cucurbita distillanda est dum adhuc tenera existit, & antequam indurescere incipiat.

SYRVPVS VIOLA-

TVS EX SVCCO

FOLIOLORVM.

R Florum Violarum, quantum volueris, eos diligentè excerptos, & à viridi caule repurgatos, in mortario marmoreo, pistillo ligneo contunde, à quibus postea prælo subjectis succum educ: cuius diligentè transcolati accipe vncias octo.

Sacchari albissimi librã vnã. Coquantur in rorido Balnei calore, quousq; in Syrupi consistentiã abierint, spumã diligentè auferendo, serueturq; Syrupus in vase vitreo, vel testaceo vitreato.

Efficacissimus est in pectoris ac faucium morbis calidis: acres defluxiones permulcet ac temperat, sitim releuat, gutturis asperitatem mitigat, raucedinẽ adimit, refrigerat & humectat. Delicatis naturis, ideoq; puerulis & infantibus à tenui destillatione tussientibus auxilio est, somnumq; inducit.

Alij Saccharum prius despumant, & ad justam consistentiam, vel etiam vteritis inspissant: abhinc succum addunt, & tepido calore Saccharo commiscet ac reponunt. Varias componendi rationes vide apud Quercetanus & alios, cum varij varimode eundem parare & sciant, & soleant, vt seruato caruleo colore perennet.

MELANACARDI-

NVM AZARAVII.

R Anacardios recentes tere, & in aquã decoquẽ, donec meliginem quandam in rubeo colore

colore fuscā remittant, e-
am aquæ innatantem aufer-
to ac reponito.

Memorie jaēturam refarcit laban-
tes sensus refricat, obliuionem di-
scutit, ac mentem exacuit: morbus cerebri
frigidis & humidis concludit, neruorūq;
resolutioni opitulatur.

Fvehius paulò alitèr describit. Anacardia e-
nim scoriū trita in aceto iustæ quantitatis
diebus septem perfundit, octauo die lento igne
ad medietatem decoquit, & per linteolum co-
lat. Faciem remanentem siccat. In succo autem
Mel iustæ quantitatis ad spissitudinem decoquit.

MEL ANTHOSA- TVM.

℞ Mellis Rosati simplicis libras
tres.

Florum Rorisardini recen-
tium manipulos sex.

Stent in infusione, loco calido,
horis viginti quatuor, deindè
exprimantur, & fiat colatura,
quæ decoquatur, vt artis est.

Colicos ac vterinos dolores mitigat,
ob calorem benignum, viscera souē-
tem, quibus etiam robur addit, Cerebri,
Cordis & ventriculi vires augens, &
crudam in intestinis, ac circum mesente-
teria pituitam concoquens, flatibus di-
scutiendis idoneum. Additur in Enema-
ta, vbi Parēsis ex Colica metuitur, ner-
uosas enim partes à noxis defendit.

ALITER SIC PA- RATUR.

℞ Foliorum Rorisardini libram
vnam,
Aquæ fontanæ libras sex.

Stent in infusione per horas du-
odecim, abhinc secunda & ter-
tia vice, reassumpto nouo Ro-
remarino repetatur infusio, cu-
jus colaturæ libris quinq; adde
Mellis optimi despumati li-
bras quatuor.

Coque secundum artem.

Cum in compluribus locis florum Rorisar-
marini tanta non extet copia, quæ huic
Melli parando sufficiat, non minori efficacità
herba eiusdem substituitur.

Rondeletius, Renodæus & alij libras tres Mellis
accipiunt, ac in eo libram vnam florum Roris-
marini infundunt, & in solatione solā Mel An-
thosatum parant.

MEL EMBLICO- RVM.

℞ Myrobalanorum Emblicorū
numero quinquaginta.

Contundantur mediocritèr, &
decoquantur in libris tribus a-
quæ ad consumptionem libra-
rum duarum: residuò adde Mel-
lis tantundem, & ad iustam con-
sistentiam percoque.

Cor, cerebrum, jecur, nec non ven-
triculum solidat, corporis odorem
commendat, ac hilaritatem parit.

Mel hoc Emblicorum nihil aliud est, quàm
Emblicorum decoctum ad consistentiam
inspissatum, seu Mel, in quo Myrobalani Em-
blici conditi asseruantur.

Huius conditione multi Syrupi apud nos pro-
stant solā hac ratione parati: Vt potè Syrupus
conseruationis Enulæ, Pimpinellæ, Calami A-
romatici, Nucis Moschatæ Lusitanicæ, Saluæ
bacciferæ, Zingiberis Indici, Scorzonæræ,

Lactucæ Hispanicæ, & plero-
rumq; condito-
rum.

MEL MENTHÆ.

℞ Succī Menthæ purificati libras duas.

Mellis optimi tantundem,
vel q. s.

Coquantur ad justam consistentiam.

Ventriculum frigidum fouet, coctionem adiuuat, ac pituitosos faucium tumores discutit.

MEL MERCVRIALE.

℞ Succī Mercurialis libras tres.
Mellis puri ac optimi libram vnā semis.

Coquantur & despumantur, vt artis est.

Easdem cum Syrupō vires obtinet, magis tamen abstergit, ideoq; alui (vbi Enematibus indicur) facilius subducit.

MEL PASSVLARVM.

℞ Vuarum passarum libras quatuor.

Aquæ libras duodecim.

Macerentur horis viginti quatuor, deindè decoquantur ad remanentiam tertie partis. Colentur, & colatura decoquatur ad Mellis consistentiam, & reponatur. Hoc decoctum vocatur Mel Passularum.

Pectoris vitiiis, præcipuè verò destillationi acri, & calidæ à salsis humoribus obortæ conducit. Asperam arteriam

lenit & humectat, tenuem expectoratiōem promouet, tussim itidem ac raucedinem mitigat.

MEL ROSATVM SIMPLEX.

℞ Rosarum recentium libras tres.

Aquæ fontanæ puræ & calentis libras duodecim.

Stent in infusione per horas viginti quatuor: abhinc reiectis prioribus Rosis totidē recentes rursus priori brodio infundantur. reitereturq; id tertium. Tandem colati libris quinq; addantur libræ quatuor Mellis.

Coquantur simul, vt artis est.

Ventriculum roborat, deterget, viscidosq; succos expurgat: coctionem iuuat, putredini aduersatur, humores crudos concoquit, oris phlegmonas, prout & gingivarum tonsillarumq; inflammationes, placat.

MEL ROSATVM, MESVÆ.

℞ Rosarum rubearum nondum penitus apertarum libras duas.

Mellis optimi libras sex.

Coquantur lento igne secundum artem.

ID vulgus plerumq; expetit, ac vsurpat: eo siquidem raucedines mitigare, asperæ quoq; arteriæ, columelle, faucium & gutturis noxas depellere edoctum est.

Mel Rosarum Nicolai apud nos in vsu non est, cui ferè simile est illud, quod Norimbergen-

bergenſes fol. 149. deſcribunt. Recipiunt au-
tem folia roſarum rubearum nondum penitus
explicatarum recentia, eaque in Aquâ Cœleſti
percoquant, ac colant: colaturâ ſuccum Roſa-
rum depuratum, Melque deſpumatum admi-
ſcent, & ad juſtam conſiſtentiam coquendo
perducunt.

MEL ROSATVM
CITRATVM.

℞ Mellis Roſati ſimpl. ad per-
fectionem cocti libras duas.
Huic, dum adhuc à cocturâ
feruet, infunde

Cor. Citri recentium & ex-
timorum libram vnam.

Stent in infuſione per meſem,
poſtea Mel tranſcoletur, ac re-
ponatur.

Frigidis ventriculi & cordis affecti-
bus exiniè ſuccurrit; abſtergit, te-
nuat, concoquit: corruptionem humorû,
eorundemq; putredinem arceat, ideoque
ſætentem animam corrigit. Requiritur
potiſſimum ad compositionem Oxymellis
Helleborati à Iuliano deſcripti, & à Geſ-
nero magnis encomiis celebrati.

MEL VIOLATVM.

Fit, vt Mel Roſatum ſimplex.

Refrigerat, lenit, & humectat, al-
uumq; emollit: inditur potiſſimum
Enematibus, vbi bilis & caloris aci-
monia leuanda, aut obtundenda eſt.

OXYMEL SIMPLEX,
GALENI ET MESVÆ.

℞ Mellis deſpumati libras du-
as.

Aceti vini acerrimi libram
vnam.

Aquæ libras quatuor.

Mel cum aqua diligentè deſpu-
metur, & vbi aqua coquendo
fuerit abſumpta, addito aceto
factâ vnicâ ebullitione, remo-
ueatur ab igne, ac ſeruetur vſui.

Magna huius vis crassa tenuandi,
lenta incidendi, viscida detergē-
di, obstructa aperiendi, idq; sine manife-
sto calore, quo nomine febribus diuturnis
& Nothis ex crassa bile ac pituita enatis
conuenit, humidis naturis & frigidis,
crudam, crassam, & pituitosam succorum
copiam coaceruantibus aptum. Nervos
tamen & vterum ledere, tussim excita-
re, ac sputum acidum potius demergere
quàm prouocare creditur. Vnde in mate-
riabus pectoris educendis duo casus oc-
currunt eius vſum non admittentes; ni-
mirum in morbi principio crudâ existente
materiâ propter aceti acrimoniam quod
tussim prouocet, cum tamen ante coctio-
nem materie fieri non debeat: deinde vbi
virtus debilis & non sufficiens ad ex-
pellendum existit, vbi frustra virtute
decreſcente homo irritatur Vide 3. de ra-
tione victus in morbis acutis cap. 27. &
28. Componendi rationem docet Galenus
4. Salubrium.

OXYMEL COMPO-
SITVM, MESVÆ.

℞ Corticum mundatorum &
incisorum radicum.

Apij,
Petroſelini,
Ruſci,
Fœniculi,

Aspa-

Asparagi.ana. vncias duas.

Sem. Apij,

Foeniculi,

Petrofelini. ana. vnciam

vnam.

Aceti libram vnam semis.

Aquæ libras sex.

Mellis libras tres.

Cortices radicum, & semina horis viginti quatuor macerentur in vase lapideo in aceto & aqua: tum coquantur ad tertiæ partis consumptionē: colato additur Mel, & lento igne percoquitur.

Efficacius est superiore, ac morbis procedentibus & diuturnis magis opportunum: potentiùs enim materia crassitudinem apparat, incidit, & tenuat, facitq; ad affectus ex bile crassa ac pituita lentore natos. Melancholicis malis, Quartane, & splenis duritiei bono est, inclinante potissimum morbo, quotidianis febribus succurrit, ac urinas & sudores, cocta jam materia, prolecat.

OXYMEL DIVRETI-

CVM D. AMSROSII

IVNG SENIO-

RIS.

R Mellis despumati vncias quindecim.

Aceti albi acerrimi,

Aquæ fontis ana. libras duas.

Rad. Raphani recentiu vnciam vnam.

Foeniculi drach. decem,

Apij,

Petrofelini,

Genestæ,

Asari,

Levistici, ana. drach. tres.

Sem. Foeniculi,

Petrofelini,

Asparagi,

Rusci. ana. drachmas duas.

Coriandrorum præparatorum,

Cumini. ana. drachmam semis.

Coquantur secundum artem.

Potentèr lotium exigit, ac impeditam vrinam & renum calculos propellit: cuius usus olim D. Ambrosio celebris erat, prout etiamnum nostris Medicis familiaris existit.

OXYMEL SCILLITI-

CVM, MESVÆ.

R Mellis despumati libras tres.

Aceti Scillitici libras duas.

Coquantur ad perfectam consistentiam.

Ad cerebri, pulmonis, ventriculi affectus pituitosos, aut Melancholicos etiam contumaces pollens. Eo vrimur in Epilepticorum insultibus, ipsoq; Paroxysmo. Asthmaticis quoq; plurimū confert, venarum obstructions etiam inueteratas referat, crassosque humores potentèr incidit ac dissecat.

Compositum fit, vt Oxymel compositum ex radicibus.

OXYSA CCHARVM

SIMPLEX.

R Succu Granatorum acidorum

vncias octo.

Acc-

Aceti vncias quatuor.

Sacchari albi libram vnam.

Saccharum purissimum aceto soluatur, & ad crassam consistētiā percoquatur: cui, dum modicè refrixerit, succus Granatorum admisceatur, simulq; lege artis in Syrupi formam reducuntur.

Humoriferuēti refrigerando, crasso autem incidendo, putredini arceda, siti sedanda; nec non viscerum inflammationi mitiganda conducit.

O X Y S A C C H A R V M
COMPOSITVM NICO-
LAI PRÆPOSITI.

℞ Capillorum Veneris,
Scolopendrij, seu Phyllitidis,
aut Linguae ceruinæ,
Aspleni, seu Ceterach,
Lichenis, seu Hepaticæ,
Violarum,
Polytrichi, seu Trichomanis
Dioscor.
Rad. Fœniculi,
Asparagi,
Rufci,
Graminis. ana. vnciā vnā.
Succi Granatorum acidorum
libras octo semis.

Omnia in Granatorum acidorū succo triduo macerentur, deinde cum modica ebullitione exprimantur, & colentur: tandem cum Sacchari libris quatuor ad formam Syrupi percoquantur.

Febribus impuris, & Tertianis Nocthis, omnibusq; affectibus ex sangu-

nis ac bilis feruore & crassitie natis subuenit, iecoris, lienisq; obstructionibus confert, & concalsacta viscera iuuat.

I V L E B R O S A
R V M.

℞ Aquæ Rosarum odoratissimæ
libras tres.

Sacchari albissimi libras duas.

Fiat cum diligentia.

Cordiale plane medicamentum est: totius corporis exastuationi confert, vitales spiritus reficit, eosdemque euanidos reparat.

I V L E B V I O L A R V M.

℞ Aquæ Violarum ex floribus
libras tres.

Sacchari clarificati libras duas.

Coque, vt Iuleb Rosarum.

Febrium incendia reprimat, insomniam leuat: gutturis, faucium, ac asperæ arteriæ afflictionibus à salis aut acris humoris influxu enatis succurrit; calidis insuper, ac siccis pectoris morbis apprimè conuenit, & cordi supercalefacto auxiliatur.

I V L E B E X V I N O,
ARNOLDI DE VIL-
LA NOVA.

℞ Vini optimi & perquàm odorati libras tres.

Sacchari libras duas.

Fiat Iuleb.

Ventriculi & cordis robur tuetur, coctionem promouet, frigidis, crudosque humores partim incidit, partim concoquit; ac caninam famem lenit.

I

MIVA

34 PHARMACOPOEIA
MIVA CYDONI-
ORVM SIMPLEX,
MESVÆ.

℞ Succicydoniorum medij sa-
poris depurati libras duo-
decim.

Coquatur ad medietatem: tum
adde

Vini albi veteris libras quinq;
Coquantur lento igne, crebro
despumando, ad tertiæ partis
consumptionem: postquam re-
federit cola, & adde

Sacchari libras tres.

Coquantur demum ad iustam
consistentiam.

A Duersus alui profluvia efficac:
ventriculum, & cætera viscera
firmat, ac vomitionem prohibet.

MIVA CYDONIO-
RVM AROMATICA,
NICOLAI.

℞ Succicydoniorum acidorū
libras viginti.

Vini albi potentis veteris li-
bras decem.

Mellis optimi despumati li-
bras sex, aut Sacchari tan-
tundem, si malueris.

Coquantur ad perfectionem:
postea impone sequentia Aro-
mata in syndone ligata,

Cinamomi electi,

Cardamomi maioris. ana.
drachmas tres.

Caryophyllorum drach. duas

Zingiberis,

Mastiches,

Ligni Aloës,

AUGVSTANA.

Macis. ana. drachmā vnā semis.
Crōci drachmas duas.

Omnia, excepto Croco, parum
terantur, & nodulo ligata su-
spendantur, identidem confri-
cando in ipso medicamento,
donec crassescat: deinde subla-
tum ab igne aromatiza cum

Moschi scrupulo vno.

Trochiscorū Gallie Moscha-
tæ veræ drachmis duabus.

Fiat, vt est artis.

Ventriculum frigidum & humidū,
& à pituitosis humoribus laxum
constringit: ob id Diarrhœam inde cau-
satam refrœnat, præcipuè verò Liente-
riam cohibet. Concoëctricis facultatis vi-
res plurimum auget, omnemq; Venti-
culi vim frigore sopitam exuscitat, ac
stomachi exolutiones auertit.

DIACARYON, SEV ROB
NVCVM GALENI ET
MESVÆ.

℞ Succicorticum viridium Iu-
glandium diebus canicu-
laribus extracti libras qua-
tuor.

Mellis libras duas.

Coquantur, ut est artis.

Stomaticum est Medicamentum: ad-
modum efficac ad oris phlegmonas
& Synanchas, destillationes tenues in
fauces, & alias præfocantes, pueris, muli-
eribus, naturisq; humidis magnoperè cō-
modatum. Mesuæ ex Gal. lib. 6. c. 10.
τόπος capite 2. Phlegmonarum initiis
adstringentium aliquid vult miscen-
dum.

dum, ut Rosas, Balauftia: in statu Crocum, & Myrrham: in declinatione Nitrum, Salem Ammoniacum, & similia.

DIAMORON SIMPLEX, GALENI.

℞ Succi mororum domesticorum libras quinque.

Mellis libram vnam.

Clarificetur primùm succus: deindè cum Melle coquatur ad iustam consistentiam.

Phlegmonarum principiis salubre: cuius vires augentur additis repellentibus & adstringentibus, qualia sunt Alumen, Omphacium, Rhus, Rosa, Balauftia, Malicoriū, Cytinus, Galle vñatura, Hypocistidis aut Lentisci succus.

DIAMORON COMPOSITVM, EIVSDEM.

Præparetur, vt prius jam modo descriptum, addendo prædictis.

℞ Myrrhæ,
Croc. ana. drachmam vnam femis.
Omphacij seu Agrestæ vñciam vnam.

Coquatur Omphacium cū succo Mororum, & Melle: Myrrha verò & Crocus sub finem adijciantur, cū scilicet ab igne remotum fuerit Medicamentum.

Phlegmonis ad statū prouectis, quibus concoquentia & digerentia Me-

dicamenta adhibere conuenit, maximè prodest. etenim priuatim concoctoriâ inflammationum vi prædium est.

DIAMORON VSITATVM, NICOLAII.

℞ Succi Mororum Batinorum: id est Rubi, libram vnam.
Mororum Celsi libram semis.

Mellis libram vnam.

Sapæ vñcias tres.

Succos Mororum prius depuratos cum Melle & Sapa in vase lapideo suaviter decoque: cõctum percola, & serua.

Ad faucium ardores, serpentia oris, Ulcera, gula, columella, & tonsillarum inflammationes, Anginaq; principia efficax existit, estq; eius vsus præ cæteris creberrimus.

Mora Celsi, seu Domestica nostris Moulbeer dicuntur: Mora verò Syluestria sunt Mora Rubi Bati, quæ Trombeer & Nymbeer vulgari idiomate appellantur.

ROB DE AGRESTA.

℞ Omphacij, seu Agrestæ libras duas.

Sacchari optimi libram vnam.

Coque ad spissitudinem mellis.

Refrigerat & adstringit, unde fluxus malignos ac colliquantes coërcet, sitim sedat, biliosos ructus compescit, & contagiosis morbis opitulatur.

ROB DE BERBERIS
SIMPLEX.

℞ Succi Berberorum libras tres,
vel quantum volueris.
Coquatur per se ad spissitudi-
nem Mellis.

ROB DE BERBERIS
COMPOSITVM.

℞ Succi Berberorum depurati
libras duas.
Sacchari optimi libram vnā.
Coquantur vt est artis.

Vtrumque valentè refrigerat, ac
præter adstrictionem nonnihil in-
cidentis facultatis habet. Bilem ventri-
culo infestam reprimat, inde enata ven-
tris profluvia sistit, & sitim in expletam
pacat: febribus ob id biliosis, ac Tertianis
opportunitum.

Compositum cum Syrupi superius traditi,
descriptione ferè concordat, præterquam
quod Syrupus plus Sacchari admittit: est tamen
apud nos Rob magis in vsu quàm Syrupus.

ROB DE COR-
NIS.

℞ Succi Pulpæ Cornorum li-
bras duas.
Sacchari libram vnā.
Coquantur secundum artem.

Potentè adstringit, undè in fluxi-
bus ventris, Dysenteria, Lienteria,
& Coeliaca utiliter exhibetur.

ROB CYDONI-
ORVM.

℞ Succi Cydoniorum artifici-
osè depurati libras sex.

Coque ad duarum partium ab-
sumptionem, seu ad Mellis spissi-
tudinem.

Efus multiplex & vsus esse solet in Di-
arrhoea biliosa, Dysenteria, ac alui
proflumis à calidis & acris humori-
bus concitatis. Vomitiones & stomachi
subuersiones emendat: Cholera morbo
medetur, intestinorum hamorrhagiam
cohibet, venenatis morbis aduersatur,
& sudores, potissimum tamen in adultis
ac atate prouectis, promouet.

Notandum, vt probè succus depuretur, e-
undem prius calefieri, deindè verò vt resi-
deat, reponi debere. Quod vbi factum, tum de-
mum lento igne coquendus. Adhibenda porro
sunt vasa ad succos hos acidos figulina vitreata,
vel omninò lapidea, prout supra in prolegome-
nis monuimus.

ROB CYNOS-
BATI.

Fit, vt Rob de Cornis ex caliculis
rosarum syluestrium, qui post
florum defluuium circa finem
Autumni, vel medio Autumno,
pulcherrimo rubore mature-
scunt.

Vsurpatur Rob prædictum ex Cy-
norhodo Barbari, qui aliis Cynos-
batus dicitur, ad rennum calculos atte-
rendos, & arenulas eorundem expurgā-
das, Hamorrhagias etiam uteri, rennum
ac vesicæ cohibendas: Dysentericis quo-
que auxilio est.

ROB EBULI-
NV M.

℞ Succi Granorum Ebuli quan-
tūna voles.

In-

Inspissetur per se lento igne, vel
addito pauxillo Sacchari.

Bilem, pituitam, aquasq; modeste de-
trahit, sudores mouet, ac ob predi-
ctâ hydropicos adiuuat: leucophlegmati-
e medetur, & Podagricis procurato ab
eius sumptione sudore benefacit.

ROB IVNIPE-
RINVM.

Eodem modo, quo prius pa-
rari consuevit.

Frigidis ventriculi, uteri ac intesti-
norum malis magnoperè prodest; u-
rinas, menses & calculos eijcit: renes &
vesicam à mucositate repurgat, flatus
ventris discutit, venena pellit, ob id ple-
bi aduersus aëris infectionem, & conta-
giosos morbos antidotum familiare exi-
stet, ac pectus quoq; à crudo, crasso, & te-
nacious infarcto phlegmate expurgat.

ROB PRVNORVM
SYLVESTRIS
VM.

Fit ex pulpa Prunorum syluestri-
um, seu ex fructu spinosi fruticis
Acaciae.

Dysenteriam, Diarrhoeam, ac ven-
tris profluvia, praesertim verò se-
rosa & biliosa potentè adstringendo re-
tardat, ac retentricem cum ventriculi,
tum intestinorum facultatem confirmat.

ROB DE RIBES
VTRVMQVE.

Paratur vtrumque, vt Rob de
Berberis.

Non intelligimus hoc loco Ribes è
Syria montanis allatum, sed no-
strum. Ad refrigerandum, adstringen-
dum, & ventriculum, ceteraq; viscera
feruoris intemperie dissoluta recreanda,
& confirmanda proficuum. Sitim restin-
guit, partim eam quæ ex ventriculo con-
calesceto, tum eam quæ ex cordis omni-
umq; partium intemperie sicca & calida
orta est. Calorem febrilem mitigat, ven-
triculum firmat, vomitum biliosum re-
primit, felleas alui excretiones sistit. Cho-
lera medicatur, Hemorrhagiam curat,
Cardiacis succurrit, pestilente caelo effi-
cax, vndiq; nata exanthemata sanat,
ac ebrietati resistit.

ROB SAMBVCI-
NV M.

Fit vt Ebulinum.


EBulino viribus affine est; etenim I-
ctericos & Hydropicos iuuat, sudo-
resq; potentè prolicit, ac serum acre, nec
non biliosi ichoris abundantiam, & Ery-
sipelata ante sudorem sumptum eijcit.

ROB VERONICÆ.

℞ Succii Veronicæ libras duas.
Sacchari libram vnam.
Fiat Rob.

VTilitè Pulmoniacis ac Phthificis
lingendum porrigitur. Sed & uri-
narios meatus repurgat, renumq; calcu-
los atterit, sanguinem mundificat, sudo-
res prolicit, & malignis pestilentibusque
febris aduersatur. Datur sanguinem
screantibus, ab alto lapsis, qui vasis ali-
cuius interni rupturam passi sunt.


MEDICAMENTORVM OFFICINIS PHARMACEVTICIS REIP. AVGVSTANÆ VSI-TATORVM.
CLASSIS SECVNDA.
**SYRVPORVM PVRGANTIVM SERIEM COM-
PLECTENS.**


**SYRVPVS FLORVM
ACACIÆ.**

Paratur ex multiplici infusione florum, ad normam Syrupi Rosati laxatiui simplicis.

Syrupi Rosati vires emulatur: ichores enim sanguini admixtos, tenuerq; serum leniter expurgat, ac blandè aluum subducit.

**SYRVPVS. DE CAR-
THAMO.**

Rx. Adianti,
Hyssopi,
Thymi,
Origani,
Chamædryos,
Chamæpytyos,
Scolopendrij,
Buglossæ. ana. manip. semis

Cuscutæ,
Vesicariæ, seu Halicacabi. ana.
vnciam semis.

Rad. Angelicæ,
Glycyrrhizæ.
Fœniculi,
Asparagi. ana. vnciam vnam.

Ligni Tamarisci, seu Corticum
eiusdem vnciam semis.
Polypodij quercini vnciam vnam semis.

Sem. Anisi.
Fœniculi,
Ammeos,
Dauci. ana. vnciam vnam.

Sem. Carthami leuiter contusi
vncias quatuor semis.

Vuarum passarum exossatarum
vncias duas.

Decoq; in aquâ ad tertias: post-

ca

ea colentur, ac colaturæ calenti infunde.

Foliorum Senæ repurgatæ vnciam vnam semis.

Agarici Trochiscati vnciam semis.

Zingiberis drachmam vnam.

Rhabarbari electi drachmas sex.

Macerentur per noctem, ac frequenti die post validam expressionem colentur: postmodum adde

Sacchari albissimi libram vnā.

Syrup. Violati solutiui,

Rosati solutiui,

Acetosi simplicis. ana. vncias duas.

Coquantur iterum modicè ad iustam consistentiam.

Febribus inueteratis, Quotidianis, Quartanis, & obstructionibus viscerum ex humoribus crassis, ac pituitâ enatis opitulatur: incidit, extenuat, aperit, nec non pituitosos & serosos humores lenitèr per aluum educit, ac extergit.

Syrupus hic de Carthamo, vel Diacnicu dictus, describitur ab Andernaco Comment. 2. de vet. & nou. Medicinâ dial. 7. in cuius structurâ Norimbergenses Thymum ac Polypodium omittunt, ac feminis, Anisi, Fœniculi, Ammeos, & Dauci, vnciam tantum dimidiam legunt, eum auctor vnciam adscribat. Vide editionem Andernaci Basiliensem Anni 1571.

SYRVPVS DE CICHORIO CVM RHABARBARO NICOLAI FLORENTINI

R Endiuivæ domesticæ, Syluestris. ana. manipulos duos semis.

Cichorij,

Taraxaci. ana. manipulos duos.

Cicerbitæ, seu Sonchi læuis,

Hepaticæ, seu Lichenis,

Lactucæ domesticæ,

Fumiterræ,

Lupulorum. ana. manipulū vnū.

Hordei integri vncias duas.

Capillorum Veneris drachmas octodecim, seu vncias duas & drachmas duas.

Vesicariæ, seu Halicacabi,

Glycyrrhizæ,

Aspleni, seu Ceterach,

Cuscutæ. ana. drachmas sex.

Adianti vulgaris, seu Rutæ Murariæ,

Rad. Fœniculi,

Apij,

Asparagi. ana. vncias duas.

Decoquantur in aquæ libris triginta, ad medietatis consumptionem: deindè cum Sacchari albi clarificati libris decem fiat Syrupus. Pro cuius vnaquaq; librâ inter coquendum adijciantur

Rhabarbari optimi vncia semis,

Spicæ scrupuli duo.

Ligato hæc in linteolum rarum & exprime in decocto, bulliendo parum, priusquam Saccharum adijciatur: deindè in decocto Syrupo suspendantur.

VSurpatur ad jecoris intemperiam calidam, obstructionem, fellis suffusionem, seu Icterum. Splenicis & Melancholicis confert. Cachexiam, & viscerum impuritatem, omnemq; materiam

venena-

venenatam soluit, nutritionis instrumenta firmat, humoresque vitiosos per urinam & secessum educit. Peculiariter verò Epilepticis subuenit, maxime pueris: quem in hoc casu mirifice commendabat Montanus, imò asserebat Nicolaum eundem ad Epilepsiam propulsandam composuisse.

IN hoc Syrupo, etiam in prioribus editionibus, consultò omisum fuit, Polytrichum cū Scariolâ: Endiuia porro & Capillorum Veneris quantitas non sine ratione adaucta. Ponuntur hic quoque Spicæ scrupuli tantummodo duo, vtpotè qui (vt Petrus Coudenb. rectè monet) sufficiant, namq; si duplum Spicæ pondus pro veteri more compositioni induatur, eam ingrati saporis & odoris difficultate peruehit. Describitur à Nicolao Florentino Sermone 5. de obstruct. hepatis.

Syrupum hunc preparandi magna est apud plerosq; disparitas. Nobis hic modus probatur, vt hordeum cum radicibus & herbis aridis horis viginti quatuor in dictâ aqua quantitate infundatur: deinde simul omnia decoquantur ad medias. De hoc decocto transcolato portio aliqua reseruetur, quanta sufficere videbitur, in qua Rhabarbari optimi minutim incisi vncia quinq;, & Spicæ drachmae duae & scrupuli duo, horis ad minimum duodecim infundi possint: quae postmodum simul bulliant, ac leniter exprimantur, atq; hæc ipsa vnâ cum suo hoc liquore priori iam ferè sufficienter in Syrupum cocto addita in perfectum Syrupum inspissentur, Spicam & Rhabarbarum panniculo illigata in Syrupo imposterum demersa retinendo. Atq; sic Rhabarbari & Spicæ vires Syrupo facultatem suam tradunt, cuius vis sola in Syrupum suspensione post additum Saccharum alioquin vix animadverteretur.

SYRVPVS DIASEREOS,
ANDERNACL

℞ Intybi latifolij, seu Endiuia.
Cichorij. ana. manip. tres
Adiati albi, seu Rutæ Murariæ,

Nigri seu Capillorū Veneris,
Agrimoniae,
Scolopendrij seu Ceterach,
Lupuli,
Fumariæ, ana. manipulū. semis.
Granorum Hali cacabi,
Cuscutæ. ana. drachmas tres.
Rad. Apij,
Fœniculi,
Asparagi. ana. vnciam semis.
Polypodij quercini vnciam vnā.
Glycyrrhizæ drachmas sex.
Sem. Cnici vnciam vnā semis.
Sem. quatuor frigid. majorum.
ana. drachmas duas.
Hordei non excorticati pugillos duos,
Sem. Endiuia,
Cichorij. ana. drachmam vnā semis.
Vuarum Passarum vnciam vnā.
Prunorum Damascenorum numero viginti.
Florum Boraginis,
Buglossæ,
Violarum. ana. pugillū vnum.
Myrobalanorum Citrinorum,
Chebulorum. ana. vnciam semis.
Omnia in aquâ ad tertias decoquantur, & in hujus decocti jure colati librâ & semisse macerentur seorsim per noctem
Rhabarbari electi vnciæ duæ semis.
Agarici Trochiscati vncia.
Foliorum

Foliorū Senę vnica vna semis.
Zingiberis,
Cinamomi ana. drachma.
Expressis, colatisq; iterum adde
Sacchari optimi libram.
Syrupi Rosati solutiui vncias
tres.

Mixta omnia rursus modicè co-
quantur ad justam spissitudinē.

Ad viscerum obstructions, febres,
& alia inde prouenientia mala ef-
ficax. Auriginosos, felle suffusos, Cache-
cticos, Hydripicosq; plurimum adiuuat:
renes etiam emungit; ac corpori bonum
colorem conciliat.

Cum Seris Medicamenti huius basis existat,
nimis autem parca nobis visa fuerit Intybi
& Cichorii quantitas, idcirco earundem her-
barum portionem triplicandam censuimus, vt
Syrupus euadat efficacior. Describitur ab An-
dernaco Comment. 2. Dialogo 7. de veteri &
noua Medicina.

**SYRVPVS DOMESTI-
CVS, SEV DE SPINA INFE-
CTORIA; QVAM VVLGVS**
Spinam Ceruinam vocat.

R Baccarum fruticis illius, quę
Spinam Ceruinam vocant,
circa finem Septembris
aut Octobris initio collecta-
rum quantitatem sufficien-
tem

Contundantur in pilā lapideā
deindē exprimendo colentur.
Succus expressus coquatur
lento igne, donec quarta pars
absumat, atque iterum co-
letur.

R Huius colati libras duas.
Mellis despumati vncias sedē-
cim.

Coquantur simul, donec Syrupi
benē cocti consistentiam
acquirant, adijciendo in
finē

Anisi,
Mastiches. ana. drachmas tres
Zingiberis,
Cinamomi,
Caryophyllorum. ana. drach-
mam vnam semis.

Fiat Syrupus.

Syrupus Domesticus sic dicitur, quod
familiariter eo vti possimus. Bilem,
pituitam, & serosos maximē humores
purgat; unde eius vsus præcipuus in
Cachexia, Hydropē, ac Arthritide. Con-
sule de eo Reinerium Solenandrum in
Consiliis.

Baccas semicontusas quatuor diebus in ficti-
li vitreato macerari perse in loco calido
permittito, & efficacior succus reddetur. Cujus
libras duas Sacchari, vel Mellis libram vnam se-
mis decoquunt ad Syrupi spissitudinem: de-
mum linteolo rariore colato addunt Cinamo-
mi, Zingiberis. ana. vnciam semis, Caryophyl-
lorum drachmas duas, fiat Syrupus. Hunc ita
Matthiölus in Dioscorid. præparat lib. 1. cap.
112. de Rhamnis.

*Cauent Pharmacopei, ne pro Ceruispina bac-
cis, similitudine forsā decepti, Alaterni bac-
cas accipiant.*

**SYRVPVS DE EPI-
THYMO MES-**

V. E.

R Epithymi drachmas viginti,
seu vncias duas semis.
Myrobalanorum Citrinorū,
Indorum. ana. drach-
mas quindecim.

Cuscutæ,
Fumiterræ ana. drachmas de-
cem.

K Thymi,

Thymi,
Buglossæ,
Calaminthæ,
Myrobalanorum Emblicorum,
Belliricorum,

Glycyrrhizæ,
Polypodij,
Agarici,
Stœchados ana. drach. sex.
Rosarum,
Fœniculi,
Anisi. ana. drach. duas semis.
Prunorum numero viginti.
Passularum enucleatarū vn-
cias quatuor,
Tamarindorum vncias duas se-
mis.

Aquæ libras decem.
Bulliant secundum artem: cola-
tura adde
Sacchari libras quatuor-
Sapæ libras duas.
Coquantur secundum artem.

Eo utimur in humoribus & affecti-
bus pituitosis, ac Melancholicis à bile
adusta & atra. Occulta vulnera, fi-
stulosa & sinuosa curat: scabiam corporis
scabiam & nigram, capitis areas & im-
petiginem emendat. Psoram, Lepram,
Cancrum, Elephantiam, morbum item
Gallicum depellit.

SYRVPVS DE FVMA-
RIACOMPOSITVS,
M E S V Æ.

R̄ Myrobalanorum Citrinorū,
Chebulorum, ana.
drachmas viginti.

Florum Boraginis,
Buglossæ,
Violarum,
Absinthij,
Cuscutæ ana. vnciam vnam.

Glycyrrhizæ,
Rosarum. ana. drachmas qua-
tuor.
Epithymi,
Polypodij. ana. drachmas
septem.

Prunorum numero centum.
Passularum enucleatarum li-
bram semis.
Tamarindorum,
Pulpæ Cassiæ ana. vncias duas.
Aquæ fontis libras decem.

Omnia præter Cassiam & Tama-
rindos lento igne secundum ar-
tem coquantur, & colentur: ac
in colatura adhuc calente dis-
soluantur Cassia & Tamarindi.
Deindè verò adde

Succi Fumiterræ depurati,
Sacchari albi ana. libras tres.
Rursum coquantur in formam
Syrupi.

Purgatorius est: à tribus vnciis ad
quinque, vel sex sumptus, educit pitui-
tam salsam, & bilem utramque; vstam;
nec non liberatis obstructionibus febres
putridas ab his humoribus enatas curat.
Ventriculum & hepar roborat; humores
salsos & adustos propellit. Psoram, Le-
pram, scabiam, impetiginem, ac exanthe-
mata delet. Ictericum utrumque propul-
sat. Utuntur eo quidam in morbo Gal-
lico.

SY-

SYRVPVS DE FLO-
RIBVS PERSI-
CORVM.

℞ Florum Persicorum recentium libram vnam.

Macerentur horis duodecim in libris tribus aquæ calētis, expresso postmodum & colato liquori parem florum recentium quantitatem infundendo, idq; quater, aut quinquies iteretur. Postremæ dehinc colaturæ accipe libras tres.

Sacchari albi libras duas semis.

Fiat secundum artem Syrupus.

A Quas & bilem educit, vermes enecat, ac mesenterii infarctu liberans serosos humores per aluum exturbat.

SYRVPVS DE PO-
LYPODIO.

℞ Polypodij quercini libram vnam.

Id, si recens haberi potest, incidatur, sin minus, crassiusculè cōtundatur, infundaturq; horis viginti quatuor, in libris duodecim aquæ fontanæ: deinde bulliat ad consumptionem medietatis, ac in fine adde

Calami Aromat. vnciam vnā.

Sem. Foeniculi drachmas tres.

Iterum lenitè bulliant, ac decocto huic colato adde

Muchari, vel infusionis Rosarum solutiæ, libram vnam semis.

Succi Boraginis,
Fumariæ,

Lupuli. ana. vncias sex.

In his succis & liquoribus coque

Myrobalanorū Citrinorum,

Chebulorum,

Indorum. ana

vnciam vnā

femis.

Passularum minorum vncias tres.

Bulliant simul ad consumptionē tertiæ partis, in fine addendo

Senæ Orientalis vncias sex.

Postmodum exprimantur, & colentur: ac colatura cum Sacchari libris tribus coquatur in Syrupum.

A Trabiliarios humores potissimum euocat, ac lienis vitiiis opitulatur. Vnde Spleneticiis & Arquato correptis auxilio est, sanguinem depurat, ac atrabilem & adustos humores prolicet, cutemq; à scabie sædam eluit.

SYRVPVS E POMIS
REGISSABOR,
MESVÆ.

℞ Succi Pomorum dulcium,
Boraginis.

Buglossæ. ana. libram
vnam semis.

Folliculorū Senæ vncias duas,
Crocī drachmam vnam.

Sena contrita horis viginti quatuor in succis maceretur, ac semel, aut bis feruefiat, & coletur: expressum cum Sacchari libris duabus percoquatur in Syrupū. Crocus panno lineo ligatus inter coquendum infricetur.

Hic Syrupus Medorum Regi Sabor,
à quo captus est Valerianus Imperator, attribuitur, & Mesuæ adscribitur. Eo utimur, ad omnes affectus Melancholicos, Maniam, Melancholiam. Cordis robur plurimum auget.

SYRVPVS DERHABARBARO SOLVTIVVS.

℞ Rhabarbari optimi,
Foliorum Senæ. ana. vncias duas semis.
Florum Violarum manipulum vnum.
Cinamomi drachmam vnā semis,
Zingiberis drachmam semis.
Aquarum Betonicæ,
Cichorij.
Buglosse. ana. librā vnam.

Fiat omnium infusio per noctē mane ebullitione & expressione facta, colatura decoquatur in Syrupum cum Sacchari albi librā aut quantum fatis. Adde Syrupi Rosati solutiui compositi vncias quatuor.

Citrā molestiam in pueris & delicatulis aluum subducit, vtramq; bilem deturbans, ac pituitam quoq; lenitèr euacuans. Officinis nostris vsitatissimus.

SYRVPVS ROSATVS SOLVTIVVS SIMPLEX SIVE MVCHARVM.

℞ Foliorum Rosarum Damasc.

recentium libras quinquaginta quinque.

Macerentur horis viginti quatuor, in libris ducentis aquæ claræ feruentissimæ, in vase terreo vitreato, stricti oris, & bene cooperto. Postea facta expressione aqua rursus calefiat, non tamen ad ebullitionem vsque, & in ea Rosarum viridium libræ quinquaginta totidem horis infundantur: expressione rursus facta, eidē aquæ recalcraftæ libræ quadraginta quinque; Rosarum tandiu infundantur, & leniter exprimantur. Abhinc libræ quadraginta eodem modo infundantur, ac exprimantur. Tum quoq; libræ triginta quinque; eodē ordine, rursus triginta, post viginti quinque demum viginti, vt tandem eidem aquæ libræ trecentæ foliorum Rosarum recentium iufusæ sint. His peractis infusionem cola, sine, vt resideat quoad clarescat. Postremò adde Sacchari albi libras quinquaginta, & in Syrupum percoque.

Mesuæ duas tantum fieri iubet Rosarum infusiones, sed præstiterit fecisse plures. Quidam eundem paulò alitèr præparant: nam aquæ libris triginta duabus vigesies infundunt sex Rosarum libras: demum additis colato Sacchari libris duodecim percoquunt in Syrupum. Nos quia inæquali interdum pondere eundem paramus, formulam hanc adijcere voluimus.

Aquæ

Aquæ libras 200. Integra descriptio.
 Medietas 100. Medietas.
 Tertia pars 66. & vncias octo.
 Quarta pars 50.
 Medietas
 quartepartis 25.

1. Infusio Rosarum lib. 55.
 27. semis.
 18. & vncias 4.
 13. & vncias 9.
 6. & vncias 10. semis.

2. Infusio Rosarum lib. 50.
 25.
 16. & vncias 8.
 12. semis.
 6. & vncias 8.

3. Infusio 45.
 22. semis.
 15.
 11. & vncias 3.
 5. & vncias 7. semis.

4. Infusio 40.
 20.
 13. & vncias 4.
 10.
 5.

5. Infusio 35.
 17. semis.
 11. & vncias 8.
 8. & vncias 9.
 4. & vncias 4. semis.

6. Infusio 30.
 15.
 10.
 7. semis.
 3. & vncias 9.

7. Infusio 25.
 12. semis.
 8. & vncias 4.
 6. & vncias 3.
 3. & vnciam 1. semis.

8. Infusio 20.
 10.
 6. & vncias 3.
 5.
 2. semis.

Sacchari libras. 50.
 25.
 16. & vncias 9.
 12. semis,
 6. & vncias 3.

Syrupus is in Vsu creberrimus est ad ventriculi incendium, & igneum calorem febrilem, sitimque inexpletam sedandam. Febris pestilentibus præstantissimus, quod putredini, venenis & æris vitio subamarâ & aromaticâ suâ qualitate resistat. Viscera nimio calore dissoluta refrigerando roborat, & ad temperiem reducit, febrium insomniam leuat, ac modicè aluum subducit.

SYRVPVS ROSATVS
 LAXAT. COMPOSITVS,
 SEV HELLEBORATVS
 MONTANI.

℞ Corticum Myrobalanorum omnium. ana. vncias quatuor.

Contundantur crassè, & fricentur manibus Oleo Amygdalarū dulcium: deindè infundantur in libris duodecim infusionis Rosarum suprâ scriptæ, per horas viginti quatuor, addendo

- Foliorum Senæ,
- Epithymi,
- Polypodij ana. vncias sex.
- Seminum Citri,
- Glycyrrhizæ ana. vncias quatuor.

Caryophyllorum vnciam vnâ.
 K 3 Corti-

Corticum rad. Hellebori nigri veri drachmas sex.
Decoquantur omnia simul lento igne, ad quartæ partis consumptionem: adde postea.

Sacchari clarificati libras
quinq;

Rhabarbari electi in nodulo ligati drachmas sedecim.
Fiat Syrupus secundum artem.

Vtebatur eo Montanus, Medicus Patavinus clarissimus, in affectibus Melancholicis, Lue Gallicæ; Pfordæ, Lepræ, Impetigine, Lichenibus, Cancro, Elephantia, & aliis.

**SYRVPVS ROSATVS
COMPOSITVS SINE HELLEBORO.**

R Myrobalanorum omnium ana vncias duas.

Contundantur crasso modo, & fricentur Oleo Amygdalarum dulcium. Infundantur in libris quindecim infusionis Rosarum horis viginti quatuor: cui adde

Rad. Polypodij vncias duas semis.

Sem. Carthami vnciam vnā semis.

Anisi,

Fœniculi ana. drachmas sex.

Fol. & folliculorum Senæ,
Epithymi ana. vnciam semis.
Corticum Citri vnciam vnā.
Caryophyllorū vnciam semis.
Nucis Moschatæ drachmas tres.

Fiat rursus infusio horis viginti quatuor, quibus elapsis fortissima fiat expressio: & adde ad liquoris singulas libras duas,

Sacchari libram vnā.

Fiat Syrupus.

Modestius quidem quam prior purgat, nihilominus tamen bilem & utramq; ac pituitam educit, visceribus robur addens. Atque hic Syrupus Compositionem Syrupi de Rhabarbaro ingreditur.

Paratur & alius quidam Syrupus Rosatus, cum additione Radicum Cichorij, & foliorum Fumariæ, Syrupus Rosatus laxatiuus cum Ambubeia dictus. Is sic habet.

R Rad. Cichorij recentium & mundatarum libras duas.

Herb. Fumariæ recent. manip. sex.

Infundantur horis duodecim in libris sex Muchari perfecti, seu infusionis Rosarum laxatiuæ: postea colentur & exprimantur. Colatura posthinc cum Sacchari libris tribus coquatur in Syrupum, cui ad iustam consistentiam ferè percocto, in panno raro lineo immittantur, ac post perfectam coctionem in eo pendula permanent sequentia vtporè

Specierum Diatriion Santal. drachma vnā.

Diarhodon Abbatis drachma semis.

Fiat Syrupus, vt artis est.

Vtramq; bilem ac serosos humores blandè euacuat, salfos itidem ichores lenitèr educit, ac putres emendat, vnde adustum sanguinem corrigit, ac jecori obstructo opitulatur. Ictericum, ac Tertianas sanat, & venarum mesaraicarum opilationes expedit. D. Raymundo Minderero, Cellega nostro quondam, præ cateris vsu familiaris ac consuetus.

SYRVPVS DE SENA.

R Foliorum Senæ Orientalis vncias duas.

Zingiberis drachmas duas.

His

His in cucurbitam vitream inditis, affundē

Aq. Cardui Benedicti Magist. & Agrimonix. ana. vncias octo.

Apposito cæco alembico circumline fugas pro more; stent in aqua calente per noctem: manē exprimatur omnis humiditas: Infusio ter reiteretur, postea omnes fæces accipe, in cucurbitam vitream inijce, & affunde vini Rhenani vncias octo. In infusione itidem relinquuntur, exprimantur, ac priori expressioni addantur. Tandem adde

Sacchari albi vncias decem.

Aq. Cinamomi vncias quatuor.

Olei Caryophyllorum guttulas tres.

Fiat Syrupus.

A Dustos & retorridos humores euacuat, vtramq; bilem eijcit: morbis idcirco lenis, ac cutis vitis à salsis humoribus & Melancholici sanguinis noxa abortis auxiliatur.

**SYRVPVS VIOLA-
TVS SOLVTI-
VVS.**

Fit, vt Syrupus Rosatus solutiuus, ex iteratis Violarum recentium infusionibus.

℞ Hujus infusionis libras tres. Sacchari clarificati libras duas.

Coquantur lento igne ad Syrupi consistentiam.

Alij Sacchari loco Mel adijciunt.

In februm aestibus, biliosis & acutis morbis, viscerum inflammationibus, ac siti inexplebili commendatur. Rosato validius refrigerat & humectat, vnde & somniferus magis existit. Gutturis asperitates lenit; thoracis & pectoris, totiusq; ventris inferioris affectibus calidis succurrit: sicca tussi medetur, ac aluum emolliendo bilis acrimoniam retundit. Alter ex Violarum succo Aëuarij Iosachar exprimit, quo ad thoracis vitia, & bilis acrimoniam vitimur, vt & composito Mesue. Solutiuus verò saluberrimus in febris aestuantibus, & bilioso incendio extinguendo.

**MEL ROSATVM
LAXATIVVM.**

℞ Prædictæ infusionis multipli. libras sex.

Mellis libras tres.

Fiat Mel Rosatum.

Easdem, quas Syrupus Rosatus solutiuus Simplex vires obtinet, minùs tamen refrigerat, sed potentiùs abstergit.

**MEL VIOLATVM
SOLVTIVVM.**

Fit eodem modo quo Rosatum solutiuum.

Syrupo iam dicto viribus affine est: Sinitur potissimum Enematibus, vbi febres cum alui adstrictione moleste sunt.

OXY.

OXYMEL HELLEBORATVM MAIVS,
IULIANI.

℞ Foliorum Rutæ.

Thymi,
Dictamni Cretici,
Hyssopi,
Pulegij,
Prasij albi,
Cardui Benedicti,
Spicæ Celticæ,
Corticum Sambuci interiorum. ana. manipulū unum.
Calaminthæ Montanæ pugillos duos.
Sem. Anisi,
Fœniculi,
Ocymi,
Vrticæ Romanæ,
Anethi. ana. drachmas duas.
Rad. Angelicæ,
Althææ,
Ari,
Scillæ præparate,
Turbiti,
Aristolochiæ rotundæ Longæ,
Iridis vulgaris,
Costi seu Enulæ, vel Zedoariæ.
Polypodij. ana. vnciam vnam.
Hellebori albi,
Nigri præparati ana. drachmas tres.
Esulæ præparate drach. duas.
Infundantur triduo in libris septem aceti acerrimi, & sapæ vncijs duabus in vase vitreato bene

obturato, ad solem vel ad fornacem: deinde in eodem vase, vel lapideo, decoquatur ad medias; sub finem decoctionis ad consumptionem aceti adde.

Agarici electi drachmas duas. Cola, & cum Mellis Rosati Citrati & Sacchari ana. librâ unâ fiat Syrupus, qui sub finem aromatizetur cum puluerisatis & mixtis aromatibus sequentibus, vtpotè

Caryophyllorum,

Croci,

Zingiberis,

Galangæ,

Macis,

ana. drachmâ vnâ.

Medicamentum hoc Gesnero maximopere quondam celebratum fuit, cuius de hoc ipso Oxymelle Encomion subiunximus. Mirifice abstergit, incidit, aperit, humores omnes, omniaq; excrementa è corpore protrudit, omnes meatus intus forisque reseat. A centro ad superficiem propellit manifestè, ita ut cutim rubificet, sicut longiore in balneis mora fieri consuevit, exanthemata aut pustulas aliquibus, aliosue tumores excitat, qui alioqui circa interiora fortè colligerentur, quamobrem in præseruatione à Peste vsum eius perutilem futurum non dubitauerim. Vlcera habentes vni eius statim in ipsis vlcerebus penetrantem, & aperientem sentiunt. Præcipua eius vis in Epilepsia, Asthmate & omnibus ferè morbis, à materia frigida, crassa, tenace, à phlegmate aut Melancholia, dependentibus, in capite, ventriculo, thorace,

thorace, iecore, renibus, liene, utero, & articulis. Incidendi aperiendique causa dare soleo ante purgationes, ita ut due tresue drachmae per se mane, per tres fere dies lambantur, vel cum exigua Sapa ad amaritudinem eius fallendam, & aqua Hyssopi aliaue bibantur, vel cum aliquo decocto. Si vomitum ciere libeat, ut ubi veneni suspicio est, dari potest Uncia, cum dimidia Oxymelitis Scillini, & aqua tepida fontana, aut destillato aliquo, vel decocto Agarici, cum corticibus aut sem. Raphani, sem. Anethi, radicibus Afari, Malua, ficubus. Mouetur autem vomitus tertia fere hora postquam sumptum est, aliis prius, nonnullis tardius, quibusdam & alius simul mouetur. Sic & Arthriticis, & Ischiadicis prodest: Menses manifeste promouet, expellit etiam albos, si diebus aliquot sumatur, & postea dentur Pilulae conuenientes, ut de Hiera cum Agarico, & radicibus Afari. Vrinam & calculos prouocat, praesertim cum Syrupo conueniente datus, ut de floribus Persicorum. Sanguinem concretum ubiuis dissipat, etiam in thorace, instante suffocationis periculo. Epilepsiam non confirmatam curat, lumbricos pellit, sitim aufert, tum aliis plerisque, tum Hydropicis spirationem faciliat. Asthma, & Orthopnoeam curat, aut mitigat plerumque, illico potum, vel si lambatur per se, vel cum Oxymelite Scillitico, aut Loch sano, aliaue. Sanguinem pellit, quibus abundat per quosuis rreatus, ut nares, vel haemorrhoidas, vel uterum, & hac ratione natura quod redundat euacuante, a vene sectione abstinere

possumus, in debilioribus praesertim, ut puerperis, cum Pleuritide, aut alio morbo vene sectione requirente laborant. Pleuritici id lambant cum bacillo Glycyrrhizae, admisto Loch sano, vel Syrupo Glycyrrhizae, aut Hyssopino, & Iulapium bibant ex aqua saccharata cum Syrupo Glycyrrhizae. Frigidioribus & hyeme datur utiliter cum aqua ardente & sic modice rosta incisaque, id totum accendi debet, & mox extingui, ac sumi, vel cum vino Aromatico, vel aqua de radicibus Gentiana destillata, vel alia. Cum decocto conueniente datur Cacheeticis, Ictericis, & febribus plerisque, potissimum Quartanis. Datur a drachmis duabus ad quinque, vel sex. Loco aceti vinum generosum accipi potest, propter illos quos aceti sapor, odor, aut vsus offendit. Suius item erit, si Autumno paretur cum musso Hec omnia nos experiundo obseruauimus, plura autem Medici industrii ipso vsu. Vtor & frequentissime, & magno cum successu, possemque historias multas recitare, sed nec vacat, nec opus est. Hec Conradus Gesnerus.





MEDICAMENTORVM OFFICINIS PHARMACEVTICIS REIP. AV-
G V S T A N Æ V S I-
T A T O R V M.
CLASSIS TERTIA.
P H A R M A C O R V M E T
E L E C T V A R I O R V M L E-
N I E N T I V M C O N D I T I-
O N E M, A C P A R A N D I M O-
D V M E X P O N E N S.

FLOS, SEV PVLPA
CASSIÆ.

℞ Cañas, seu filiquas Cassiæ pô-
derosas, & quæ concussæ non
resonant, aperi, & contentam
in eis pulpam, seu medullam
cum laminis & seminibus suis
diligentèr excaua: exempta
proijce super inuersum & an-
gustum cribrum ex fetis equi-
nis contextum: cribrum de-
indè suprâ bullientis aque vâ-
porem ponito, & auerso co-
chlearis conuexo medullam
Cassiæ hinc indè ducito, vt per
cribrum paulatim excerna-
tur, ac id quod excretum est,
aut penetrauerit, confestim
subindè auferto, ne plus quâ

deceat de aqueo vapore im-
bibat: idq; tamdiu fac, donec
quantum voles collegeris.
Præstiterit tamen, vbi necessi-
tas postulat, recentes semper
Cassiæ flores educere, cum di-
utiùs repositi protinus ace-
scant.

Pvlpa excalfacit & humectat primo
ordine, Sanguinem depurat, eius a-
crimoniam temperat, ac suum coërcet.
Ventriculûm bilem & pituitam educen-
do mundificat, pectus & guttur lenit,
eius abscessus resoluens: renum calori cû
infuso Glycyrrhizæ confert, & calculi ge-
nerationem prohibet, ac in acutis febrî-
bus exhibetur: aluum enim blandè lenit,
ac flauam bilem infernè deturbat, atque
ex hac natas febres mitigat.

Cassia

Cassia Solutiua, quæ & Siliqua, & Fistula dicitur, fructus est cuiusdam arboris in Ægypto, Syria, ac India prouenientis. Eligenda non admodum crassa, pellucens, recens, grauis, farcta, & quæ concussa inclusis seminibus minimè perstrepet.

CASSIA EXTRACTA.

R Violariæ,
Maluæ,
Mercurialis,
Betæ,
Parietariæ,
Florum Violarum. ana. manipulum vnum.

Fiat omnium decoctio in aqua sufficiente, quo decocto Cassia extrahatur, & cannæ eius lauentur: deinde

R Pulpæ Cassiæ cum hac decoctione extractæ, & ad spissitudinem coctæ libram vnam. Sacchari libram vnam semis.

Coque ad perfectionem, vt est artis.

Huius vsus est potissimum in Ene-
matibus, non raro tamen in bolo
quoq; exhibetur, cum ipso flore Cassiæ mi-
nus sit flatulenta, ac magis emolliat, &
humectet.

PULPA PRUNORVM.

Prunorum magnorum acidorū
& vinosorum quantitatem, quā
voles, & exemptis nucleis in fi-
ctili vitreato magno percoque:
deinde per cribrum setaceum
exprimito, expressam pulpam
denuò lento igne ad perfectam
& iustam spissitudinem coqui-

to, addendo Sacchari tertiam
circiter partem, vel ad Pulpæ li-
bras decem, Sacchari libras tres:
ita enim melius conseruatur, ne
fiti corrumpatur.

Ventrem mollit, ac aluum faciliat.
calorem febrilem extinguit, sitisq;
fastidia per mulcet.

Inter Pruna nobis eligenda sunt Damascena,
seu Hungarica, vt quæ præ cæteris ad Medi-
camentorum compositiones requirantur, & ad
earundem constitutiones expetantur.

PULPA TAMARINDORVM.

Extrahitur eodem modo, quo
Pulpa Cassiæ.

Tamarindorum Pulpa refrigerat &
siccatur ordine secundo, aut tertio.
Bilem faciliè soluit, ac præcassatos humo-
res lenit, unde Arquatis, Lienosis, scabi-
em, Lepram, vitiligines & lichenas pa-
tientibus commode exhibetur, namq; cu-
taneas exulcerationes omnes à sanguinis
adustione natas tollit. Insaniam insuper
ac furorem permulcere creditur.

Præstant inter Tamarindos ij, qui in obscuro
rubescunt, molles, recentes & qui neruosis
quibusdam villis fracti inveniuntur. Sunt au-
tem Tamarindi Palmulæ Indiæ, quæ Græcis O-
xyphœnica dicuntur.

DIACASSIA CVM MANNA INCERTI AVTORIS.

R Prunorum Damascenorum
vncias duas.

Florum Violarum manipu-
lum vnum semis.

Aquæ puræ vncias decem &
octo.

L 2

Bulli

Bulliant vt artus est, ad medietatis consumptionem: cola, & in colature dissolue

Pulp. Cassiæ vncias sex.

Tamarindorum vnciam vnam.

Mannæ optimæ vncias duas.

Syrupi Violati vncias quatuor.

Sacchari Candi,

Penidij. ana. vnciam vnam.

Violati vncias quatuor.

Confice vt artis est.

Medicamentum hoc leniens, mite, ac suauē, confert ijs qui duriore sunt alio; hanc enim leniter & citrà molestiam subducit, ac flauam bilem eijcit, febresq; inde natas leuat.

ELECTVARIVM
DIACATHOLICON,
SEV ANTI DOTVS

CATHOLICA; NICOLAI Præpositi.

℞ Polypodij quercini libram semis.

Decoquantur in aquæ communis sufficiente quantitate, seu mensuris nostratibus quatuor, ad medietatis consumptionem: cum ejus decocti quantitate sufficienti extrahe

Pulp. Cassiæ,

Tamarindorum ana.

vncias quatuor.

Inspissentur Pulpæ, donec ad justam consistentiam fuerint reductæ: deindè cum residuo decocto dissolue.

Sacchari libras quatuor.

Penidiorum,

Sacchari Candi. ana. drachmas duas.

Coquantur simul ad Syrupi consistentiam: vbi paululum refrixerit, adde Pulpam Cassiæ & Tamarindorum, probè agitando. Postremò subsequentes pulueres paulatim insperge, & confice Electuarium, vt est artis.

℞ Senæ vncias quatuor.

Rhabarbari,

Violarum,

Polypodij,

Anisi. ana. vncias duas.

Glycyrrhizæ drachmas duas.

Sem. Cucurbitæ,

Melonis,

Citruli,

Cucumeris. ana. vnciam semis.

Pulueris entur simul omnia, & misceantur, vt artis est.

Electuarium suauē ac mite, quod acutis & peracutis morbis confert, emollit, & alterat. Robur addit Iecmoro-sis, Lienosis, & Arthriticis. Tertianis, Quartanis, & Quotidianis febribus aduersatur: doloribus item capitis auxilio est, & vniuersos deniq; corporis humores blandè ac innoxie educit, multiplici nobis vsu familiare.

Licet variè variè Medicamentum hoc præparent., quia tamen iste modus componendi Pharmacopœis nostris hucusque fuit vsitatus ac consuetus, qui etiam non nobis solum, sed & alijs omnium optimus esse videtur, idcirco eundem imposterum quoque obseruari volumus.

Non-

Nonnulla quoq; exemplaria addunt Polypodij decoquendi libra dimidia ad tollendam eius flatulentiam Seminis Feniculi vnciam vnam, verum flatulentia jam dicta à Semine Anisi, cuius vncia duae compositionem hanc ingrediuntur, facile corrigitur.

ELECTVARIVM LENITIVVM, FLOREN
ZOLÆ.

℞ Passularum enucleatarum vncias duas,
Capillorum Veneris, seu Adianti Nigri,
Violarum recentium,
Hordei mundi. ana. manipulum vnum.
Iujubarum,
Sebestē. ana numero viginti.
Glycyrrhizæ, vnciam semis.
Prunorum enucleatorum,
Tamarindorum. ana. drachmas sex.
Foliorum Senæ,
Polypodij. ana. vncias duas.
Mercurialis manipulum vnū semis.
Decoquantur, vt artis est, in sufficiente aqua, postmodū cola, & in colato dissolue
Pulpar Cassiæ,
Tamarindorum,
Prunorum,
Sacchari optimi,
Sacchari Violati. ana. vncias sex.
Pulueris Senæ vncias tres semis
Fiat Electuarium, vt est artis.

Bilem, pituitamq; nec non his humoribus admixtum succum Melanchol-

licum blandè, ac sine vel noxâ, vel molestiâ educit; febrim humoralium materiam subtrahit, intestina lenit & emollit: Pleuritidi quoq; nec non alius pectoris ac renum, morbis presertim à calore natis, confert.

Hieronymus Mercurialis in Comment. de comp. Med. pro decocto sex libras aquæ sufficere arbitratur, quarum cocturam ad duarum tertiarum consumptionem, ita vt libræ duæ decocti remaneant, producendam esse censet.

Id ipsum medicamentum paratur etiam sine folijs Senæ sub nomine Diasenæ recens Rhasis, cuius usus est in febribus ex humorum putredine ortis, & Pleuritide: emollit aluum ac vtramq; bilem citra vehementem ventris,urbationem cicit.

Iujubæ, Græcis Zizypha, Galeno. Serica dieuntur, fructus cuiusdam arboris peregrinæ in calid. & humid. sunt temperati, ad pectoris & pulmonis vitia perutiles. Renum insuper & vesicæ vitijs profunt, ac sanguinem incrassant. Matthiolus.

Sebesten, Myxa Græcis & Myxaria, fructus sunt ex arbore, Pruno propemodum simili, Prunis paruis haud dissimiles, caliculo quodam vt glâdes, imâ parte colligati, nucleo intus triquetro, gustu prædulci, lentâ tenaciq; pulpâ dejectoriâ facultate pollente. Vtiliter dantur ex bile febrilentibus, linguæ asperitatem leniunt, pectori atq; tussi opitulantur, ventris tinea s pellunt, vrinæ ardori à bile aut pituita falsâ contracto medentur. Eligenda sunt plena, pingua, & carnosa, quæq; stium non redoleat, nec teredinem senserunt. Hæc Matthiolus.

ELECTVARIVM LENITIVVM DE MANNA, NICOLAI ALEXANDRINI

℞ Prunorum Damascenorum numero viginti.
Violarum vnciam vnam.
Capillorum Veneris,
Ceterach,

L 3

Liche-

Lichenis, seu Hepaticæ. ana.
drachmas tres.

Seminum Cucurbitæ,

Cucumeris,

Melonum,

Citruli. ana. vnciam
vnam.

Coquantur in aqua sufficiente,
ad medietatis consumptionem,
exprimantur & colentur: in co-
lato dissolue

Mannæ optimæ & purissimæ

Conseruæ Violarum,

Pulpæ Cassiæ. ana. vnciam
vnam.

Sacchari albissimi libras qua-
tuor.

Coquantur ad Mellis consisten-
tiam: ad extremū subsequentes
pulueres paulatim inspergantur

Seminum excorticatum,

Melonum,

Cucumeris,

Cucurbitæ,

Citruli,

Florum Violarum,

Nymphææ,

Seminum Lactucæ,

Scariolæ,

Portulacæ,

Rhabarbari electi,

Foliorum Senæ. ana. vnciam
vnam.

Pulueriscentur simul omnia, &
cum prædictis misceantur. Fiat
Electuarium in bonâ formâ.

Ad purgandum sanguinem, flauam
& atram bilem reprimendam, se-

cur calefactum nonnihil refrigerandum,
& uniuersi corporis purgationem accō-
modatum existit. De Manna consule
Matthiolum & Donatum ab Alto Maxi
tractatu proprio de Manna edito, itemq;
nostra monitoria in Prolegomenis.

ELECTVARIVM
DIAPRVNISSIM-
PLEX.

℞ Pulpæ Prunorum ad debitam
consistentiam in fictili vitre-
ato decoctæ libras duas.

Sacchari purissimi libram vnâ.
Leuissimâ coctura redigantur in
formam Electuarij, vt artis est.

Easdem, quas Pulpæ Prunorum, vi-
res obtinet, cum qua serè conuenit.

DIAPRVNIS LENI-
TIVVM SEV DIADA-
MASCENONICO-

L. A. I.

℞ Prunorum Damascenorum
numero centum.

Coquantur perfectè in aquâ suf-
ficiente: deindè cribro raro trās-
mittantur, & reseruata pulpâ
decoctioni affunde

Violarum vnciam mediam.
Bulliant sufficienter, & colen-
tur: colaturæ addantur

Sacchari libræ duæ,

Pulpæ supradictæ libra vna,

Pulp. Cassiæ,

Tamarindorum. ana.

vncia vna.

Coquantur lento igne, & addā-
tur subsequentes pulueres tenu-
issimè triti, semper mouendo.

℞ Santa-

℞ Santalorum alborum,
Rubeorum,
Spodijde Ebore,
Rhabarbari,
Cinamomi. ana. drachmas
tres.
Rosarum,
Violarum,
Seminum Portulacæ,
Scariolæ,
Berberis,
Succi Glycyrrhizæ,
Tragacanthæ. ana. drachmas
duas.
Seminum Citruli,
Cucumeris,
Cucurbitæ,
Melonum. ana.
drachmam vnā.
Commisceantur, vt artis est.

Commendatur ad febres acutas, ar-
dentes, omnesque alias, Tertianas
continuas, Hæcticas marasmodos, Lipy-
ras, Causum & Synochum, & ad omnē
febrilem affectum in principio, augmen-
to, & statu agritudinis. Solutiuum verò
in eiusmodi morbis cauendum ob Scam-
monium præparatum seu Diagrydium à
quo in febribus continuis peritiores Me-
dici merito abstinent.

Pharmacopœi nostri paulò aliter, & maiore
fortè compendio, quam à Nicolao annota-
tum sit, hoc Medicamentum præparare solent.
Violarum enim vnciam vnā semis in aquæ pu-
ræ vncijs decem & octo ad tertias decoquunt;
cum eius decocti portione aliquā extrahunt
Cassiam & Tamarindos, decoquunt ad iustam
consistentiam: cum residuo decocto Sacchari
libram vnā & semis ad spissitudinem deco-
quunt, addendo Diaprunis Simplicis, seu Pulpæ

Prunorum sine Saccharo libram vnā: Pulpæ
Tamarindorum & Cassiæ. ana. vnciam vnā:
vbi ad iustam consistentiam fuerint redacta,
adijciunt reliquos pulueres. Melius tamen fuerit
si Prunorum recentium Pulpa nouitè extracta
per se inspissetur, & tum ad libram vnā Pulpæ
Sacchari libræ duæ, & reliqua adijciantur, &
componantur, vt artis est.

HIERAPICRAGA-
LENI, QVAM SIM-
PLICEM VOCANT.

℞ Cinamomi,
Xylobalsami, aut ejus loco
Ligni Aloës, vel Cubeba-
rum,
Asari,
Spicæ Indicæ,
Mastiches Chiæ,
Crociana. drachmas sex.
Aloës non lotæ triplum, id
est, drachmas centum, seu
vncias duodecim semis.
Mellis despumati libras qua-
tuor vncias tres.
Fiat Electuarium.

Medicamentum hoc famosum, cu-
ius Galenus Auctor extitit, de-
scribitur ab eodem 7. Methodi med. cap.
9. & lib. 2. de tuenda valetudine cap. 10.
quod quàm maximè prodest vitiosis suc-
cis, qui in ventriculi tunicis hærent. V-
tilitèr exhibetur ijs, qui suffusorum ima-
gines, & alia Symptomata ex stoma-
chi vitio patiuntur, & præterea ijs
qui aluo sunt adstricti, ac mulieribus
quæ non probè purgantur. Dosis ad
drachmas duas Specierum, in Elect ad
vnciam vnā.

Aduertant Pharmacopœi, ne species Mellis
despumato prius iniiciant, quàm id ipsum.
ab

ab igne fuerit remotum, ac ferè refrigeratum, alioquin enim Aloë rursus conglobatur, & picis instar indurata coit. Obseruandum quoq; regulam illam communem, quæ in Medicamentis Purgantibus species non nimis subtiliter terendas esse docet, in Hieris, præsertim, verò in hac, minimè tenendam, cum hïc (vt Galenus in octauo de Comp. Medic. secundùm loca in fine cap. tertij de Hiera Themisonis agens admonet) specierum exactè tritarum vis Aloën ad longinquas & magis remotas partes deducere debeat.

ELECTVARIVM HIERÆ CVM AGARICO.

Specierum Hieræ Simplicis sine Aloë,
 Agarici Trochiscati. ana. drachmas quatuor.
 Aloës non lotæ vnciam vnâ.
 Mellis despumati vncias sex.
 Misce, fiat Electuarium.

Bilem, & pituitam citrà molestiam deducit, vt ingredientia testantur.

TRYPHERA PERSICAME SVÆ, AVT IOANNIS DAMASCENI.

Suc. Endiuæ veræ libras tres
 Apij,
 Lupulorum. ana. libras duas.
 Solani vncias nouem.
 Berberorum vncias tres.
 Projiciantur desuper
 Violarum recentium aut exiccatarum,
 Rosarum. ana. drachmæ tres.
 Folliculorum Senæ vnciam duâ.
 Agarici vncia vna.

Prunorum Damascenorum numero quinquaginta.

Cuscutæ vncia semis.

Myrobalanorum Citrinorū,
 Chebulorum,
 Indorum.

Fricatorum Oleo Violarū
 aut Amygdalarum dulciū
 ana. vnciæ duâ.

Spicæ Indicæ drachmæ tres.

Bulliant lento igne, donec super sint libræ duæ: deinde addantur

Epithymi drachmæ quadraginta.

Bulliant leniter, deinde ab igne deponantur, & percolentur, ac in vnâ colati parte dissoluantur

Tamarindorum vnciæ tres.

Mannæ vncia vna semis,

Pulpæ Castiæ vnciæ quatuor,

Sacchari Violati libra vna.

Colentur, & mudentur à granis & fordibus, atq; in aliam colati partem addantur

Sacchari albissimi libræ tres,

Aceti vini libra vna.

Coquantur lento igne, deinde projiciatur id super illud, quod dissolutum est in succis, & aggregentur simul omnia, & coquantur ad Mellis consistentiam. Postremò in puluerem reductæ Species sequentes inspergantur.

Rhabarbari optimi vnciæ duâ.

Myrobalanorum Citrinorū
 vncia vna semis.

Chebulorum
 Indo-

Indorum:ana. vncia vna.
 Belliricorum,
 Emblicorum. ana. vncia
 Sem. Fumiterræ, (semis.
 Trochisc. Diarhodon,
 Macis,
 Mastiches,
 Cubeborum,
 Spodij de Ebore, (duæ.
 Santali Citrini. ana. drachmæ
 Nucleorum Sem. Cucurbitæ,
 Citruli. Cucumeris,
 Melonis. ana.
 drachmæ duæ
 semis.

Sem. Anisi vncia semis.
 Spicæ Indicæ drachmæ duæ.
 Fiat Electuarium secundum
 artem in formâ Opiatæ.

Valet aduersus acutas febres, &
 calidam ventriculi & jecoris in-
 temperiem. Morbis omnibus ex humorû
 vstione natis confert, sitim restinguit,
 lenterum calidum ex obstructione sanat.
 Suffusionem à vaporibus biliosis visui
 incommodantem discutit. Sanguinem
 purgat, & purum reddit, unde in febr-
 bus pestilentibus, & ipsa Peste magnope-
 re à Georgio Agricola, & aliis commen-
 datur. Datur ad vnciam vnâ.

TRyphera hæc Persis quondam vsitata, quam
 mollem ac delicatam dicere queas, à Do-
 ctissimo Viro Dño D. Adolpho Occone Rei-
 pub. Augustanæ quondam Medico, & Offici-
 narum Pharmaceuticarum Visitatore Ordina-
 rio, summo studio recognita & reuisa, ac è vete-
 ribus Mesuë, & Monachorum Romanorum
 codicibus eruta, sic nobis hæcenus in vsu fuit;
 qui idem Fuchsij & Nicolai Græci auctoritatem
 secutus, sic eam restituit, quam componendi
 rationem nostris Pharmacopœis expertam, ac
 vsu probatam omninò retinemus. Cur autem

succorum quantitas non modò aucta, sed etiam
 immutata fuerit, ratio in priori editione hujus
 Dispensatorij requiri poterit, vbi quoque Try-
 pheræ nomenclatura plus magis explicata le-
 gitur.

PASSVLÆ LAXATIVÆ.
 & Fol. Senæ Alexand. vncias
 quatuor.

Cinamomi electi (tuor.
 Zingiberis. ana. scrupul. qua-
 Aq. Endiuia & Vini albi. ana.
 vncias quatuordecim.

Infundantur per horas sex, aut
 octo, deindè ebulliant, ac lenitèr
 exprimantur: huic decocto post
 colaturam adde

Sacchari albi vncias quatuor.
 Coquantur simul ferè vsque ad
 consistentiam Syrupi, inijcien-
 do tum, vt adhuc simul leni-
 tèr bulliant,

Passularum minorum repur-
 gatarum vncias duodecim.
 Atq; sic lege artis post justam
 coctionem reponantur.

Eodè modo parantur & Zibebe,
 & Pruna laxatiua nostris vsitata.

ADstrictam aluum leniunt, faecesq;
 adiutius detentas expellunt. Dan-
 tur puerulis, delicatulis, & hominibus
 alias medicinas purgantes respuentibus,
 quamuis à longinquis partibus ob facili-
 tatem vix quidquam educere possint:
 quotidianus tamen vsus eas indies à
 nobis postulat, vt potè ad ventris obstru-
 ctiones reserandas cunctis expetitas.

Efficaciores, sed minus quidem gratè eua-
 dunt hæ Passulæ, aut Zibebe, si loco aquæ
 Endiuia & vini, mucharum seu infusionem Ro-
 sarum solutiua sumpseris, veruntamen tunc
 non nihil amarescunt.

M

MEDI-



MEDICAMENTORUM OFFICINIS PHARMACEVTICIS REIP. AVGVSTANÆ VSI-
TATORVM.
CLASSIS QVARTA.
ELECTVARIORVM
SOLVTIVORVM MOL-
LIVM STRVCTV-
RAM COMPREEN-
DENS.

BENEDICTA LA-
XATIVA NICO-
LAI.

℞ Turbith electi,
Sacchari. ana. drachmas decē.
Diagrydij,
Esulæ præparatæ,
Hermodactylorum,
Rosarum. ana. drach. quinq;
Caryophyllorum,
Spicæ Indicæ,
Zingiberis,
Crocij,
Saxifragiæ veræ,
Piperis longi, (fari,
Amomi veri, vel eius loco A-
Cardamomi minoris,
Sem. Apij,
Petrofelini,

Granorum Solis,
Fœniculi,
Asparagi,
Carui,
Rusci,
Salis Gemmæ,
Galangæ,
Macis. ana. drachmam vnam
Mellis despumati optimi quā-
tum satis est, seu libram vnā
semis.
Fiat Electuarium, vt est artis.

Humores pituitosos ad articulos
potissimum decumbentes elicit.
Colicis prodest, ad quorum Ene-
mata plurimum expetitur. A renibus
quoque & vesicâ purgat, sed in calida
causa ab eius usu desistendum.

Esu-

E Sulam aliqui omittunt, quam tamen auctor decem drachmarum pondere in hanc confectionem recipit, prout Fuchsius ex Nicolao tam Latino quam Græco notat. Nobis Medietas sufficere posse videtur, vnde drachmas solummodo quinq; apposuimus. Debet autem ea nequaquam, nisi debite prius preparata, Medicamento huic indi; cuius correctionem, preparationemq; suo loco require.

Pro Amomo, cum eo careamus, Asarum substituiimus, ut quod præter ceteras quas habet facultates, purgatoriâ suâ vi paulo valentius Medicamentum sit redditurû. Alij Cyperum, aut Calamum Aromaticum eius loco accipiunt, quod nec nos improbamus.

**DIABALZEMER, SEV
ELECTVARIVM SE-
NATVM, RENODEI.**

R̄ Rad Cichorij,
Buglossæ,
Polypodij quercini,
Cort. rad Capparorum,
Graminis,
Glycyrrhizæ. ana., vnciam semis.
Passularum Corinthiacarum drachmas sex.
Adianti,
Hæmionitidis,
Ceterach,
Cuscutæ,
Artemisiæ,
Fumariæ,
Agrimonizæ,
Betonizæ,
Melissæ,
Florum Genistæ,
Violarum ana. manipulum semis.

Coquantur in libris sex ad medias: in colaturæ libris tribus infunde, & coque.

Foliorû Senę vncias quatuor.
Hellebori nigri præparati,
Turbith optimi. ana vnciam vnam semis.

Caryophyllorû drachmas duas.

Sem. Dauçi,

Coriandri. ana. drachmã vnam semis.

Bulliant ad cõsumptionem tertiæ partis, colaturæ addendo.

Sacchari libram vnam semis.

Coquantur supra consistentiam Syrupi, cui permisce expressionem,

Vnciæ semis Rhabbarbari optimi in aquâ chalybeatâ infusi.

Senę puluerifatę vncias duas.

Lapidis Lazuli præparati,

Cinamomi. ana vnciam semis.

Sassafras vnciam vnam.

Rad. Pæoniæ,

Tamarisci cort.

Epithymi,

Cort. median. Fraxini,

Sem. Agni Casti,

Nigellę Romanæ,

Spicę Indiçę. ana. drachmas duas.

Anthos,

Stœchados. ana. drachmã vnã.

Fiat Electuarium.

M Irum in modum conuenit Lienosis, Melancholicis, Hypochondriacis, Maniacis, Epilepticis, sine febre delirantibus, passionibus hysteriis, scædis viduarum coloribus, Elephanticis, scabiosis, & Indica lue, vel Venereo morbo inueterato laborantibus.

60 PHARMACOPOEIA
DIACARTAM VARNOLDI DE VILLANOVA.

℞ Specierum Diatragacanthi frigidi vnciam semis.
Pulpæ Cydoniorum vnciam vnam.
Medullæ Cartami vnciam semis.
Zingiberis drachmas duas.
Diagrydij drachmas tres.
Turbith albi drachmas sex.
Mannæ drachmas duas.
Mellis Rosati colati,
Sacchari Candi. ana. vnciam vnam.
Hermodactylorum vnciam semis.
Sacchari albi in aquâ Boraginis dissoluti vncias decem semis.
Fiat Electuarium liquidum.

F Lauæ bili, ac pituitæ educendæ mirificè prodest, & ad omnes affectus è mixtâ cum bile pituitâ prouenientes efficacax est. Mixtis itidem Podagris, Hemitritæo, Paralyfi, ac Cephalalgie succurrit.

CYdoniorum Pulpa Saccharo condiri debet, in cuius vsum Cydoniatum nostrum, rectè succedit, & cum Manna ac Melle Rosato solutum colatur per stamen: quæ omnia Saccharo postea paulò vltra quàm Electuario conuenit, cocto simul trita & colata cum pulueribus adduntur. Diagrydium tamen per se terendum.

ELECTVARIVM DE CITRO SOLVTIVM.

℞ Cortic. Citri Pomi condit.
Conferu. Boraginis.
Buglossæ,

AUGVSTANA.

Violarum. ana. drachmas quinque.
Specier. Diatragacanthi frigidi,
Diagrydij. ana. vnciam semis.
Turbith optimi drachmas sex.
Sacchari albi in aquis Cordialibus dissoluti libram vnâ.
Fiat Electuarium.

Electuarium hoc à Guidone de Cauliaco Tractatu septimo de Purgatione desumptum, bilem ac pituitam euacuat, idem ferè præstans quod Diacartamū Arnoldi, nisi quod gratius sit. Addit verò Guido foliorum Senæ drachmas quinq; ac inde tabellas conficit pondere vncie dimidiæ, quæ Medicamenti febribus Tertianis, ac Hemitritæis, corporis item malo habitui, visceribusq; excrementosis profuturi, pro virium tamen ratione, Dosis esse solet.

ELECTVARIVM EPISCOPI, QVOD ELECTVARIVM SCOPHAPPELLATVR MESVÆ.

℞ Diagrydij,
Turbith. ana. drachmas sex.
Caryophyllorum,
Cinamomi,
Zingiberis,
Myrobalanorum Emblicorum,
Nucis Moschatae,
Polypodij. ana. drachmas duas & semis.
Sacchari vncias sex.
Mellis despumati triplum, id est,

est, vncias decem & drachmā
vnam.

Flavam bilem, ac pituitam elicit,
flatus & excrementa è toto corpore
educit, ob id doloribus articularum &
hypochondriorum prodest. Colicis item
cruciatibus mirifice auxiliatur, ac hu-
mores ad renes, & vesicam decumben-
tes expurgat. Pulvis tamen est potius in
vsu aut confectio solida, quorum vtrum-
que si efficacius habere, ac vt in minore
Dosi eodem effectu exhiberi queat, effi-
cere volueris, pro Sacchari vncias sex
cum Cordo & Coudenbergio Sacchari
drachmas tantummodo sex legito.

CONFECTIO HA-
MECH, MAIOR
MESVÆ.

℞ Myrobalanorum Citrino-
rum vncias quatuor
Chebulorum,
Indorum,
Rhabarbari Electi. ana. vncias
duas.
Agarici,
Colocynthidis,
Polypodij. ana. drachmas de-
cem & octo.
Absinthij,
Thymi,
Senæ. ana. vnciam vnam.
Violarum drachmas quindecim.
Epithymi vncias duas.
Seminum Anisi,
Foeniculi,
Rosarum rubearum. ana.
drachmas sex.

28 Succi Fumiterræ libram vnā.
Prunorū numero sexaginta.
211 Passularum enucleatarum
vncias sex.

Macerentur omnia in fero lactis
caprini sufficiente, in vase vitre-
ato, angusti orificij, bene obtu-
rato, in loco tepido per dies
quinq;. Postea ferueant vnā aut
alterā ebullitione, manibus fri-
centur & colentur: colati parte
aliquā seruata pro Mannā dilu-
endā & Pulpis extrahendis resi-
duo adde

Sacchari albi librā vnā semis.
Dissoluatur in infusione ferue-
facta & colata, & ad justā confi-
sistentiam decoquatur: deindè
adde Mannæ electæ cum superi-
ore decocto dilutæ vncias duas.

Pulp. Cassiæ vncias quatuor.

Tamarindorū vncias quinq;
Redigantur simul ad justam cō-
sistentiam: deindè paulatim sub-
sequentes pulueres insperge, ru-
diculā semper agitando,

Scammonij præparati seor-
sim in puluerem redacti
vnciam vnam & semis,

Myrobalanorū Citrinorum,
Chebulorum,
Indorum. ana.
vnciam semis.
Belliricorum,
Emblicorum,

Rhabarbari,
Sem. Fumiterræ. ana. drachm.

Anisi, (tres.

M 3 Spicæ

Spicæ Indicæ ana. drachmas
duas.

Fiat Electuarium, vt est artis.

Vtramq; bilem & pituitam salsam
purgat, ob id morbis iudè natis, Im-
petigini, Scabiei, Elephantia, Cancro ex-
edenti, & similibus morbis mirificè con-
fert; vnde omni sceditati à biliosis &
adustis humoribus procreat & quàm ma-
ximè conducit. In Quartanis feliciter
datur cum Hellebori decocto, vel infuso,
quorum vtriusq; descriptionem subiun-
ximus.

INFVSVM HELLEBORI.

℞ Corticum rad. Hellebori nigri præparat:
drachmas duas.

Sem. Anisi,
Fœniculi. ana. drachmam vnam.
Cinamomi,
Caryophyllorum. ana. grana tria.

Fiat infusio s. a. cuius Dosis vnciæ tres.

DECOCTVM HELLE- BORI.

℞ Corticum Hellebori nigri scrupulos qua-
tuor.

Sem. Anisi.
Citri,
Caryophyllorum. ana. drachmā semis
Fiat decoctio, vt est artis.

℞ Huius decocti vncias quatuor.

Hamech vnciam semis,
Syrupi de Fumo terræ Compositi vnciam
vnam.

Misce:

Datur in febris Quartanis, & humoribus
adustis, vt in Gallico & alijs.

Artificiosa est Medicamenti huius compo-
sitiō, idè in eius præparatione magnâ o-
pus est diligentia, præsertim cum multiplex ejus
vsus existat, vnde à doctissimo Iohanne Baptista
Montano Aurea confectio vocari meruit.

Pro infusione Simplicium Pharmacopœi ple-
rumq; assumunt seri caprini libras duodecim,
vel etiam paulo plus: videntur tamen duode-

cim libra, vel ad summum tredecim sufficere
posse.

Notandum quoq; nos in hac editione Ab-
sinthij, Thymi, & Senæ. vnciam legendam
censuisse, ita enim habet Mesuæ, licet subiun-
gat (in alio drachmas sex.) Ratio quoq; sic le-
gendum esse monstrat: mox enim in Composi-
tione sequitur Sem. Anisi, Fœniculi, Rosarum
rubearum. ana. drachmas sex, vnde sine dubio
auctor priora tria Simplicia, Absinthium nem-
pè, Thymum, & Senam, æquale cum his pon-
du s habitura posterioribus his conjunxisset, &
sic vnâ serie omnium Dosis æqualem definijs-
set, ne eadem ponderis quantitas vnâ in Com-
positione bis posita occurreret.

HIERA COMPOSI- TA, NICOLAI.

℞ Cinamomi,
Spicæ Indicæ,
Crocī,
Schœnanthus,
Asari,
Xylocassia, aut Cinamomi
exquisitissimi,
Xylobalsami, aut Ligni Aloës
Carpobalsami, aut Cubebarū,
Violarum,
Absinthij,
Epithymi,
Agarici,
Rosarum,
Turbith,
Colocynthidos,
Mastiches. ana drachmam
vnam, scrupulum vnum.
Aloës non lotæ quantum re-
liquorum omnium, id est,
vncias duas, drachmas
quinq; scrupulum vnum.
Mellis despumati libram vnâ
semis.
Misce, fiat Electuarium.

Hiera

Hiera hæc, quæ & magna, & Hiera
 Hex sedecim rebus dicitur (Melenim
 & Aloë in Compositionibus hisce non nu-
 merantur) ad Enematum usus valde
 est sollempnis: probè enim pituitam len-
 tam, crassam & frigidam intestinis ad-
 hærentem eluit, jecoris obstructions li-
 berat, lienis duritiem emollit, densitatem
 expedit, renibus & vesicæ humoris de-
 turbatione proficit, uteri intemperiem
 emendat; capitis etiam affectus, oculorū
 & aurium grauedines à magno pituita
 lentore ortas iuuat, ventriculo demū
 benefacit.

**HIERA LOGADII,
 NICOLAI MYREPSI.**

℞ Pulpæ Colocynthidos,
 Polypodij. ana. drachm. duas.
 Euphorbij,
 Polij Montani minoris,
 Sem. Thymelæ, vel Cocco-
 gnidij. ana. drachmam vnā
 semis, grana sex.
 Absinthij,
 Myrrhæ ana. drachmā vnam,
 grana duodecim.
 Centaurij minoris,
 Agarici,
 Ammoniacy,
 Folij, vel eius loco Macis.
 Spicæ Indicæ,
 Scillæ præparatæ,
 Diagrydij. ana. drachmam
 vnam.
 Aloës,
 Comarum Thymi,
 Chamædryos,

Cassiæ lignæ,
 Bdellij,
 Marrubij. ana. scrupulū vnū,
 grana quatuordecim.
 Cinamomi,
 Opopanacis,
 Castorij,
 Aristolochiæ longæ,
 Trium Piperum,
 Croci,
 Sagapeni,
 Petroselini Macedonici. ana.
 drachmam semis.
 Hellebori nigri,
 Albi. ana. grana sex
 Mellis despumati triplum,
 seu vncias decem.
 Misce, fiat Electuarium.

Mala Melancholica diuturna par-
 tim ppulsat, partim transmutat
 appetitum instaurat, hilaritatem ac ro-
 bur corpori inducens. Epilepticis, Verti-
 ginosis, subito concidentibus, spumanti-
 bus, linguam mordentibus, & conuulsis
 auxilio est. Biliosis ac Elephantiacis inter
 initia cōuenit. Feris item Impetiginibus,
 Lethargicis, Iecinorosis, & ijs qui vene-
 na lethalia hauserunt, vtilis est, ac Men-
 ses potentèr mouet. Ischiadicis & lum-
 borum dolore vexatis admodum com-
 petere creditur, diuturnis morbis à viti-
 osis humoribus obortis plurimum conse-
 rens. Expetitur potissimū in Ene-
 mata, ubi viscosos, crassos, lentos & te-
 naces humores euocare necesse est, raro
 enim superne exhibetur, licet aliqui ni-
 mis forsā audacter eius Dosis à drach-
 mis duabus vsq; ad quatuor ad sum-
 mum

mm

num sese extendere posse putent; quæ de re perito cuiq; Medico valorem validorum purgantium Hieræ huius Compositionem ingredientium consideranti, suum sit iudicium.

PRO Pulpa Colocynthidis non in hac solummodo Compositione, sed in omnibus aliis Trochiscos Alhandali substituiimus.

Thymelex, seu Coccognidij femina vbi defuerint, quæ tamen apud nos facile haberi possunt, his commodè substitui queunt Semina Laureolæ Germanicæ, quæ Planta nostris Zeilandt dicitur, easdem quas Thymelea, Chamælea ac Lathyris vires habens.

**HIERA PACHII EX
NICOLA O ALEXAN-
DRINO, QUÆ ET DIA-
COLOCYNTHIDOS.**

R Stœchadis,
Marrubij,
Chamædrios,
Agarici,
Colocynthidos. ana. drachmas decem.
Opopanacis,
Sagapeni,
Petroselini,
Radici Aristolochiæ rotundæ,
Piperis albi. ana. drachmas quinq;.
Cinamomi,
Spicæ Nardi,
Myrrhæ,
Polij, (or.
Croci. ana. drachmas quatuor.
Mellis despumati triplum, id est, libras duas, vncias nouē, & drachmas quinq;.

Scribonius Largus de Composit. Med. Scap. 97. Hieram hanc ad Pachium

autorem refert, & mirificis laudibus in cælum effert. Cum igitur tantæ efficacit sit, & alij etiam quæ ea vsi sunt eius vires fuerint experti, in nostris quoq; Officinis hanc constructam & paratam esse volumus. Sanat enim morbo Comitiali correptos, furiosos, vertigine laborantes, ac diuturno capitis dolore infestatos: facit item ad lateris dolores, Asthmaticos iuuat, vocem amissam restituit, subitas præfociones, Incubum, convulsionem Cynicam seu Caninam dietam auferit. Datur ijs qui ex alto lapsi, aut nervorum tensiones resolutionesq; passi sunt. Prodest itidem Articulari morbo, Spine ac lumborum doloribus, item Podagræ mirificè auxiliatur. Durities in mulierum mammis cum dolore consistentes leuat, & interdum ex integro sanat. Stomachicis mirum in modum confert, remedio est ijs quibus cibus in ventriculo accescit, quiq; nausea assidue infestantur, ac saliuæ abundant. Melancholicis autem præcipuè benefacit. Carcinomata & Cacoëthe curat.

**ELECTVARIVM
INDVM MAIVS.
MESVÆ.**

R Cinamomi,
Caryophyllorum,
Spicæ Indicæ,
Rosarum,
Castiæ lignæ veræ,
Macis,
Cypero rotundi. ana. vnciam semis.
Santalorum Citrinorum
drachmas duas semis.

Tur-

Turbith optimi vncias sex,
drachmas duas.

Ligni Aloës,
Nucis Moschatæ. ana. drach-
mas duas.

Sacchari,
Penidiorum. ana. drachmas
viginti,

Galangæ,
Cardamomi majoris,
Minoris,

Afari,
Mastiches. ana. drachmam
vnam semis.

Diagridij vnciam vnā semis.
Omnia terantur, & cum Oleo
Amygdalarum dulcium fricen-
tur, & cum subsequenti Syrupo
conficiantur.

℞. Succorū depuratorum Apij,
Fœniculi,
Cydoniorum,
Granatorum. ana. li-
bram semis.

Mellis despumati optimi li-
bras quatuor semis.

Decoquantur Succi cum melle
ad spissitudinem iustam, vt est
artis: deinde misceantur species.

Pituidorum humorum maximè verò
pituitosorum excrementa à ventri-
culo, & aliis partibus nutritioni seruien-
tibus educit, ac crassos in ijs flatus discu-
tit, vnde etiam vitia hinc nata, in-
flationem nempe ventriculi, coli,
renum, & aliorum viscerum persan-
nat.

DIAPHOENICON

MESVÆ.

℞. Dactylorum Citrinorum e-
nucleatorum, ac tribus die-
bus in aceto maceratorum,
ante infusionem pondera-
torum, drachmas quinqu-
aginta, id est, vncias sex &
drachmas duas.

Penidiorum drachmas vigin-
ti quinque, id est, vncias tres
& drachmam.

Amygdalarum dulciū drach-
mas quindecim.

Turbith electi drachmas septē-
decim semis.

Diagrydij drachmas sex.

Zingiberis,

Piperis longi,

Foliorum Rutæ siccatorum.

Cinamomi,

Macis,

Ligni Aloës,

Anisi,

Fœniculi,

Dauci,

Galangæ. ana. scrupulos qua-
tuor.

Mellis despumati triplum, seu
libras tres, vncias vndecim
& drachmas quinq;.

Fiat Electuarium.

Electuarium hoc, quod (vt Mesue
refert,) descripsit filius Zezar, febr-
bus compositis & diuturnis auxiliatur:
bilem namq; flauā & pituitam sine mo-
lestiā educit. Ventriculi item doloribus,
& id genus vitus ex crudis humoribus

N

ortis

*ortis confert; ventris inflationes tollit,
nec non obstructiones expedit.*

DIAPHŒNICON
FERNELII.

℞ Pulpæ Palmularum mundatarum ex Hydro-
melite coctæ & cribro cretæ,
Penidiorum recentium. ana. libram semis.
Amygdalarum expurgatarum vncias tres
semis,
Contusis & permixtis omnibus adde
Mellis expumati libras duas.
Paulum coquantur, ac deinde insperge
Zingiberis,
Piperis,
Macis,
Cinamomi,
Foliorum Rutæ siccorum,
Sem. Fœniculi,
Dauci. ana. drachmas duas
Turbith tenuissimè triti vncias quatuor.
Diagrydij vnciam vnam semis.
Fiat Electuarium.

*Compositionem Electuarij Diaphœnici ob Da-
ctylos in aceto infusos alioquin parum gratam
doctissimus, & ob præstita in Rempub. Medi-
cam beneficia non sine magna laudis præfatio-
ne nominandus. Vir D. D. Fernelius in hanc
formã transtulit: ac non modo ob palmulas in
Hydromelite coctas jucundiores, sed etiam ob
auctam imò ferè duplicatam Turbith ac Dia-
grydij quantitatem priore efficaciores reddi-
dit, unde & minori Dosi exhibita, priore po-
tentius aluum soluit. Quæ quoniam Medicis
nostris vsitata existit, eandem huic Pharmaco-
pœie inferendam esse censuimus.*

DIAPRUNIS SOLV-
TIVVM NICOLAI.

℞ Diaprunis Lenitiui adhuc re-
centis & calidi libras qua-
tuor.

Scammoneæ præparatæ, seu
Diagrydij vncias duas.

Misce.

*Confert morbis à bile genitis, in fe-
bribus tamen, maximè verò con-
tinuis, ab eius vsu cauendum.*

ELECTVARIVM DE
PSYLLIOMONTA-
GNANÆ IN CONSI-

lijs fol. 226. in Antid:

cap. 19.

℞ Polypodij recentis libram,
Senæ,
Violarum,
Prunorum.
Tamarindorum,
Passularum. ana. vncias tres.
Aquæ fontis libras decem.
Macerentur horis viginti qua-
tuor, postea decoquantur ad me-
dietatē, colentur & exprimantur:
colaturæ libra vna semis refer-
uetur pro dissolutione Cassiæ &
Tamarindorum. Residuo adde
Sem. Psyllij vncias tres.
Macerentur rursus totidem ho-
ris, semper agitando: post expri-
me mucilaginem, cui adde
Sacchari libras quatuor.
Decoquantur iterum lento i-
gne, & adde
Pulpæ Cassiæ,
Tamarindorum dissoluto-
rum cum prædictâ de-
coctione ana. libra semis.
Diagrydij vncias quatuor.
Spodij de Ebore,
Rhabarbari,
Santali albi,
Rubei,
Rosarum rubearum,
Violarum,
Sem. Papaueris albi,
Portulacæ,
Endiuia,
Scariolæ,

Lactu-

Lactucæ,
 Fœniculi,
 Anisi,
 Berberorum,
 Fumiterre,
 Tragacanthæ,
 Amyli,
 Gummi Arabici,
 Rafuræ Eboris,
 Glycyrrhizæ ana drachmas tres.
 Myrobalanorum Indorum,
 Emblicorum ana drachmas quinque; semis.
 Misce, fiat Electuarium.

F Lauam bilem educit, eius feruorem temperat, & febribus ardentibus auxiliatur: dolori capitis & vertigini à biliosorum humorum euaporationibus procreata, morbo Regio, ac jecori supra modum calefacto succurrit.

D iagrydium per se tritum, ac Spodium & Rafura Eboris tenuissime puluerifata reliquis simul conterendis misceantur, & cribro transmissa decocto ad justam consistentiam redacto paulatim inspergantur, fiatq; Electuarium, vt est artis.

**ELECTVARIVM
 ROSATVM, MES-
 VÆ.**

R Succi Rosarum rubearum perfectarum libras quatuor.
 Sacchari optimi libram vnam semis.
 Coquantur lento igne ad Mellis consistentiam: deinde adde
 Mannæ electæ succo Rosarum dilutæ vncias sex.
 Ferueant simul paululum: deinde

dè bene tritis, & per cribrum transmissis adde

Diagrydij vnciam vnam semis.
 Trochiscorum de Spodio, vnciam vnam.

Trochiscorum de Berberis vnciam semis.

Galliæ Moschatæ veræ,
 Croci ana drachmas duas.

Fiat Electuarium, vt est artis, quod in vase vitreo repositum asseruetur.

C Holagogum hoc salubre est biliosis affectibus, Arthritidi calida, Cephalalgia, Vertigini, oculorum dolori, Ictero. Sanguinis quoq; feruorem biliosum expurgat.

P aratur etiam Medicamentum hoc sine Gallia partim pro ijs qui Galliæ odorem non ferunt.

**ELECTVARIVM
 SVCCO ROSARVM,
 NICOLAÏ.**

R Succi Rosarum rubearum,
 Sacchari albi ana vncias fere decem,

Scammonij præparati vnciam vnam semis.

Santali Rubri,
 Albi,

Citrini ana drachmas sex.

Spodij de Ebore drachmas tres.

Camphoræ scrupulum vnum
 Succus Rosarum cum Saccharo ad justam consistentiam coquantur, deinde tritæ Species adijciantur.

Comendatur ad omnes affectus, in quibus bilis flava redundat, aut biliosichores peccant. Convalescentes ex aegritudine, Quotidianarios & Tertianarios sine molestia purgat, malignorumque humorum reliquias potentèr educit. Tertiana simplici, duplici, febribus biliosis, malisq; omnibus à calore natis prodest. Præbetur in calidis capitis affectibus, ad purgandam materiam calidam & biliosam.

Modus confectionis hic est: ut Succus Rosarum cum Saccharo in Syrupi consistentiâ percoquatur, cui postmodum inspergatur Santala in pulverem redacta, itemq; Spodium tritum. Postremò addantur Diagyrium & Camphora, quorum utrumque per se ac seorsim pulverisatum prædictis admisceatur, & fiat ex lege artis Electuarium.

**ELECTUARIUM
DIASEBESTEN, BARTHOLOMÆI MONTA-**

R Sebesten sine nucleis,

Prunorum siccorum enucleatorum,

Pulpæ Tamarindorum. ana.
vncias quinque.

Aquæ Violarum libram vnâ.
Ireos,

Succi Angurię. ana. vncias sex.

Succi Mercurialis depurati
vncias quatuor.

Penidiorum vncias octo.

Sem. excorticatorum

Cucumeris,

Cucurbitæ,

Melonum,

Citruli. ana. vncias

duas.

Diagyrij drachmas tres.

Coquantur Tamarindi, Sebestē, & Pruna in aquis stillatitiis, & dissoluta commisceantur cum succis, addendo Diapruni Simplicis, seu Pulpæ Prunorum librâ vnâ semis. Postea addantur Penidia, & his dissolutis Diagyrium & reliqua commisceantur, ac fiat Electuarium.

Consert febribus biliosis interpolatis ac continuis exquisitis, quarum vehementiam sedat: sitim extinguit, vigilias arcet, & acres humores per vrinam educit. Datur à Drachmis quatuor ad decem, vel plures in robustis.

Anguria, quæ Hetruscorum est Cucumis in ventrem crescens (quæ alioquin Albateca, Batega, & Melon Indus dicitur) nobis deest: pro eius igitur succo aquam Melonum stillatitiam substituiamus.

Aliqui, nec sine ratione, ex Seminibus frigidis Electuarium hoc ingredientibus emulsionem parant, quam cum Penidiis decoctam Compositioni postmodum indunt, ac cum cæteris ad justam Electuarij consistentiâ reducunt.

DIASENA NICO-
L A I.

R Senæ vncias tres.

Auellanarum tostarum numero quinquaginta.

Serici tosti drachmas duas.

Lapidis Armeni loti drachmam vnâ,

Lazuliloti drachm tres.

Sacchari vncias sex.

Cinamomi vnciam vnâ.

Caryophyllorum,

Galangæ,

Piperis,

Spicæ Indicæ,

Semi-

Seminis Ocymi,
 Foliorum, Caryophyllorum,
 aut Macis, vel Cassiæ lignæ
 veræ,
 Cardamomi,
 Croci,
 Zingiberis,
 Zedoariæ,
 Florum Rorismarini,
 Piperis longi. ana. drachmas
 duas.
 Mellis despumati libras duas.
 Misce, fiat Electuarium.

Melancholicis, Maniacis, tristitia
 Macærore affectis, Lienosis, sca-
 bie, Elephantiasi, & Quartanâ labo-
 rantibus, atq; in super omnibus noxiis ex
 atrabile natis medetur.

Pro Lapide Armeno, de quo magna est inter
 autores controuersia, Lapis Cyaneus vel
 Cæruleus, vulgaritèr Lapis Lazuli dictus, restè
 hic nostrâ opinione substituitur, vt qui magnâ
 cum Armenio cum ratione originis, tum viriû
 affinitate cognationè habeat. Eligendus est autè
 Lapis Lazuli aureis maculis distinctus, seu in-
 cuius fracturis radiantes quædam ac splenden-
 tes aureæ stellæ scintillant, vnde à Mesuræo lapis
 stellatus vocari meruit: cuius, prout & Se-
 rici preparatio, infra & suo
 loco tradetur.



MEDICAMENTO-
 RVM OFFICINIS PHAR-
 MACEVTICIS REIP. AV-
 GVSTANÆ VSI-
 TATORVM.

CLASSIS QVINTA.
 CONFECTIONES SO-
 LVATIVAS, QVÆ IN FOR-
 MA SOLIDA PARARI
 CONSVEVERVNT, ENO-
 DATE PROPONENS.

ANISVM LAXATIVVM.

℞ Sem. Anisi mūdati vncias sex.
 Diagrydij drachmas triginta,
 seu vncias tres & drachmas
 sex.

Mastiches electæ vnciâ semis.
 Spec. de Gemmis frigid.
 drachmas duas.

Diamargarit. frigid.
 Cinamomi acuti.

N 3

Caryo.

Caryophyllorum,
Nucis Moschatae, ana drach-
mam vnam.

Sacchari albillimi libras quin-
que & vncias quatuor.

Fiat secundum artem Con-
fectio.

Aniso hoc laxatiuo plurimi adstri-
cta aluo laborantes ad eam facili-
tandam ante cibum vtuntur: nonnulli
autem qui Medicamenta purgantia ali-
oquin respuunt, huius Confectionis iucū-
ditate illecti, ea assumpta repurgantur.
Veruntamen in Medicamento hoc cum
solum Diagrydium vires suas exerat, ijs
tantum quibus hoc ipsum conuenit, est
exhibendum.

DIACARTAM V
SOLIDVM.

Species ingredientes Electu-
ar. Diacartamu Arnoldi cum
Saccharo conficiantur, vt
est artis, seu ad normam Ele-
schoph.

Isdem viribus quibus Liquidum pol-
let, & gratius quam illud assumitur.

CONFECTIO AD-
VERSUS LUMB-
BRICOS.

R Sem. Cinæ drachmam vnam.

Rad. Filicis,

Graminis,

Diptami albi, ana. scrupu-
los duos.

Cornu cerui vsti,

Rhabarbari, ana. scrupulos
quatuor.

Sacchari diluti Aquâ Grami-
nis vncias sex.

Vermes & animalia ex humorum
corruptione in intestinis nata ene-
cat, & eijcit. Datur puerulis quos lum-
bricorum frequens morsus infestat, aut
eorundem rosis vellicat.

DIACYDONITES
LAXATIVVM.

R Foliorum Senæ el vncias du-
as semis.

Sem. Anisi drachmas tres.

Infundantur in libris duabus vi-
ni Maluat. ci per horas duode-
cim, postea coquantur leui igne
ad medias, colenturque. In cola-
tura hac infunde per noctem
loco calido

Rhabarbari electi drachmas
sex: manè colentur, & cola-
tura seruetur.

Deindè

R Zingiberis albi vnciam vnam
Cinamomi acuti drachmas
sex.

Infundantur seorsim per noctē
in succi Limonum & Citri, ana.
vncias quatuor, manè colentur
& exprimantur. Postea

R Pulpæ Cydoniorum lege ar-
tis paratæ libras duas se-
mis

Sacchari clarificati libram v-
nam semis.

Coquantur cū superiore expres-
sione continuè agitando ad ju-
stam consistentiam, in fine ad-
dendo

dendo infusionem Zingiberis, supra cum succis paratam & insuper

Diagrydij vnciam semis.

Fiat Diacydonium in scatulis.

Bilem & pituitam satis potenter educit, pro delicatis & ijs qui pharmaca cetera auersantur ac respuunt, concinnatum, attamen febribus continuis inidoneum.

Qui lucidum ac transparens hoc medicamentum parare voluerit, Rhabarbarum omittat. Aliqui Mechoacam eius loco addunt, vnde minus tingitur: Diagrydium vero cum Spiritu vini solutum, vt lucidius euadat pharmacum, saepius transcolant, & per chartam emporeticam traijeiunt. Nonnulli Antimonij infusum quandoq; addidere. Verum ventrem turbandi multae sunt artes, attamen electiue purgantibus non temere abutendum, praesertim vero in delicatulis ac infantibus, cauendumq; ne vulgus, nomine Diacydonij deceptum, Diagrydiatum hoc, pro misceuo ac inconsiderato vsu quibusuis id temere exhibendo in sui noxam porrigat.

In Diacydonio hoc laxativo, ad hominum potius saporem delectandum, quam medicamenti intentionem promouendam, plurimi hucusque & Medici & Pharmacopaei laborarunt, quorum cuilibet pro suo inuenio sua quoq; re- penditur gratia.

**HOLIPPEPURGAN-
TES.**

R Turbith electi drachmas quinque.

Diagrydij drachmas duas.

Zingiberis,

Cinamomi. ana drachmam vnam semis,

Hermodactylorum drachmam vnam.

Puluerisata infundantur per noctem in aqua Rosarum fragrantissima, mane colentur & expri-

mantur. Cum hoc expresso ac colato, & sufficienti farina triticea candidissima, ac Sacchari albissimi vncijs quatuor fiant secundum artem Holippae.

Plutosos biliososq; humores educunt nec non serosa excrementa euacuant. Vsi sunt ijs potissimum, quibus appetitus peruersitas alterius Medicamenti sumptionem dissuadet, qui que ob saporis offensam alioquin tolerandam sic studiose falli desiderant.

**DIAPHOENICON
SOLIDVM.**

R Dactylorum triduo aceto maceratorum numero sex. Sem. Libistici, seu Ligustici, pro quo Cardamomi drachmas duas.

Pinearum,

Amygdalarum dulcium. ana drachmas quindecim.

Turbith drachmas duodecim.

Diagrydij drachm. vndecim.

Sacchari Candi vncias duas.

Piperis longi,

Zingiberis,

Foliorum Rutae ficcatorum.

Cinamomi,

Macis,

Sem. Foeniculi,

Anisi,

Dauci,

Galangae, (vnam.

Ligni Aloes. ana. drachmam

Sacchari libram vnam.

Fiat confectio solida vt est artis, aequaliter pulueres miscendo.

Viribus

Viribus affine est liquido, altero tamen longè gratius, cum pro Semine Libistici quod nauseam mouere solet, nõ minore effectũ Cardamomum substituatũ.

**DIATRIBITH CVM
RHABBARO, BARTHOL. MONTA-
GNANE.**

R̄. Rhabbari drachmas decẽ.
Tribith albi & gummosi.
Hermodactylorum. ana.
vnciam vnam,

Diagrydij vnciam semis.
Zingiberis,
Santali albi,
Rubri,

Violarum. ana. drachmam
vnam semis.

Mastiches,
Anisi,
Cinamomi,
Croc. ana. drachmam semis
Sacchari albi libram vnam,
vncias duas, drach. duas.

Flauam bilem & pituitam educit, atq; aqua inter cutem laborantibus mirificè confert. Ad vermes etiam efficacissimum est Medicamentum, & valde idoneum: nam Rheum vermes maxime necat, & Tribith pituitam ipsam vermium verum fomitem eijcit.

**ELECTVAR. EPISCO-
PI SEV ELESOPH
SOLIDVM**

Fit iuxta descriptionem Mesux, speciebus addendo pro vncijs sex
Sacchari libram.

Easdem vires præstat, quas vel Species, vel liquidum Electuarium possidet, vulgo tamen in hac forma magis expetitur.

**ELECTVARIVM E
SVCCO ROSARVM
SOLIDVM.**

R̄. Specierum ingredientium Electuarium de succo Rosarũ Nicolai; quantum describitur supra.

Cum Saccharo sufficiente, vel vncijs sedecim fiat Confectio in solido, recipiendo tantũ succi Rosarum libram.

Idem præstat quod liquidum, & quidẽ paulo potentius: minor enim est hinc succi Rosarũ quàm in liquido quantitas.

**ZINGIBER LAXATI-
VVVM.**

R̄. Zingiberis drachmas duas.
Cinamomi.
Caryophyllorũ. ana. drachmam vnam.
Nucis Moschatæ,
Galangæ. ana. scrupulũ vnũ.
Croc. grana quatuordecim.
Tribith scrup. vnum semis.
Diagrydij drachmas tres.
Sacchari vncias quatuor.
Fiat Confectio solida.

Datur adultis à drachmis tribus ad quatuor, sed cautè hoc Medicamento vtendum, præsertim cum vulgus promiscuè eo abutatur, ad quoscunq; affectus indiscretè ac præposterè id adhibens. Bellem tamen & pituita euacuat, verum in febrium suspitionibus ab eius vsu cauendum.

dum: humores enim nimium fundit & liquat, unde Hypercatharsis de facili metuenda foret, ac Medicamenti ipsius

caliditas calidos affectus plus magis ir-
ritat, incendit & in-
flamat.



MEDICAMENTO-
RVM OFFICINIS PHAR-
MACEVTICIS REIP. AV-
GVSTANÆ VSI-
TATORVM.
CLASSIS SEXTA.
PILVLARVM COMPO-
SITIONES, AC VIRES
EXHIBENS.

PILVLÆ DE AGA-
RICO, MESVÆ.

℞ Agarici drachmas tres.
Iridis,
Marrubijana drach. vnam.
Turbith drachmas quinq;
Specier. Hieræ picræ Galeni
drachmas quatuor.
Colocynthidos,
Sarcocollæ. ana. drachmas
duas.
Myrihæ drachmam vnam.
Sapæ quantum satis est.
Fiat Massa.

T Horacem à pituita putri & crassa
repurgant, ob id antique tussi &

*Asthmati, alijsq; thoracis vitis à cras-
sis ac pituitosis humoribus ortis auxili-
antur.*

A Garicus in Compositionibus Pilularum à
nobis semper sumitur Trochiscatus: Tro-
chisci itidem Alhandal pro Colocynthide à no-
bis substituuntur, prout in Annotationibus ad
Hieram Logadij monuimus.

PILVLÆ AGGREGATI-
VÆ MAIORES, ME-
SVÆ.

℞ Myrobalanorum Citrinorū,
Rhabarbari. ana. drachmas
quatuor.
Succorum inspissatorum Eu-
patorij, id est, Agerati.
Absinthij ana.
drachmas tres.

Diagry-

Diagry-

Diagrydij drachmas sex.
Myrobalan. Chebulorum,
Indorum,

Agarici,
Colocynthidos,
Polypodij ana. drach. duas.
Turbiti,

Aloës ana. drachmas sex.

Mastiches,

Rosarum,

Salis Gemmæ,

Epithymi,

Anisi,

Zingiberis ana. drach. vnam.

Electuarij Rosati Mesuæ vnciam,

aut Syrupi Rosati fol.

& Elect. Rosati partes
æquales.

Polychresta catapötia dicuntur, quòd
ad multos affectus corporis præter
naturam sint vtilia, ac omnes humores
purgent. Ad varios enim capitis, ven-
triculi, jecorisq; affectus sunt efficaces,
nam purgant ex ijs, & sensoris pituitam
& bilem vtramq;. Quapropter ad diu-
turnas febres & complicatas, vitia ca-
pitis, ventriculi, ac jecoris plurimum fa-
ciunt.

Quidam Diagrydij drachmas tantummo-
dò quinq; legunt, potior tamen Medico-
rum pars sex drachmas adscripsit.

PILVLÆ AGGREGA-
TIVÆ MINORES, ME-
S V Æ.

R Myrobal. Citrinorum,
Indorum,
Emblicorum. ana.
drachmas tres.

Mastiches,

Anisi,

Succorum inspissatorum

Eupatorij, seu A-
gerati,

Ablinthij,

Rosarū ana. drach-
mas duas.

Rhabarbari drachmas quinq;
Specierum Hieræ picræ Gale-
nidrachmas duodecim.

Cum succo Apij for-
metur Massa.

Pituitam & bilem vtramq; à ven-
triculo & capite purgant, obstructio-
nes hepatis liberant, ipsumq; cum ven-
triculo roborant. Febres antiquas, prur-
ritum, & ulcera maligna iuuant.

PILVLÆ ALEPHANGI-
NÆ, SEV AROMATICÆ,
MESVÆ.

R Cinamomi,

Cubearum,

Ligni Aloës,

Calami Aromatici,

Nucis Moschatæ,

Macis,

Cardamomi,

Caryophyllorum,

Radicum Asari.

Mastiches,

Schoenanthus,

Spicæ Indicæ,

Carpobalsami (aut Galangæ)
ana. vnciam vnam.

Absinthij ficci,

Rosarum rubearum. ana.
drachmas quinq;

Crassiusculè contusa infundatur
in aquæ

in aqua libris duodecim: coquantur lento igne in duplici vase, ad duarum partium consumptionem, id est, ad remanentiam tertiae partis, deinde exprimantur fortiter, & colentur. In colatura libris duabus dissolue Aloës Soccotrinæ multoties in vitreo vase cum aqua pluvia elotæ & siccatæ libram vnam. Agitentur continuè in sole, vel loco calido: deinde adde pulueris

Myrrhæ,

Mastiches ana. drachmas
quinq;

Croci drachmas tres.

Residuum colati decocti ex Aromatibus affundito, & exiccetur ad solem, seu in loco calido, admiscendo subindè quod densatum est liquido: & linteo puro vas contegatur aduersus incidentium muscarum & sordium injurias; atque ita reponatur Massa.

Conficiantur hæ Pilulæ Mens. Maio, Junio, aut Julio.

Ventriculum, cerebrum, & sensoria omnia ab humoribus crassis, putribus, & pituitosis mundificant, ac indè natos dolores tollunt. Stomachi robur augent, coctionem promouent, appetitum instaurant, cruditates abolent, ac nutritorias partes plerasq; à noxiorum humorum frigidiorum præsertim accumulatio-
ne tuentur.

Medicamentum hoc, quod Mesuæ à Lam-
pone Pelusiota mutuatus esse videtur, vt
apparet ex Galeno lib. 8. de Comp. Med. se-
cund. loc. cap. 2. vt potè quod cum Hiera Lam-

ponis ferè concordet, ab Auctore potius ad corroborandum ventriculum & cerebrum, quam alium ducendam est institutum, vnde Aloën toties lotam ad ejus Compositionem requirit. Insignes id porrò vires obtinet, ac communiter in Pilulas efformatum porrigitur. Dicuntur autem hæ Pilulæ Aromaticæ, eo quod multis constent Aromatibus, itemq; Pilulæ Solis, quod in sole seu insolando perficiantur.

Cum Aromatum vis cocturâ facilè euanescat, ideò nostri Pharmacopœi aliam Compositionis formulam nobis hæctenus vsitatam nostro hortatu imposterum quoq; sequuntur. Aromatum enim medietatem crasso modo trita aquæ puræ libris octo ad dimidias incoquant, cuius colati medietati, seu libris duabus Aloën prius debito modo elotam & siccatam lege artis diligenter indunt: residuis porro duabus libris tenuissimos pulueres Myrrhæ, Mastiches, & Croci admiscunt, atq; his cum Aloë prædicta coniunctis reliquam Aromatum medietatem subtilissimè tritam superaddunt, & sic omnia permiscendo ac exiccando in Massam cogunt vsui reseruandam.

Easdem ferè vires obtinent, aut saltem modo dictarum Pilularum vires emulantur Pilula ille sine cura dicta, Clarissimi quondam Viri D. D. Cyriaci Weberi quarum descriptio hæc est.

℞ Xyllocassia,
Cinamomi acuti,
Nucis Moschatæ,
Mastiches electæ,
Cubearum,
Ligni Aloës,
Liquiritiæ. ana. drachmam vnam.
Rosarum rubearum drachmas duas.
Rhabarbari optimi drachmam vnam semis.
Spicæ Indicæ drachmam semis.
Aloës succo Rosarum lotæ vncias tres.
Redigantur in Massam Pilularem.

PILVLÆ DE ALOË
LOTA, INCERTI
AVTORIS.

℞ Aloës cum succo Rosarum
lotæ vnciam vnam.

Agariçi Trochiscati drach-
mas tres.

O 2

Mastiches

Mastiche drachmas duas.
Specierum Diamoschi dulcis
drachmam semis.

Cum Vino Chio, vulgò Malua-
tico ex Candia, fingatur Massa.

Ventriculum, cerebrum, vterum, &
alia viscera à putridis humoribus
expurgant, concoctionem augent, ac pi-
tuitam stomacho infarctam siccando ter-
gendoq; elidunt.

PILVLÆ DE ALOE

ROSATA.

℞ Aloës Rosatæ optimæ & pel-
lucidæ vnciam vnam.

Cum vino formentur Pilu-
læ pro drachmâ, quot vo-
les.

Minus quidem purgant, magis ta-
men roborant. Cruditates absu-
munt, adstrictam aluum soluunt, ac hu-
morum putredinem arcent.

PILVLÆ DE ALOE
ET MASTICHE, NICO-
LAI MYREPSI.

℞ Aloës vnciam vnam,
Mastiche vnciam semis.
Caryophyllorum,
Rosarum rubrarum. ana.
drachmam vnam.

Croci,
Diagrydij. ana. scrupulos duos.
Cum succo Foeniculi aut absin-
thij formetur Massa.

Ventriculum sine molestia repur-
gant, ex eoq; bilem & pituitam
eliciunt, ac nutritionis partibus robur
prestant.

PILVLÆ ARABICÆ,
NICOLAI.

℞ Aloës optimæ vncias duas:

Radicis Bryoniæ,
Myrobal. Chebulorum,
Indorum,
Belliricorum,
Emblicorum,
Citrinorum,

Mastiche,
Diagrydij,
Asari,

Rosarum. ana. vnciam semis.
Castorei drachmam vnam
semis.

Croci drachmam semis.
Succi Foeniculi quantum fa-
tis est.

Formetur Massa.

Omnes humores mirificè purgant:
letitiam generant, tristitiamque
depellunt, mentis vigorem conseruant,
visum acuumt, auditum amissum repa-
rant, memoriam firmannt: vertigini, he-
micrania: ac dolori capitis succurrunt.

PILVLÆ ARTHRITI-
CÆ NICOLAI.

℞ Hermodactylorum,
Turbith,

Agarici. ana. drachmas duas.
Cassie lignæ veræ,
Spicæ Indicæ,
Xylobalsami, seu Ligni Alo-
ës,

Carpobalsami, vel Cubeba-
rum,
Galangæ,

Ca-

Caryophyllorum,
 Macis,
 Asæ foetidæ,
 Zingiberis,
 Mastiches,
 Sem. Fœniculi.

Anisi,
 Saxifragiæ,
 Asparagi,
 Rusci,
 Milij folis,
 Rosarum,

Salis Gemmæ ana. grana
 quindécim.

Diagrydij vnciam semis.
 Aloës optime ad pondus om-
 nium, id est, drachmas
 quatuordecim semis.

Succi Fœniculi quantum suf-
 ficit.

Fiat Massa.

AD Arthricos dolores & Podagra
 insultus, nec non frigidorum hu-
 morum in articulos procubitus, aut de-
 fluxiones adhibentur; earum tamen u-
 sus serè euiluit.

HÆc Compositio ex Nicolai Antidotario
 desumpta aliter à plerisq; descripta pro-
 stat. Nonnulli enim Galangam, Macem, Asam,
 imò & Scammonium seu Diagrydium omit-
 tunt: alij pro Asæ foetida Asarum, aut Piper lon-
 gum substituunt; verùm quia sic nobis hucusq;
 vsui fuit, eam haud immutandam censuimus.

Notandum ex Asparagi & Rusci Seminibus
 Pulpam solum carnosam abiectis corneis gra-
 nis in meditullio contentis sumi debere, cum in
 ijs vix vlla vis huc expetita resideat.

PILVLÆ ASSAIERET,
 AVICENNÆ.

℞ Specierum Hieræ picræ Gale-

ni drachmas quatuor.

Mastiches,

Myrobalanorum Citrinorū.
 ana. drachmas duas.

Aloës optime vnciam vnam.

Cum Syrupo de Stœchade, aut
 aqua Maioranæ formentur Pi-
 lulæ.

Bilem flauam & pituitam modeste
 purgant, eam præsertim que ven-
 triculo insidet, ideoq; ventriculi affecti-
 bus quibus Hieræ remedio esse solet, &
 capitis doloribus à vitiosis stomachi suc-
 cis abortis auxiliantur. Propinantur in
 tenuibus & acris capitis fluxionibus,
 et liquidam materiam facile decum-
 bentem sistant. Describuntur ab Avi-
 cenna. Fen. 1. lib. 3. cap. 29.

PILVLÆ AVREÆ,
 NICOLAI.

℞ Aloës,
 Diagrydij ana. drachmas
 quinq;

Rosarum rubearum,
 Sem. Apij ana. drachmas du-
 as semis.

Sem. Anisi,
 Fœniculi ana. drachmā
 vnam semis.

Mastiches,
 Pulpæ Colocynthidos,
 Croci ana. drachmam vnam.
 Mucilaginis. Tragacanthæ,
 aut Mellis Rosati solutiui
 quantum satis est.

Fiat Massa.

Caput expurgat, sensus omnes, præ-
 cipue oculorum aciem exacuit: fla-
 tus

*cus ventriculi & intestinorum dissol-
uunt, accitramolestiam alui deijciunt.
Ad stomachicos, Colicos, Nephriticos, &
inflatos valde probantur.*

Clarissimus D.D. Hieronymus Mercurialis
Mel Rosatum mucilagini Tragacathe præ-
ferbat, cuius opinioni & nos subscribimus.

PILVLÆ DE BDELL-
LIO MAIORES,
MESVÆ.

R Bdellij drachmas duodecim.
Myrobal. Chebulorum,
Indorum,
Belliricorum,
Emblicorum,
Concharum Venerarū vstarū,
Charabe. ana. drachmas duas
semis.
Ammeos parum tosti drach-
mas tres.

Maceretur Bdellium in succo
foliorum Porri, & formetur
Massa.

Ad fluxum Hemorrhoidum, & vl-
cera ex eis prouenientia, nec non
Menses immodicos vtiliter exhibentur.

Concha Venerea describitur & depingitur
à Gesnero de crustatis ordine xv. fol. 254.
Tota intus candida est, foris varietate colorum
& macularum insperfarum insignis, auribus
adhibita resonantis aquæ speciem aliquam præ-
feret: cortex ei leuis, adeo vt mulieres orna-
menta quædam sua linea in amylo aqua multa
diluto tincta, deinde exiccata poliant, adeo vt
splendeant. Vnde Germanis *Steinmuschel* dicū-
tur. Italis & Gallis Porcellana nomine generis.
Vide Gesnerum.

PILVLÆ DE BENE-
DICTA.

Fiunt ex Speciebus Benedictæ

laxatiuæ incorporatis cum Mel-
le Rosaceo.

Hvmores pituitosos potissimum ad
articulos decumbentes eliciunt; à
renibus quoq; & vesica purgant.

PILVLÆ DE CA-
STOREO, AVI-
CENNÆ.

R Castorei,
Doronici,
Zedoariæ,
Nucis Moschatae. ana. drach-
mam vnam.
Sem. Apij,
Anethi.
Margaritarum, ana. scrupu-
los quatuor.
Hyoscyami granatua.
Formetur Massa cum aquâ
Artemisiæ.

Vterinis doloribus hæc Pilula confe-
runt, crassos status dissipant, ac im-
peditas menstruas purgationes eliciunt.

Pro Doronico Galangam cum Corticum
Citri parte nonnulli substituunt, eò quod
auctorum quorundam diuersa opinio veneni
suspicionem id apud plerosq; infame reddiderit
id enim ab aliquibus inter Aconita respositum
ac toxicis annumeratum, proq; deleterio pas-
sim habitum & proclamatum à Medicamen-
torum compositionibus aliquantisper exulare
coactum fuit. Veruntamen doctissimorum,
& in re Medica versatissimorum Virorum gra-
uia testimonia, quæ imò & vsus ipse Doronici
nostri vulgaris Germanico idiomate *Semsen-
wur* dicti innocentiam detexit: quo argumen-
to Collegium nostrum permotum, quod pro
eo Zedoariam quondam substituebat. Doro-
nicum hoc tanquam postliminio reuocatum,
in Medicum vsum reassumpsit ac cooprauit.
Nobis autem hoc loco nec de Arabum Doro-
nico

nico

nico, quoniam eo caremus, nec de Aconito Pardalianches sermo est, sed de Germanico illo ac vulgari Doronico nostratibus hoc nomine cognito. Radicula est prædulcis, acrimonia tamen carens, rotundiuscula, interdum quoque oblonga, geniculatis propaginibus sibi coherentis, folio ferè Cucumeris, verùm minori ac molliori, florem gerens Citrinum, Chrysanthemiflori haud absimilem. Adfertur ad nos ex vicinis alpibus, in ijs enim copiosè prouenit: radices ipsæ Scorpij figuram nonnunquam representant.

PILVLÆ COCHIÆ,
RHASIS.

℞ Specierum Hieræ picræ Rhasis drachmas decem.

Pulpæ Colocynthidos drachmas tres, scrupulum vñ.

Diagrydij drachmas duas semis.

Stœchados,

Turbith. ana. drach. quinq;

Syrupi de Stœchade quantum satis est.

Fiat Massa.

Cephalicæ rectè dicuntur, eò quod a caput magna efficacia expurgent, ideoque à neruis crassos, pituitosos, & frigidos humores euacuent. Describuntur à Rhase. 9. ad Almanforem cap. I.

HIERA PICRA,
RHASIS.

℞ Rosarum rubearum,

Spicæ Indicæ,

Mastiches,

Xylobalsami,

Carpobalsami,

Cinamomi,

Xylocassiae veræ.

Rad. Afari. ana. scrupulum vnum, grana sex.

Aloës drachmas sex, scrupulos duos.

Terantur exactissimè, & per cribrum decussa in vsum seponantur.

Differt ab Hiera Galeni hac tantum ratione, quod in hac loco Croci ponantur Rosæ. Pro Xylobalsamo substituimus Lignum Aloës: alij Macis & Cyperi. ana. partes æquales, id est, singulorum scrupulum dimidium, & grana tria. Pro Carpobalsamo assumimus Cubebas.

Pro Xylocassia, Cassiam ligneam veram, quam autor nomine Xylocassiae intelligit; quæ si defuerit, substituatur odoratissimum & acutissimum Cinamomum.

Pilula Cochiae Rhasis cum Pilulis Cochij à Galeno lib. 5. Methodi cap. 14. in cura catarrhæ falsi descriptis ferè concordant. Galenica descriptio sic se habet.

℞ Aloës drachmas tres.

Agarici drachmam vnam.

Colocynthidos drachmam semis.

Diagrydij scrupulum vnum.

Bdellij scrupulos duos.

Tragacanthæ,

Gummi Arabici. ana. grana quindecim.

Excipiuntur Syrupo Stœchadite, & in Massam coguntur.

PILVLÆ DE COLOCYNTHIDE, SEV IOAN. DAMASCENI.

℞ Pulpæ Colocynthidos drachmas sex.

Myrobalan. Indorum,

Citrinorum,

Sagapeni,

Bdellij,

Sarcocollæ. ana. drachmas

quinq;

Aloës drachmas septem.

Nigellæ,

Cumini Armeni Orientalis,

Origani

Origani Cretici,
Nasturtij albi fatiui,
Salis Gemmae,
Absinthij Romani. an. drach-
mam vnam.

Succi Porri quantum satis est.
Fiat Massa.

Articulorum doloribus profunt, pi-
tuitosos quoq; & Melancholicos
affectus profligant, Unde etiam Alphas
curatu difficiles ad sanitatem perducunt:
caute tamen ijs utendum, magna enim
Colocyntididis quantitas compositionem
hanc ingreditur, Unde ad alias solum
Pilulas acuendas quandoq; adhibentur.

Pro Colocyntide (prout, antehac monui-
mus) quotiescunq; hæc in Compositioni-
bus occurrit, sumendi sunt semper Trochisci
Alhandali.

*Lacryma, seu Gummata ad constitutionem
harum Pilularum requisita in succo Porri seorsim
dissoluantur, actum demum reliquis Spe-
ciebus addantur, & cum additione sufficientis
quantitatis succi Porri iam dicti lege artis in
Massam cogantur.*

**PILVLÆ DE CYNO-
GLOSSA, NICOLAI PRÆ-
POSITI.**

R Rad. Cynoglossi aridi,
Sem. Hyoscyami albi,
Opij. ana. vnciam semis.
Myrrhæ drachmas sex.
Thuris drachmas quinq;
Caryophyllorum,
Cinamomi,
Styracis Calamitæ. an. drach-
mas duas.

Cum aquâ Rosarum formetur
Massa.

Catarrhos tenues sistunt, ac tussim
inde natam sedant: omnibus quo-
que destillationum morbis, siue in thora-
cem fluxio feratur, siue in pulmones, den-
tes, aut aliò procumbat, conferunt.
Somnum conciliant, ac omnis generis do-
lores placant.

Quidam ad cogendam Massam succum Cy-
noglossæ, aut Syrupum Violatum, ne ci-
tius hæc exarescat, aquæ Rosarum præferunt,
quod nobis quoque consultius esse visum fuit.

*Pilulis istis Benedictus Faentinus, Medicus
Bonomiensis celeberrimus, in Catarrho salis
magno successu cum succo Glycyrrhizæ & Aloë
lotæ secundum hanc descriptionem utebatur.*

R Succi Glycyrrhizæ drachmas duas.
Aloës lotæ drachmam vnam.
Pilul. de Cynoglossa drachmam semis.
Cum Syrupo Violato fiat Massa.

*Exhiberi possunt scrupuli pondere pro vice,
priores vero Nicolai, vix grana sex aut septem
pro dosi admittunt.*

**PILVLÆ DE EVPATO-
RIO MAIORES, ME-
S. V. Æ.**

R Myrobalanorum Citrinorū,
Succorum inspissatorum Eu-
patorij Mesuæ seu Agerati,
Absinthij. ana. drachmas
tres.

Rhabarbari drachmas tres se-
mis.
Mastiches drachmam vnam.
Crocii drachmam semis.
Aloës drachmas quinq;
Succi Endiuivæ quantum satis
est.

Fiat Massa.

Viscerum obstructionibus ac Ictero
medentur, febribus Periodicis, come-
plexis

plexis, autumnalibus, diuturnis & antiquis peritiles: lienis & jecoris obstructions referant. Biliosos, tenues ac crassos humores educunt.

PILVLÆ DE EUPHORBIO, MESVÆ.

℞ Euphorbij,
Colocynthidos,
Agarici,
Bdellij,
Sagapeni. ana. drach. duas.
Aloës drachmas quinq;
Cum succo Porri fiat Massa.

Plurimam crassam è partibus remotissimis potentissimè educunt: nervorum item resolutioni, siderationi, Paralyfi, articularum malis à nimia humiditate profectis, ac Hydropicis conferunt, lumborum quoq; doloribus, Ischiadi, & Podagra à frigidis ac pituitosis humoribus orta opitulatur; sed in morbis tantum contumacibus & surpanda, nec nisi robustis exhibenda.

Modus componendi hic est: vt Euphorbium accurate tritum cum Agarico trochifcato & Trochiscis Alhandali in puluerem redactis, Gummis vino prius dissolutis jungatur, cum quibus in mortario tepefacto pistillo calido tamdiu subigatur, donec in Massam coeant: cui Aloës vnà cum sufficienti quantitate succi Porri addita permisceatur, ac probè sic cuncta simul vnita Pilularis pastæ formam lege artis adipiscantur.

PILVLÆ FOETIDÆ
MAIORES, MESVÆ.

℞ Sagapeni,
Ammoniâci,
Opopanacis,

Bdellij,
Colocynthidos,
Harmel, seu Seminis Rutæ
agrestis, vel hortensis siccæ,
Aloës,
Epithymi. ana. drach. quinq;
Hermodactylorum,
Efulæ præparatæ. ana. drachmas duas.
Scammonij drachmas tres.
Cinamomi,
Spicæ Indicæ,
Crocij,
Castorij. ana. drachmam vnâ.
Turbith drachmas quatuor.
Zingiberis drachmam vnâ
semis.
Euphorbij scrupulos duos,
Succi Porri depurati quantum
satis est.

Fiat Massa.

Plurimam crassam, lentam, ac tenacem euacuant, ob id affectibus indè natis Arthritidi, Podagra, Gonagra, Spinæ quoq; ac iuncturarum, nec non ventriculi & coli doloribus profunt. Alphos, Elephantiasim, & cutis vitia emendat, Menses mouent, ac impurum uteri mucum emungunt. Cum autem sint admodum valentes ob effrenem eorum vim consideratè eorum vsus ineundus erit, vnde in morborum principis crudâ adhuc existente materiâ vix vnquam, nec nisi robustis exhibenda: purgatum enim vis minimè in ijs suppressa non modò suspectas, verum etiam parum tutas eas reddit.

Nota: Lachrymæ, seu Gummi in succo Porri calcfacto soluantur, quibus abhinc Euphor-

P

phor-

phorbium per se tritum vnā cum cæteris addatur, vt lege artis in pastam Pilularem abeant.

PILVLÆ DE FVMARIA,
A VICENNÆ.

℞ Myrobal. Citrinorum,
Chebulorum,
Indorū ana. drachmas quinque;

Aloës drachmas septem.

Scammonij drach. quinque;

Succi Fumiterræ quantum fatis est.

Omnia in puluerē redacta succo Fumiterræ iam dicto comprehendito, siccariq; postea finito: dehinc rursus trita nouo succo excipito, rursusq; siccato, & sic tertium iterato, ac postmodum in Massam formato.

Pleuitam salsam, biliosos itidem, acres ac adustos humores à quibus pruritus & scabies oriuntur, soluunt, & sanguinem mundificant. Describuntur ab Auicenna lib. 4. Fen. 7. cap. 7. in curâ pruritus & scabies.

PILVLÆ DE HERMODACTYLIS MAIORES,
MESVÆ.

℞ Hermodactylorum,
Myrobalanorum Citrinorū,
Aloës,
Turbith,
Colocynthidos,
Bdellij mollis,
Sagapeni. ana. drachmas sex.
Castorij,
Sarcocollæ,
Euphorbij,
Opopanax,

Sē. Rutæ syluestris, vel fatiueæ,
Arij. ana drachmas tres.

Croci drachmā vnā semis.

Succi Brassicæ, siue Caulium quantum fatis est.

Formetur Massa.

Craffos, viscidos, & frigidos humores ex remotissimis partibus educunt; quo nomine articularis morbis & Arthritidi conueniunt.

Modus confectionis est: vt liquores concreti, seu Gummata in succo calefacto Brassicæ siue Caulium dissoluantur, atq; his per setaceum traiectis Euphorbium & Castorium simul trita jungantur: his deinde addantur reliqua, & cum sufficienti quantitate succi Brassicæ vel Caulium iam dicti prius diligentè depurati fiat Massa.

Hermodactylorum bulbi veri eligendi sunt, qui resiccati ad nos feruntur, albi non rugosi, modicè duri, qui contusi in candidum puluerem abeant. Cauendum Colchicum strangulatorium, cuius radices seu bulbi siccati rugosi euadunt, & foris intusq; nigricant, vel obscure rubescunt.

QVIDAM SIMPLICIJS
SIC COMPONUNT.

℞ Hermodactylorum bene purgatorum & puluerifatorum,
Diagrydij. ana. drachmas decem.
Cumini,
Caryophyllorum,
Zingiberis,
Costi. ana. drachmas quinque;
Aloës Hepaticæ drachmas tres.
Fiat Massa cum aqua Fœniculi.

Pilulæ hæ non minoris sunt efficaciæ quàm priores, quarum descriptionem Clarissimus Vir D. D. Georg. Henischius Collega noster honorandus fidelissimè nobis communicauit.

PILVLÆ DE HIERA PIERA,
GALENI.

℞ Specierum Hieræ pieræ Galeni

leni vncias duas.

Mellis Rosati quantū fatis est.

Fiat Massa.

Ventriculi noxis, ex humoribus biliosis & pituitosis natis, profunt.

**PILVLÆ DE HIERA
CVM AGARICO.**

R Specierū Hieræ Picræ Galeni,
Agarici Trochiscati. ana. vnciam semis.

Aloës vnciam vnam.

Mellis Rosati quantū fatis est.

Fingatur Massa.

Stomachicis, Asthmaticis, aliisq;
ventriculi & thoracis vitis à crassis
& pituitosis humoribus ortis subueniūt.

**PILVLÆ DE HIERA
COMPOSITA, NICOLAI
MYREPSI.**

R Cinamomi,
Spicæ Indicæ,
Crocī,
Schoenanthus,
Xylocassiae, seu Cinamomi
acutissimi,
Xylobalsami, seu Macis & Cyperi. ana. partes æquales.
Carpobalsami, aut Cubebarū,
Violarum,
Rad. Afari,
Absinthij,
Epithymi,
Agarici,
Rosarum,
Turbiti,
Colocynthidos,

Mastiches. ana. scrupulos duos.

Aloës optime ad pondus omnium, hoc est, drachmas decem, scrupulos duos

Fiat Massa cum aquâ Endiuie.

Capitis & neruorum vitis à pituitosis humoribus natis opem ferunt, ac noxios ventriculi humores, frigidos præsertim & tenaces exturbant.

Quidam pro Xylobalsamo Lignum Aloës substituunt, quod nec nos improbamus, vt qui in Hierâ picrâ Galeni id ipsum pro Xylobalsamo subrogemus.

PILVLÆ HYDROTICÆ.

R Aloës electæ,
Diagrydij,
Caryophyllorum. ana. scrupulos duos semis,
Colocynthidis,
Foliorum Senæ,
Gummi Arabici. ana scrupulum vnum, grana quinque,
Euphorbij præparati,
Nucis Moschatae. ana. grana quindecim.
Succi cort. mediani Sâbuci & Absinthij. ana. quantum fatis est.

Fiat Massa.

Hydropicorum aquas, ac tenue serū euacuant. Earum descriptio à Clarissimo D. D. Tobia Cneulino Collega quondam nostro communicata, nobis hucusq; inseruijt, modernis quoq; Medicis eius vestigia sectantibus plusquam familiaris.

PILVLÆ IMPERIALES,
INCERTI AVTORIS.

℞ Cinamomi.
Amomi, aut Calami Aromatici,
Anisi,
Mastiches,
Cardamomi minoris,
Zingiberis,
Zedoariæ,
Macis,
Nucis Moschatae,
Caryophyllorum,
Crocī,
Cubebarum,
Ligni Aloës,
Turbiti,
Tereniabin, seu Martnæ,
Agarici,
Foliorum Senæ,
Spicæ Indicæ,
Myrobal. Chebulorum.
Indorum,
Belliricorum,
Emblicorum,
Citrinorū ana. scrupulum vnum.
Rhabarbari vnciam vnam.
Aloës vncias duas.
Cum Syrupo Rosaceo, aut Violaceo fingatur Massa.

PArum admodum purgant, sed plurimum roborant, Ventriculum, & omnia viscera refrigerata calefaciunt, ac conseruant: facultatis naturalis robur tuentur & augent, ac sanguinem spiritusq; purificant.

PILVLÆ INDÆ HALY
EX MESVÆ.

℞ Myrobalanorum Indorum,
Hellebori nigri præparati,
Polypodij ana drach. quinq;
Epithymi,
Stœchados. ana. drach. sex.
Agarici,
Lapidis Lazuli loti,
Colocynthidos,
Salis Indiaut Gemmei ana.
drachmas quatuor,
Succi Eupatorij inspissati,
Spicæ Indicæ ana. drach. duas.
Caryophyllorum drachmam
vnam.
Hierę Picrę Galeni drachmas
duodecim.
Fiat Massa cum succo Apij.

PErutiles sunt ad Cancrum, Elephantiasim, Albos nigros curatu difficiles, & aduersus complura alia vitia ab humore Melancholico procreata, unde etiam Melancholiam indeq; natum inanem metum, mœstitiam, ac timorem propulsant. Quartanariis, & Ictero nigro sedatis auxilio sunt, lienis quoq; tumorem ac dolorem auferunt.

Hellebori & Lapidis Cyanei præparatio suo loco, vbi de Simplicium præparatione agetur, requirenda.

PILVLÆ DE LAPIDE
LAZVLI SIVE CYANEO,
MESVÆ.

℞ Lapidis Lazuli abluti drachmas sex.
Epithymi,
Polypodij. ana. drach. octo.
Scammo.

PHARMACOPOEIA

Scammonij præparati,
 Hellebori nigri præparati.
 Salis Gemmæ. ana. drachmas
 duas semis.
 Agarici drachmas octo.
 Caryophyllorum,
 Anisi. ana. drach. quatuor.
 Specierum Hieræ Picræ Gale-
 ni drachmas quindecim.
 Succu Endiuixæ quantum satis
 est.
 Formetur Massa.

Vitia ex Melancholicis & adusto hu-
 more nata, Cancrum nimirum, E-
 lephantiasim, & Quartanam profligant.
 Arquato conferunt, lienis obstru-
 ctiones, infarctus, tumoresq; resoluunt.

PILVLÆ LVCIS MA-
 IORES SEV OPTICÆ,
 MESVÆ.

℞ Rosarum,
 Violarum,
 Absinthij,
 Colocynthidos,
 Turbith,
 Cubebaram,
 Calami Aromatici,
 Nucis Moschatae,
 Spicæ Indicæ,
 Epithymi,
 Carpobalsami,
 Xylobalsami,
 Sem. Seseleos, id est, Sileris
 Montani,
 Rutæ,
 Anisi,
 Fœniculi,
 Apij,

AVGVSTANA.

86

Schoenanthus,
 Mastiches,
 Rad. Afari,
 Caryophyllorum,
 Cinamomi,
 Cassiæ lignæ veræ,
 Croci,
 Macis. ana. scrupulum vnum.
 Myrobal. Chebulatorum,
 Citrinorum,
 Indorum,
 Belliricorum,
 Emblicorum,

Rhabarbari. ana, scrup. duos.
 Agarici,
 Senæ ana. scrupul duos semis
 Euphragiæ drachmā vnam.
 Aloës Soccotrine ad pondus
 omnium, id est, vnciam
 vnā semis, drachmas tres.

Excipe succo, aut aquā Fœnicu-
 li, & formetur Massa.

Excrementa pituitosa è cerebro & o-
 culis euacuant: visum conseruant
 & firmant, nervos opticos abstru-
 ctione viscidu humoris liberant, ac ob id ocu-
 lorum aciem intendunt.

Pro Carpobalsamō cum alioquin Cubebæ
 substituuntur, hæ autem per se composi-
 tionem hanc ingrediantur, oportune hinc Carda-
 momum minus accipi poterit: Xylobalsami ve-
 rò locum Lignum Aloës, aut Cyperus supple-
 bit.

PILVLÆ MASTICHI-
 NÆ CONCILIATORIS, SIVE
 PETRI APONEN-
 S I S.

℞ Mastiches drachmas quatuor
 Agarici optimi drachmas iij.
 P 3 Aloës

Aloës electæ drachmas decem. Agaricus infundatur per diem naturalem in Oxymelle simplici: postea cum sufficienti quantitate Mellis Rosati formetur Massa.

Ventriculum ab omni morbo frigido & humido præseruant, eiusq; dolorem à frigidâ causâ ortum tollunt. Cerebrum quoq;, oculos, & reliqua viscera à noxiis succis sana præstant, præcipuè verò uterum à putridis humoribus liberant & tuentur, nec non aluum modeste subducunt.

Nonnulli (vt Calestanus refert) Pilulas has magis efficaces reddere volentes addunt prædictis Rhabarbari selectissimi drachi duas, & loco Aloës Pilulas Alephanginas recipiunt.

PILVLÆ DE MEZEREIO,
MESVÆ, SEV IOAN. DAMASCENI.

R Foliorum Mezerei aceto per noctem maceratorum & siccatorū drachmas quinque.

Myrobal Citrinorum,
Chebulatorum. ana.
drachmas quatuor.

Cum Mannâ vel Tamarindis aquâ Endiuixæ dissolutis formetur Massa.

Serosum excrementum, seu aquas valenter expurgant, ob id Hydrophem Asciten, & Anasarca iuuant.

PILVLÆ DE QVINQVE
GENERIBVS MYRO-
BALANORVM, NICOLAI
ALEXANDRINI.

R Quinq; generum Myrobala-

norum,

Agarici,

Diagrydij,

Colocynthidos,

Senæ ana. drach. duas semis.

Epithymi,

Turbith,

Anisi,

Marathri, seu Fœniculi,

Mastiches,

Lapidis Lazuli. ana. drachmâ vnam, grana fedecim.

Rhabarbari scrupulos quatuor.

Aloës drachmas quatuor.

Cū succo Fœniculi formetur
Massa.

Plurimam, & bilem vtramq; euacuant. Podagricos, Splenicos, Stomachicos, & Melancholicos iuuant: cerebrum purgant, viscosam acuum, sanguinemq; purificant.

PILVLÆ DE NITRO
ALEXANDRI TRALLIANI,
DIACOLOCYNTHIDOS
DICTÆ.

R Aloës,

Colocynthidos,

Scammonij,

Bdellij,

Hellebori nigri præparati,

Gummi Arabici. ana. drachmas duas.

Euphorbij præparati,

Nitri. ana. drachmam vnam.

Cum succo Brassicæ, & Melle cocto fiat Massa.

Pilule hæc (quas Alexander Trallianus sub nomine Pilularū Diacolocynthidos

dos lib. 1. cap. 12. de Hemicraneâ describit) efficaces sunt ad crassos frigidos, lentos, & glutinosos humores è remotioribus partibus educendos: frigidis nervorum affectibus succurrunt, & humores ex alto euocant, quo nomine cerebri & capitis pertinacibus affectibus, Articulariis morbis, Comitiali, ac resolutioni conveniunt. Eas Manardus lib 13. epist. 6. in Epilepsia mirificè commendat. Stomachicis & Ischiadicis auxiliantur, Hiere vires equant, Vertiginosos juvant, pituita lentitiam dissipant, utramq; bilem deturbant, unde earum usus celebris in humoribus adustis, & morbo Gallico, qui non nisi vitiosorum succorum pituita & Melancholiâ vehementi purgationi cedit. Vide Fœsi Pharmacopœiam fol. 240.

Monendi hic rursus sunt Pharmacopœi, vt quotiescunq; vocabulum Colocynthidis in compositionibus occurrit, Trochiscos semper sumant Alhandali; Scammonij verò loco Diagyrium, seu Scammonium præparatum: similiter etiã Helleborum & Euphorbium. Medicamentis non indant, nisi lege artis præparata hæc prius fuerint; quorum, prout & aliorum quorundam Pharmacorum Simplicium correctionem loco ad id destinato perquirere licebit.

PILVLÆ DE OCTO RE-
BUS SEV OCTOMERÆ, NI-
COLAI PRÆPO.

S I T I.

℞ Aloës,
Diagyrij. ana. drach. duas.
Epithymi,
Colocynthidos,
Agarici,
Mastiches,
Dauci Cretici,

Myrobalanorum Chebulorū
Absinthij. ana. drahmā vnam.
Cum succo Solani formetur
Massa.

Crassos humores à capite purgant,
visum acuunt, & suffusiones oculorum arcent.

Aloë in formandis Pilulis numerum non tenet, vt neq; Mel neq; Saccharum in Electuarijs; alias ex nouem constarent rebus, prout Fœsius & Fuchsius notarunt.

PILVLÆ DE OPOPA-
NACE, MESVÆ.

℞ Opopanacis,
Hermodactylorum,
Sagapeni,
Bdellij mollis,
Ammoniaci,
Colocynthidos. ana. drach-
mas quinq;
Crocij,
Castorij,
Myrrhæ,
Zingiberis,
Piperis nigri,
Longij,
Cassie lignæ,
Myrobal. Citrinorum,
Emblicorum,
Belliricorum. ana.
drachmam vnā.
Scammonij drachmas duas.
Turbith drachmas quatuor.
Aloës drachmas duodecim.
Infunde Lacrymas in aquâ Cau-
lium, & forma in Massam.

Pituitam crassam, bilem, & Melan-
choliâ à cerebro nervosisq; partibus
vacuant

vacuant. Efficaces sunt in articulorum doloribus à pituità creatis: resolutionem neruorum, & incontinentiam, Spasmi Cynicum, Gonagram, Podagram, articulorum dolores, morbosque partium neruosarum frigidos leuant. Sunt tamen raro apud nos vsui, cum aliis equipollentibus gaudeamus.

PILVLÆ PESTILENTIALES AVICENNÆ,
SEV COMMVNES.

℞ Aloës electæ vnciam vnam.
Myrrhæ,
Crociana vnciam semis.
Confice cum vino claro odorifero.

Aduersus pestifera luis contagiones populariter grassantes mira sunt efficacia: internas putredines fugant, & humores ventriculo infarctos extergunt, eorundemq; corruptionem prohibent.

PILVLÆ PESTILENTIALES, RVFFI.

℞ Aloës,
Ammoniaca ana. vnciam vnā.
Myrrhæ vnciam semis.
Cum Succo Limonū fiat Massa.

Medicamentum hoc, cuius antiquissimus ac famosus Medicus Ruffus inuentor extitit, petitū est ex Paulo Ægineta lib. 2. cap. 36. fuisse tamen id Ruffi temporibus potionis forma propriatum constat, quod componebatur ex Aloës & Ammoniaca ana. partibus duabus, & Myrrhæ parte vna, omnibus in sufficienti quantitate vini albi odoriferi

dissolutis. Verum quia amara nimis hæc erat potio, ideò vt facilius Medicamentum hoc assumeretur, posteritas id in Pilularem formam non minorem effectū habituram effinxit

Sunt qui Rhabarbarum, Agaricum, Bolum, Terram Lemniam, & Theriacam addant, idèq; valentiores putant; sed componendorum pharmacorum modus est infinitus.

FLORENTINI SEQVENTI
COMPOSITIONE
VT VNTVR.

℞ Myrrhæ,
Crociana,
Boli Armeni,
Coralli rubei,
Charabe. ana. drachmam vnam.
Myrobalanorum Chebulorum drachmas duas.
Aloës drachmas septem,
Vini albi quantum satis est.
Fiat Massa.

PILVLÆ DE RHABBARBARO, MESVÆ.

℞ Rhabbarbari drachmas tres.
Succi Glycyrrhizæ,
Absinthij,
Mastiches. ana. drachmam vnam.
Myrobalanorum Citrinorū drachmas tres semis.
Sem. Apij,
Foeniculi ana. drachmā semis.
Trochisc. Diarhodon Rhafis drachmas tres semis.
Specierū Hieræ Picræ drachmas decem.
Succi Foeniculi, & Mellis ana. quantum satis est.
Fiat Massa.

Humores

Humores educunt crassos, lentos, multum putres, & inde ortas febres diuturnas, ac ex alijs quoq; humoribus natas tollunt: jecoris item dolorem, obstructionem, duritiem ac Hydropem incipientem sanant. Manardus ijs utebatur in Tertianarum exitu; Musa in febris pituitosis. Vide Fæsum.

Secum Fœniculi cum Melle ad fingendam Massam hic accipi jubemus, nam si ex aqua (ut priora exemplaria habebant) formetur, facile indurefcit.

**PILVLÆ DE SAGA-
PENO, MESVÆ.**

℞ Sagapgeni,
Ammoniacy,
Opopanacy,
Bdellij. ana drach. duas semis.
Sem. Apij,
Ammeos,
Anisi,
Rutę agrestis. ana drach-
mam vnam.
Acori, seu Calami Aromatici,
Lepidij, seu Iberidis,
Calaminthę,
Folij, vel eius loco Spicę Indi-
cę,
Centaurij minoris,
Polij,
Costi, vel eius loco Zedoarię
aut Angelicę,
Salis Gemmę. ana drachmam
semis,
Colocynthidos drach. quinq;
Aloës drachmas sex.
Excipiantur succo Porri, Marru-
bij, aut Matricarię.

Fiat Massa.

AD Podagram, Ischiadem, & reli-
quorum Articularum, quin imò &
uteri dolorem faciunt. Menses euocant,
viscera emolliunt, eorundemq; obstru-
ctiões referant, ac inueteratas Splenis
oppilationes tollunt.

Lepidium nostrum, Piperitis est, pro quo ali-
qui Cassiam ligneam substituunt.

**PILVLÆ DE SARCO-
COLLA, MESVÆ.**

℞ Sarcocollę drachmas tres.
Turbith drachmas quatuor.
Colocynthidos,
Zingiberis. ana. drachmam
vnam semis.
Salis Gemmę drachmam vnā,
Aquę Rosarum quantum fa-
tis.

Fiat Massa.

Pituitam lentam euacuant, atque ob
id pituitosis affectibus plurimum cō-
modant: earum tamen vsus serē euiluit,
cum alię vsitatiores eundem effectum
prestantes prostant.

**PILVLÆ SINE QVI-
BVSESSENOLO,
NICOLAI.**

℞ Aloës lotę drachmas quatu-
ordecim,
Quinque generum Myroba-
lanorum,
Rhabarbari,
Mastiches,
Absinthij,
Rosarum,
Violarum,
Senę,

Q

Agarici,

Agarici,
Cuscute ana. drachmam
vnam.

Diagrydij drachmas sex semis
Succi Fœniculi, quantum Dia-
grydio per pannum colando &
cæteris pulueribus comprehen-
dendis, ac in massam cogendis
fatis sit, quæ manibus Oleo Vi-
olato, aut Amygdalino inun-
ctis, pro artis præcepto formen-
tur.

Efficacissime sunt hæc Pilule ad pur-
gandos omnes humores partium su-
periorum; quo nomine suffusionibus ocu-
lorum, caliginibus, ac visioni conferunt;
aurium dolorem sanant, caputq; à pitui-
dâ, bile flava & atra mirè purgant, lli-
cos deniq; inuuant.

Hodie dexterius Pharmacopœi pulueres
tritos cum succo Fœniculi miscent, adje-
cto sub finem Scammonio per se trito: alij
Melle, cum quo succus Fœniculi sit consum-
ptus, excipiunt.

**PILVLE STOMA-
CHICÆ, ALKINDI.**

℞ Myrobal. Citrinorum,
Indorum,
Chebulorum ana
drachmas tres.

Rosarum,
Mastiches ana. drachm. duas.
Cardamomi,
Ligni Aloës,
Santali Citrini,
Cubearum,

Caryophyllorum,
Schœnanthus,
Nucis Moschatae ana. drach-
mam vnam.

Rhabbari vnciam semis.

Turbith drachmas septem.

Aloës ad pondus omnium.

Fiat Massa cum vino odo-
rifero.

Bliosus ac pituitosus humores, eos pre-
sertim qui caput, jecur, & ventri-
culum obsident, vacuant: præterea ven-
triculum firmant, coctionem iuuant, &
appetentiam excitant. Earum descri-
ptio ex Auicenna lib. 5. petita, nostro
quoq; Antidotario in ornamentum ces-
sit.

**PILVLE TURBITH
AVREÆ, MESVÆ.**

℞ Turbith drachmas sedecim.

Aloës drachmas duodecim.

Myrobalanorum Citrinorū
drachmas decem.

Mastiches,

Rosarum ana. drachmas se-
ptem.

Croci drachmas tres.

Cum succo Absinthij fiat Massa.

Stomachicis, Colicis, Nephriticis ac
Inflatis profunt. Valentiores verò
sunt propter magnam Turbith co-
piam, attamen raro sunt
vsi.



MEDICAMENTORVM OFFICINIS PHARMACEVTICIS REIP. AVGVSTANÆ VSI TATORVM.

CLASSIS SEPTIMA.

EXTRACTA SEV *εκχυλώματα*, EORVND EMQVE FORMVLAS AC PARANDI MODVM TRADENS.

EXTRACTVM AGARICI.

R Agarici albi & leuis quantum volueris. Huic affunde spiritus vini tantam quantitatem, vt is duos vel tres digitos emineat: stent sic simul in vase vitreo arctissime clauso, juncturis probe obturatis, ac circumlitis, in loco calido vel saltem tepido, dies tres. Postea colentur, & leuiter exprimantur: expressum & colatum in balneo Mariae abstracto rursus lentâ destillatione vini spiritu in crassamentum cogatur, & quod in fundo cucurbitæ Mellis spissitudine residebit, id ad commodos vsus seruetur.

Itutam lentam & crassam ex ventriculo maxime & mesenterio, nec

non jecore, liene, pulmonibus ac vtero expurgat; à cerebro quoque, neruis & artubus eandem, licet debilius, prolicet: vermes insuper enecat, & expellit.

A Lij loco spiritus vini aquam Anisi, cui oleum ademptum sit, vsurpant; correctiuu loco id forsan adhibentes. Verum corrigitur eius extractio pro re & conditione ægri, aut morbi, addendo in singulas Doses guttulam vnam Olei Macis, Nucis Moschatæ, Fœniculi, Caryophyllorum, aut alterius similis.

EXTRACTVM SEV BALSAMVS ALOES.

R Aloës Soccotrinæ quantum volueris. Redigatur in puluerem: huic affunde spiritus vini rectificati, vel (si malueris) aquæ Endiuia, vel Acetosæ quantum satis; maceretur in loco calente donec li-

Q 2 quor

quor coloretur; deindè hie re-
lictis fœcibus per inclinatio-
nẽ eximatur, & recens rurfus
affundatur, tantispèr id rei-
terando, quoad nullum am-
plius colorẽ liquor affusus ex-
trahere videbitur. Tandem
omnis humor congregatus,
diligenterq; transcolatus, in
justa spiffitudinẽ lentâ coctio-
ne vel destillatione redigatur.

Internas putredines arcet, ventricu-
lum mundat, ac roborat: cruditates
abolet, & ventrem lubricum reddit.

Eodem planè modo parantur omnia alia
Extracta Simplicia, affuso nimirum Medi-
camentis, ex quibus vim ac energiam omnem
prolicere mens est, vini spiritu, aut aquis apro-
priatis ad id præstandum idoneis, & additis in-
terdum corrigentibus. Sic Extractum Rhabarbari
cõmodè parari potest cum aquâ Agrimonie,
additâ modicâ Spicâ & Cinamomo. Extractum
Senæ cum aqua Lupuli, Scolopendria, Boragi-
nis aut Fumariæ, addita portione aliqua Caryo-
phyllorum, Zingiberis, vel sem. Fœniculi. &c.
*Notaudum tamen aquas non ex omnibus Me-
dicamentis Simplicibus vires elicere posse, sed
potissimum ex Herbis & Radicibus non gum-
mosis aut resinosis, vel insignem duritiem non
habentibus, ibi enim (vt in Turbetho & Me-
choaca) vini spiritu opus est, Sic etiam Gum-
mata seu Lacryma singularem in extrahendo
dexteritatem requirunt: hæc enim in aceto re-
solui, ac per setaceum, vt terrestres itas omnis se-
paretur, transmitti postulant: acrimonia post-
modum aceti reiteratis aquarum affusionibus
eluat: tum demum in vini spiritum demer-
gantur, qui vim Gummatum proleçtet; inde
perficiatur, vt artis est. Verum hæc diligentem
ac sedulum Pharmacopœum nosse oportet, vt
quod cuiq; commode & ex artis usu affine ac
applicabile sit, inter præparandum adhibere
sciat: & pro suâ discretione dignoscat. Nobis
autem inter Simplicia præter iam dicta in usu
ferè sunt sequentia.*

EXTRACTVM.

Agallochi,
Alhandali Trochiscorũ,
Angelicæ,
Bdellij,
Calami Aromatici.
Capparorum,
Croci, (cibus.
Cucûeris Asinini ex radi-
Dictamni albi,
Enulæ,
Esulæ,
Euphorbij,
Galbani, Gentianæ
Hellebori nigri,
Hieræ Picræ,
Liquiritiæ,
Mechoacana,
Melissæ,
Myrrhæ,
Opopanacis,
Panacis Heraclei,
Pæoniæ,
Rhabarbari,
Sagapeni,
Senæ,
Turbiti,
Zedoariæ,

EX Pilularum quoq; Massis eodem planè
modo Extracta parantur, præcipuè verò ex
Cochijs, Aureis. & Sine Quibus dictis: quæ
omnia ac singula ad præsentis Medici vsum ex-
petita hac norma perfici, & vel per se libera, vel
alijs Medicamentis maximè verò Pilulis admixta
ex artis lege exhiberi queunt. Superfunt nunc au-
tẽ nonnulla Extracta composita, nostris identi-
dè vfitata, quarum formulas hic subiungimus.

EXTRACTVM CA-
THOLICON.

℞ Colocynthidos drachm. sex.
Agarici optimi,
Diagry-

Diagrydij,
Hellebori nigri. ana. vnciam
semis.

Aloës electæ vnciam vnam.
Specierum Diarhodon Abba-
tis vnciam semis.

Species Diarhodon in sufficien-
te quantitate spiritus vini per di-
es aliquot macerentur, ac is de-
indè relictis facibus supra præ-
dicta Medicamenta purgantia
fusus in loco calido, vase probè
clauso, vires eorum imbibat:
postea leuiter omnibus expressis
liquor transcolatus leui balnei
vapore euocetur, vt Extracti
spissamentum in fundo cucur-
bitæ resideat.

Medicamentum est Catholicum seu
vniuersale, omnes in vniuersum
humores exturbans. Datur à granis
quinq; ad scrupulum dimidium. Aliud
Catholicum, magis tamen operosum, de-
scribitur à Quercetano in Pharmacop.
Dogmat. restituta.

EXTRACTVM DIA-
CARTAMI, SEV CNI-
COPHARMACVM
ANDERNACI.

℞ Medullæ seni. Cartami vnci-
as quatuor.

Turbith albi,
Foliorum Senæ. ana. vnciam
vnam semis.

Diagrydij drachmas quinq;
Rhabarbari optimi vnciam
vnam.

Agarici Trochiscati drach-
mas sex.

Mannæ granatæ vncias duas
semis.

Myrobalanorum Chebulo-
rum vncias tres.

Polypodij vncias duas.

Zingiberis albi drachm. duas.

Minutim incidantur, vel crassi-
us conterantur, & in vini spiritū
(ex quo pulueris confectionis
Diambæ vncia per dies octo
macerata fuerit) ponantur; stēt-
que simul in loco calidiorie die-
bus quatuordecim: deinde sac-
culo indantur, & sub prælo vali-
dè exprimantur; postea id quod
expressum est, ampullæ infun-
datur, ac operculo impositum
extilletur, donec ad Mellis spif-
situdinem peruenerit.

Perosq; humores, serosos tamen præ
ceteris expurgat: caput, ventriculū,
& reliqua viscera mundificat, & noxios
succos blandè ac sine molestiâ educit. Da-
tur vel per se in Pilulas efformatum, vel
boli specie: nonnullis etiam cum Syrupi
Rosati aut Violacei solutui portione ali-
qua diluitur, potuiq; datur. Dosis eius est
à drachma dimidia ad scrupulos qua-
tuor.

EXTRACTVM CHO-
LAGOGVM, QVER-
CETANI.

℞ Rhabarbari vncias sex.

Folliculorum Senæ vncias
quatuor.

Diagrydij vnciam vnam.

Spicæ Nardi Indicæ,

Santali Citrini,

Q 3

Cina-

Cinamomi. ana. vnciã semis.
Trochiscorum de Berberis
drachmas duas.

Succi Rosarum pallidarum
optimè depurati quantum
satis.

Post justam digestionem omnia
calidè exprime, ac diligentèr co-
la, fiatq; lege artis Extractum in
consistentiã Sapæ: cui adde æ-
quale pondus Extracti seu Bal-
sami Aloëtici. Misce, & decoque
ad ignem lentum vsq; ad de-
bitam consistentiam.

B Enignè ac sufficientèr omnes humo-
res serosos calidos & biliosos expur-
gat. Datur à scrupulo vno ad drachmam
dimidiam.

EXTRACTVM HO-
LAGOGVM ANDER-
NACI.

℞ Specierum Diambre vnciam
vnam semis.

Spiritus vini libras duas semis
Aquæ Cinamomi librã vnam
Macerentur simul per dies ali-
quot in vase probè obliato, ne
quid expiret: indè verò fæcibus
in fundo relictis liquor omnis
sequentibus Speciebus affunda-
tur.

℞ Colocynthidis drachmas sex.
Turbith albi drachmas septē.
Agarici albi & optimi drach-
mas quatuor.
Veratri nigri drachmas tres.
Eupatorij Mesuæ,
Foliorum Senæ. ana. drach-

mas quinque semis.

Diagrydij drachmas quinq;
Rhabarbari electissimi drach-
mas septem

Omnia incisa macerentur in hu-
more supradicto diebus quatu-
ordecim, deindè sacculo lineo
injecta sub prælo exprimantur.
Liquor excolatus in ampullam
imponitur, ac in Balneo humi-
ditas extillatur, donec id quod
in fundo subest, Syrupi acquirat
spissitudinem. Tunc in hoc Alo-
ës præparatæ, rursusq; in pulue-
rem redactę drachmę decem re-
soluantur, simulq; agitando v-
niantur, quoad crassamentum
Mellis instar appareat.

Generale est Medicamentum, cun-
ctos in vniuersum humores valen-
tèr à remotis partibus euocans ac expur-
gans; febribus tamen continuis, ac mor-
bis acutis haudquaquam securum. Da-
tur à scrupulo semis ad scrupulum vnum.

ALoës sic præparatur. Accipe Aloës opti-
mæ libram vnam, Aceti Rosacei partes du-
as, Aquæ Rosarum odoratissimæ partem vnam.
Amborum horum liquorum hac proportione
iunctorum sumatur quantum satis est: bulliant
simul bis, vel ter, colenturq; ac exprimantur, &
id quod percolatum est, lento igne rudicula
semper agitando, coquatur ad pristinam Aloës
spissitudinem, ac vsui referuetur.

EXTRACTVM ME-
LAMPODII SEV HEL-
LEBORI NIGRI.

℞ Radicum Hellebori nigri
mundatarum quatum vo-
lueris.

Macerentur in aquã pluviali
calente

calente vase tecto; hæc ubi per horas aliquot in infusione steterit, ac vires radicum prolectauerit, transcolata seorsim asseruetur, & prioribus radicibus alia rursus aqua pluuia feruens affundatur, idq; sic ter iteretur. Tandem omnis aqua vim radicum Hellebori habens, iuncta ac diligenter colata ampullæ vitreæ indatur, extilleturque inde omnis humiditas, donec extracti spissitudo Mellis instar in fundo cucurbitæ resideat.

Melancholicum succum, & alios humores adustos solutu contumaces potentè euacuat. Elephantiasi, Lepre, Scabiei, Arquato, aqua intercuti, Epilepsie, ac aliis id genus affectibus opè fert; vermes necat, & animalia in ventre nata propellit: morbis inueteratis ac Chronicis, qui leuioribus pharmacis non cedunt, medicamentum auxiliare. Datur post modicam cœnam à granis tribus ad grana sex, septem, aut octo, nebulis inuolutum, vel in formam boli cum Saccharo effictum. Id nobis D. D. Raymundus Mindererus, Collega noster gratissimus in communem utilitatem attulit.

Nonnulli ad extractum hoc parandum Aquam Anisi recipiunt, alij alia addunt Corrigentia. Nos simplicissimo hoc per se contèti fuimus, quando Hellebori malitiam, Aromatû pro ejus correctione sibi jungi solitorû admixtione augeri ac fortificari, purgantemq; ejus exorbitantem vim ab his ipsis intendi notauimus. Alias autem descriptiones aut modos Hellebori extrahendi qui scire voluerit, Quercetanium, Weckerum, Heurnium, & alios consulat.

EXTRACTVM MELANAGOGVM, QUERCETANI.

℞ Folliculorum Senæ vncias sex
Radicum Hellebori nigri preparati vncias duas.

Turbith,

Myrobalanorum omnium,
ana. vnciam vnam semis.

Trochiscorum Alhandal
drachmas sex.

Florum Violarum,

Rosarum rubearum.

Epithymi. ana. pugillos duos.

Spec. Lætificantis Galeni

drachmas duas,

Succorum optimè depuratorum

Fumariz,

Pomorum redolentium,

Serilactis. ana. quantum

fatis est.

Incisæ & contusæ species supradictæ lege artis in succis & liquoribus jam dictis macerentur, & digerantur in Balneo per octiduum: postea colentur, exprimantur, depurentur, ac in Extractum reducantur.

Atram bilem, ac salsos, adustos & retorridos humores euocat: Psora, Scabiei, ac Elephantiasi medetur.

EXTRACTVM PANCHYMAGOGON.

℞ Specierum Diambraz vnciam vnam semis.

Macerentur in spiritus vini libris quinq;, commissuris vasis arctissi-

arctissime clausis per dies quatuordecim materiam hanc subinde agitando; tunc, ubi spiritus vini rubicundissimus euaserit, à Speciebus jam dictis separetur, superfundaturq; sequentibus.

℞ Scammonij recentis vnciam semis,

Rhabarbari electi,

Seminis Ebuli. ana. drach. tres.

Colocynthidos drachmas quinque.

Agarici optimi drachmas tres semis.

Turbith albi,

Hermodactylorū. ana. drachmas duas semis.

Veratri nigri drachmas duas.

Foliorum Senæ vnciam vnā.

Stent simul in infusione loco tepente vel calido per dies decem; postea colentur & exprimantur: ac in expresso dissolue Aloës Soccotrinæ drachmas duodecim. & prælo exprime; expressū rursus per triduum in Balneo Mariæ macera: deindè liquorē exhala, vt Mellis crassitudinem Extracti spissitudo in fundo residens adipiscatur.

Omnēs in vniuersum humores expurgat, ac è longinquis partibus potētèr educit. Datur à scrupulo dimidio usque ad scrupulum vnum in robustis.

EXTRACTVM PHLEG-
MAGOGON, QVER-
CETANI.

℞ Agarici Trochiscati vncias quatuor.

Hermodactylorum,

Turbith,

Senæ,

Medullæ Cartami. ana. vncias tres.

Rad. Esulæ præparatæ vnciam vnā.

Trochiscorum Alhandal vnciam semis.

Salis Gemmæ,

Macis. ana. drachmam vnā semis.

Spec. Aromatici Rosati drachmas duas.

Cum aquâ Cinamomi fiat Extractum.

Morbis omnibus pituitosis, & à frigidis humoribus ortis conuenit. Hydropicos, Arthriticos, Podagricos, & Epilepticos iuuat.

LAVDANVM OPL-
ATVM.

℞ Specierum Diambre completarum vncias duas.

Opij Thebaici drachmas sex.

Mumiæ drachmam semis.

Succi Hyoscyami vnciam vnā.

Coralli rubri præparati,

Succini albi præpar. ana. scrupulos duos,

Croci scrupulum vnum.

Moschi Orientalis grana quindecim.

Ambra veræ grana duodecim.

Cum spiritu vini rectificato, ac quinquies correcto, fiat secundum artem Extractum.

Dolo-

Dolores quoscumq; Colicos præsertim sedat; somnum conciliat ac internos cruciatus mulcet: non tamen nisi à peritissimis Medicis, & suo tempore adhibendum.

Extracta, maximè verò Purgantia, Pilularum mox seriem ideò subsequi volumus, cum quod hæc ipsa ex Pilulis persæpè parentur, tum quod formâ plerumq; Pilulari exhiberi, aut Pilulis acuendis indi soleant. Quibus alia quoq; non purgantia Extracta (prout & Laudanum Opiatum, cuius tamen variæ & multiplices formulæ circumferuntur ac hinc inde descriptæ leguntur) adiunximus; ne si vnam in Classem non cogerentur, confusionem lectori fastidio futuram paterent.

Extractis iam dictis meritò annumerari possunt ac debent Balsami artificiales, Officinis nostris familiares, utpotè

Balsamus Apolepticus.
Caryophyllorum.
Cinamomi.
Citri.
Macis.
Majoranæ.
Nucis Moschatae.
Rorismarini.
Rosarum.
Rutæ.
Succini.

Hæc etiam spectant Sales artificiosi
Lex Herbis & radicibus parati,
maximè verò

Sal Absinthij.
Artemisiae.
Betonicae.
Cardui Benedicti.

Centaurij minoris,
Ebuli,
Eupatorij.
Fraxini.
Fumariæ.
Melissæ.
Pimpinellæ.
Rutæ,
Scolopendrij.
Tamarisci.

Et consimiles alij.

Cohærent his alia quedam Metallica, utpotè

Sal Saturni.
Vitrioli.
Nitrū Sulphure purgatū.
Crocus Martis.
Flores Sulphuris,
Flores, ac vitrum Antimonij.
Antimonium Diaphoreticum.
Turbethum minerale, & cætera.

Horum autem præparationes studio subtrahimus, ne quilibet agyrta tā periculorum Pharmacorum modum exinde addiscant, eorundemq; usum temerario ausu ineat; unde furioso gladiū porrexisse videri possemus, cum non nisi peritissimi Medici, nec verò quandoquæ sine periculo his uti queant. Vide Andernacum, Osvaldum Crollium, Quercetanum & alios.

LAPIS SEPTICVS,
SEV CAUTERIVM P-
TENTIALE.

R̄ Cineris Clauellati,

R

Cal-

Calcis vivæ ana. partes æquales.
Macerentur per dies aliquot in
aquâ communi; postea colen-
tur, & clarû coquatur vt artis est.

Eo Chirurghi in parandis emissarijs
seu fonticulis ac abscessibus extror-
sum vergentibus communiter vtuntur.

LAPIS PHILOSO-
PHORVM.

℞ Aluminis Rochi seu comūnis
Vitrioli Hungarici. ana. librâ
vnam.

Misceantur in olla non vitreatâ,
affundendo aque fontanę libras
quatuor: hæc perpetuò agitan-
do ad ignem lentum spumam

semper auferendo liquecant;
postea adde (mis.

Boli Armeni vnciam vnâ fe-
Cerussæ albæ & mundissimæ
vnciam vnam.

Camphoræ drachmas duas,
Minutissimè puluerifata misce-
antur, rudiculâ semper agitan-
do, ac sub finem addendo

Aceti Vini albi libram semis.
Coque ad iustam Lapidis cō-
sistentiam.

Mirabilis eius vsus in vlceribus
fluidis ac putridâ humiditate se-
dis, sinus & fistulas extergit ac consoli-
dat: vlceribus in super malignis (quæ Ca-
coëthe vocant) cicatricem inducit.



MEDICAMENTO-
RVM OFFICINIS PHAR-
MACEVTICIS REIP. AV-
GVSTANÆ VSI-
TATORVM.
CLASSIS OCTAVA.
DECOCTIONVM, IN-
FVSIONVM QVE DO-
CTRINAM EXPONENS.

DECOCTIO APERI-
TIVA, MAIOR.

℞ Endiuia,

Cichorij,
Fumiterræ. ana. manipulum
vnum.

Eupa-

Eupatorii,
 Boraginis,
 Buglossæ,
 Cuscutæ,
 Scolopendriæ veræ. ana. ma-
 nipulum semis.
 Glycyrrhizæ rasæ,
 Rad. Fœniculi,
 Apij,
 Petroselini,
 Passularum. ana. vnciâ semis.
 Sem. Anisi,
 Fœniculi. ana. drach-
 mas duas.
 Comarum Thymi,
 Epithymi. ana. drachmam
 vnam semis.
 Cort. Tamarisci,
 Capparorum. ana
 drachmas duas.
 Foliorum Senę vncias duas.
 Polypodij quercini vnciam
 vnam.
 Agarici electi vnciam semis.

Incidenda inciduntur, & quæ
 contundi debent crassiuscule te-
 rantur, & misceantur omnia si-
 mul, ac vsui seruentur.

Decocta Officinis plurimum sunt
 consueta, etenim ad Medicamenta
 tam lenientia quam purgantia dissoluē-
 da vt plurimum expetuntur, præsertim
 vbi liquoribus stillatitiis vti non libet.
 Aperitiuo hoc porro in viscerum obstru-
 ctionibus & contumacibus eorundem
 affectibus vtimur: diuturnos enim jeco-
 ris, lienis, & venarum mesaraicarū in-
 farctus permeat ac expedit, Ictero & se-

bribus antiquis, nec non Hydropi oppor-
 tunum.

DECOCTIO APERI-
 TIVA MAIOR CVM
 RHABARBARO.

℞ Specierum Decoct. aperitiuæ
 majoris & minoris. ana. vnci-
 as tres.

Decoquantur in aquæ libris sex
 ad consumptionē duarū libra-
 rum. Colaturæ feruidæ infunde
 Rhabarbari electi vnciam se-
 mis.

Cinamomi drachmas duas.

Salis Gemmę scrupulum vnū

Spicæ Indicæ scrupulos duos,

Specierum Diarhodon Ab-
 batis scrupulos quatuor.

Sacchari vncias duodecim.

Misceantur pro vsu.

Priore longè efficacior: ad contuma-
 ces & inueteratas oppilationes ad-
 hibetur. Hydropi, morbisq; frigidis, præ-
 sertim pituitosis aut ex bile mixtâ natis
 confert.

DECOCTVM APERI-
 TIVVM LENITI-
 VVM MINVS.

℞ Herb. Agrimonix,
 Lupulorum,
 Cichoreæ,
 Cuscutæ,
 Betonicæ,
 Ceterach,
 Endiuix,
 Fumiterræ. ana. vncias
 duas.

Rad. Apij.

R 2

Fœniculi,

Fœniculi,
 Petroselini,
 Acori,
 Glycyrrhizæ. ana. vncias
 quatuor.
 Asari vnciam semis.
 Sem. Anisi.
 Fœniculi. ana. vnciam
 vnam.
 Polypodij quercini vncias
 duodecim.
 Prunorum Damascenorum.
 Ficum pinguium. ana. nu-
 mero triginta duo.
 Passularum vncias quatuor.
 Senæ Alexand. vnciam vnam.
 Flor. Boraginis,
 Buglossæ,
 Violarum.
 Rosarum rubearū. ana.
 vnciam vnam.
 Incidantur & contundantur, ac
 misceantur omnia simul.

Omnēs in vniuersum humores ad
 expulsionē preparat: incidit enim
 tenuat, concoquit, aperit & abstergit, ca-
 piti, pectori, ventriculo, iecori, nec non
 lieni familiare.

Pro Acoro Calamum Aromaticum sumen-
 dum esse censemus: Palustris enim alter, seu
 vulgaris plus adstrictionis quàm apertionis ha-
 bet.

**DECOCTVM CA-
 PILLORVM VENE-
 RIS, MESVÆ.**

R Capillorum Veneris recenti-
 um vnciam vnam semis.
 Summitatum Fumiterræ,
 Lupuli,

Violarum ficcata. ana. vnciam
 vnam.
 Prunorum Hispanicorū, aut
 Damascenorum numero
 quadraginta.
 Sebesten numero decem.
 Iujubarum numero viginti.
 Coquantur in libris tribus aquæ
 lento igne ad consumptionem
 duarum librarum.
 Infunde tandem
 Pulpæ Cassiæ fistulæ vncias
 tres
 Tamarindorum vncias duas,
 Rhabarbari boni drach. tres.
 Frigidum manibus frica, frige-
 factum cola, & repone.

Bilis flauæ ardorem compescit, sangui-
 nem purificat, eisdemq; feruorem
 attemperat.

**DECOCTIO CAR-
 MINATIVA.**

R Sem. Anisi,
 Dauci,
 Cumini,
 Carui,
 Fœniculi, ana. drachm.
 tres.

Glycyrrhizæ vnciam semis.
 Florum Chamemæli mani-
 pulum semis.
 Passularū vnciam vnā semis.
 Incisa misceantur.

Flatus potentèr discutit, ob id Coli-
 cos dolores mitigat. Inditur potissi-
 mùm Enematibus, vbi frigida pituita,
 aut crassi flatus negotium faciunt.

DECO-

DECOCTVM EPI-
THYMI, MESVÆ.

℞ Myrobalanorum Indorum,
Stœchadis Arabicæ,
Passularum.
Epithymi. ana. vnciam vnam
Myrobalanorum Chebulorū
Fumiterræ. ana. drachmas
quatuor.
Folliculorum Senæ vnciam
vnam.
Polypodij quercini drach-
mas sex.
Turbiti albi drach. quatuor.
Eupatorij drachmas quinq;.
Seri caprini libras tres.

Bulliant omnia simul, præter E-
pithimum, ad consumptionem
duarum librarum. tunc adde E-
pithimum, & semel feruefac:
tolle ab igne, & adde

Hellebori nigri drachm vnam
Agarici scrupul. vnum semis.
Salis Indi drachmam vnam se-
mis.

Stent per horas octo, vel decem
macerata, factâ deindè optimâ
expressione colentur.

Bilem atram ac pituitam salsam va-
cuat, ob id affectibus Melancholicis,
vt Cancro, Elephantiasi, ac sæde sca-
biei medetur.

DECOCTVM FLO-
RVM ET FRV-
CTVVM.

℞ Caricarum numero quinq;.
Prunorum Damascenorum
numero quindecim.

Iujubarum,
Sebestē. ana. numero viginti.
Tamarindorum vnciam vnā.
Florum Rosarum,
Violarum,
Boraginis,
Buglossæ. ana. drach-
mam vnam.

Capillorum Veneris,
Lupulorum,
Endiuia. ana. manipulū semis
Glycyrrhizæ drachmas duas.
Incidentur, & contundantur
pro vsu.

Moderatè refrigerat, lenit & hu-
meſcat. cor jecur & pectus recre-
at, humores quoq; ad commodam eua-
cuationem apparat.

DECOCTVM FVMA-
RIÆ, MESVÆ.

℞ Suc. Cichorij,
Endiuia,
Lupuli,
Boraginis. ana. vncias
quatuor.

Fumiterræ vncias octo.

Quibus coctis & purgatis adde
Myrobal. Citrinorum,
Indorum. ana.
drachmas duas.

Passularum mundatarum
vnciam vnam.

Tamarindorum vncias tres.

Coque iterum modicum, frica,
cola, & serua.

Sanguinē à bile flauâ & adustis hu-
moribus repurgat; hepatis obstructio-

nes aperit, ac inde natum Icterus sanat.

Decoctum hoc Fumatæ Mesuæ, potentius est altero, quod de Myrobalanis inscribitur; cuius usus apud nos euiluit. Vnde id ipsum in hac editione omisimus.

DECOCTVM PE- CTORALE.

℞ Passularum minorum mundatarum vnciam vnam.

Sebesten,

Iujubarū. ana. numero quindecim.

Dactylorum numero sex.

Caricarum pinguium numero quatuor.

Hordei purgati vnciam vnā.

Glycyrrhizæ vnciam semis.

Capillorum Veneris manipulum semis.

Hyssopi drachmas duas.

Incidentur, & misceantur.

Pectoris vitis, utpotè Catarrho, tussi, Asthmatis, Pleuritidi, & id genus aliis noxis pectus afficientibus vtile existit; thoracem lenit, & ab humoribus eidem impactis repurgat.

DECOCTVM SENÆ, D. GEREONIS.

℞ Folliculorum Senæ vnciam vnam semis.

Foliorum Senæ vnciam vnā.

Zingiberis drachmam vnam

Florum Boraginis,

Violarum,

Rosarum rubearum.

Arantiorum. ana.

drachmas duas.

Polypodij quercini vnciam semis.

Passularum purgatarum vncias duas.

Sebesten,

Prunorū. ana. numero duodecim.

Aquæ fontis libras quatuor.

Fiat Decoctum secundum artē, ita vt Sena parum ebulliat, & vas optimè obturatū per sex horas dimittatur: deinde exprimatur.

Affectibus Melancholicis, Quartanis, Cancro, lvi Venereæ, & similibus idoneum

Pura alia Decocta, utpotè Decoctum Eupatorii, Galli veteris cuius in Colicâ usus est, Myrobalanorū, Stœchados, Cephalicum item & Cordiale qui nosse eorundemq; usum inire voluerit, videat Mesuæum, Andernacum, Iohannem Iacobum Weckerum in Antidotario speciali lib. 2. Florentinos, & alios explicatam horum doctrinam fusè tradentes. Nos vñtatione solū ac magis consueta huc apposuimus, cætera namq; ad prudentis cuiuscunq; Medici præscriptum quotidie parari poterunt.

INFVSVM SERI LACTIS, MESVÆ.

℞ Foliorum Rosarum recentium completarum mundatarum vncias duas.

Rhabarbari electi drachmas duas, grana duodecim.

Nardi Indicæ drachmam vnam semis.

Rhabarbarum, & Rosæ similiter & Spica minutim incidentur, macerenturque per noctem in Seri

Seri lactis caprini libris duabus:
id deinde cola, ac leuiter expri-
me.

Sanguinem depurat, bilem quoq; fla-
uam, tenues & calidos ichores eidem
admixtos clementer ac sine molestia edu-
cit, & Erysipelata iuuat.

INFVSVM ALIVD
SERI LACTIS.

℞ Florum Boraginis,
Buglossæ,
Fumiterræ,
Epithymi. ana. mani-
pulum semis.

Polypodij quercini drachmas
sex.

Fœniculi drachmas duas.

Folliculorum Senæ vnciam
semis.

Aquæ lactis libras tres.

Fiat Decoctio ad tertiæ partis
consumptionem, & addantur
Mellis Rosati vnciæ duæ.

Adustos humores temperat & ex-
pellit; cutem à scabie ac prurigine
mundificat.

INFVSVM HIERÆ

MESVÆ.

℞ Hieræ Simplicis,
Aloës. ana. drachmas quinq;
Macerata Decocto Epithymi su-
prascripto ad libram vnam in
vase vitreo, & insola dies de-
cem.

Ventriculum & caput expurgat,
proinde amborū doloribus assiduis

ac Hemicrania confert; nec non febribus
antiquis & morbis Melancholicis auxi-
lio est.

HYDROMEL SIM-
PLEX.

℞ Mellis libram vnam.
Aquæ pluuiæ vel fontis libras
octo.
Decoquantur donec Mel non
amplius spumer.

HYDROMEL COM-
POSITVM.

℞ Aquæ fontis libras viginti.
Mellis despumati libram vnā
Saluæ,
Origani. ana. pugillum semis.
Anisi,
Coriandri. ana. drachmam
vnam.
Glycyrrhizæ drachmas duas.
Cinamomi drachmam vnā
semis.
Bulliant ad consumptionem
quartæ partis & colentur.

HYDROMEL PVR-
GANS.

℞ Hydromelitis mensuram v-
nā, seu vncias triginta duas.
Caricarum pinguium nume-
ro octo.
Fol. Senæ electæ,
Polypodij quercini. ana. vnci-
am semis.
Sem, Anisi drachmam vnam.
Cinamomi drachmam semis
Zingiberis scrupulum vnum.
Coquan-

Coquan-

Coquantur ad medias: colaturæ
adde

Sacchari Cādi rubei vncias duas
Misce, vt artis est.

Datur ijs qui Medicamenta cetera
respuunt, ac interim alui leuatio-
ne indigent. Eccoproticon fœlix, pueris,
senibus, ac ijs quos sedes remorantur, fa-
miliare.

Aliqui Anisum & Zingiber omitunt, Dosis
Cinamomi duplicantes.

POTVS HYPOCRATI-
CVS.

R Cinamomi vnciam semis.

Zingiberis vnciam semis.

Caryophyllorū drach: semis.

Cardamomi,

Macis,

Granorū Paradisi. ana. drach-
mam vnam.

Galangē drachmā vnā semis.

Seminis Anisi drachmā semis

Vini libras decem.

Sacchari albi librā vnā semis.

Fiat Potus secundum artē.

Cerebrum & ventriculum roborat,
spiritus auget, vitales facultates
fulcit, amissas vires reparat, ac infirmæ
coctioni opem præstat.

IVCUNDIOR PO-
TVS HYPOCRATI-
CVS, SIC ALITER

PARATVR.

R Cinamomi electi vncias duas

Zingiberis,

Galangē ana. scrupulos duos.

Nucis Moschatæ scrupulum

vnum.

Sacchari albissimi vncias se-
decim.

Vini albi potentis ac odori-
feri libras quinq;.

Macerando probè tecta per ho-
ras octo, vel decem, posteaq; sæ-
pè sæpius percolādo redigantur
in Potum Hippocraticum trans-
colatum liquorem Aromatibus
in manicā Hippocratis conten-
tis semper reaffundendo.

Fiat vt artis est.

Plures descriptiones ac formu-
las Potus Hippocratici qui per-
quirere volueris, Euonymū, Ar-
noldum, Alexandrum Benedi-
ctum, Ioannem Langium, Fæli-
cem Platerum, Heurnium, & a-
lios consulat.

CREMOR PTI-

SANÆ.

R Hordei mundi excorticati li-
bram vnam.

Aquæ quantum sufficit.

Bulliat semel, factâ ebullitione
remoueat prima aqua, & af-
fundatur recens, quæ iterum co-
quatur ad consumptionem me-
dietatis, ac per pannum coletur:

TAbidis ex vsu est, Hæcticis consum-
ptis, & à prolixo morbo extenuatis
idoneus ac perutilis.

Monendi sunt Pharmacopæi, ne decocta in
magnâ quantitate parent Præstiterit enim
Species pro decoctis in promptu habere, vt ex ijs
confestim pro Medici præscripto decoctum
recens parari possit, cū aliās & mox
quidem corrumpantur, &
acescant.

MEDL



MEDICAMENTORVM OFFICINIS PHARMACEVTICIS REIP. AVGVSTANÆ VSI

TATORVM CLASSIS NONA.

PVLVERES MEDICATOS, EORVNDEMQVE COMPOSITIONES EXPLICANS, INTER QVOS PVRGANTES PRIMAM CONSTITVNT ACIEM.

PVLVIS SENÆ PRÆPARATÆ, MONTAGNANÆ.

℞ Foliorum Senæ vnciam vnam semis.
Zingiberis,
Macis. ana. drachmas tres.
Cinamomi,
Tartari. ana. drachmam vnā semis.
Fiat Puluis.

A Dustos & retorridos humores Melancholicumq; succum hoc Puluere purgamus, serosam aquarum colluuiem exhaurimus, pituitam salsam & putrilaginem iam conceptam deturbamus, eoque nomine cutis seditatem, scabiem, Leporam, ceterasque eius generis sordes eluimus. Sumpta est formula ex remedium penu Montagnanæ, cui etiam capitis purgandi vires attribuit.

Quidam Anisum addunt drachmę pondere, alij Tartarum augent: prudenti cuiq; suum sit hac de re iudicium. Nos huic formulæ assueti felix sic Medicamentum experti sumus.

Consimile serè Medicamentum in ore Medicorum circumfertur sub nomine Pulueris Tartari præparati, qui ab aliquibus sic constituitur.

℞ Tartari albi,
Senæ selectissimæ. ana. vnciam vnam.
Diagry dij drachmas duas.
Seminis Anisi,
Cinamomi electi,
Galangæ. ana. drachmam vnam.
Caryophyllorum drachmam semis.
Misce, fiat Puluis.

Priore longè valentior: pituitam & bilem succumq; Melancholicum, & adustus ac retorridos humores purgat. Eius descriptionem Clarissimus Vir D.D. Philippus Höchstetterus Collega noster perquam honorandus ab autore sibi traditam nobis communicauit.

PVLVIS SOLVTI-VVS DE TRIBVS.

℞ Foliorū Senæ drachmas sex.
S Turbith

Turbith drachmas quatuor.
Rhabarbari drachmas duas.
Glycyrrhizæ,
Sem. Anisi,

Foeniculi. ana. drachmā
vnam.

Spicæ Indicæ scrupulū semis.
Fiat Puluis.

Inscibitur hic Puluis de Tribus, ob
tria Simplicia purgantia que eius cō-
positionem ingrediuntur, Rhabarbarum
nempe, Turbith, & folia Senæ. Confert
autem hepatis & Venarum mesaraica-
rum obstructionibus, Hydropi incipienti,
ac ventris inflationibus: crudorum quo-
que humorum frigidorum maxime colle-
ctionem è ventriculo & mesenterio eij-
cit; & Diaphœnici vires emulatur.

**PULVIS SOLVTI-
VVS MAGISTRALIS,**
STOKSTALDI.

R Turbith electi vnciam semis.
Cinamomi,
Zingiberis. ana. drachm. duas
Caryophyllorum,
Cardamomi,
Galangæ,
Mastiches. ana. drach. semis.
Sem. Anisi drachmam vnam.
Hermodactylorum,
Diagrydij,
Foliorum Senæ ana. drach-
mas quatuor.
Sacchari vncias tres.
Fiat Puluis.

Hydropicis ac veteri ictero sædatis
opitulatur; pitustam namq; & bi-

lem purgat, estq; Medicis nostris frequē-
ti vsu familiaris. Datur à scrupulis duo-
bus ad quatuor in robustioribus. Descri-
ptionem eius vide in Valefco.

**PULVIS AD SVppo-
SITORIA COMMVNIA.**

R Aloës drachmas duas.
Cumini,

Salis Gemmæ,

Rutæ. ana. drachmam vnam.

Fiat Puluis, qui subigatur cum
sufficienti quantitate Mellis, &
redigatur in glandes.

ALIVS ACVTIOR.

R Aloës vnciam semis,

Hellebori albi,

Granorum Colocynthidos.

Centaurij,

Cumini,

Rutæ. ana. drachmam vnam.

Fiat Puluis, qui Melle subactus
effingatur in glandes, seu suppo-
sitoria.

**PULVIS AD SVppo-
SITORIA SICCA.**

R Specierum Hieræ Picræ vnci-
am vnam semis.

Colocynthidos pulu. drach-
mas sex.

Hellebori albi pulu. vnciam
vnam.

Salis communis vncias tres.

Farinæ frumenti vncias de-
cem & octo.

Cum vitello ouorum, & Melle
despumato quantum sufficit fi-
ant suppositoria.

Notan-

Notandum, tamen si Suppositoria hæc aluum sollicitent, ac sedes remorantes euocent, ea tamen mulieribus grauidis haudquam euta existere, prout nec ijs quibus hæmorrhoides molestæ esse solent; his enim uel leuissima ex solo Melle, vitello oui, ac modico sale confecta sufficiunt: quibus acuedis nonnulli Muscerdam, hoc est, murium steruus paucâ quantitate indunt.

PVLVIS AD VERMES SEU LUMBRICOS.

R Sem sancti uncias quatuor.
Foliorum Senæ unciam vnâ.
Coriandrorum præparatorum.
Cornu cerui. ana. drach. femis.
Fiat Puluis.

Is est Officinis nostris vsitatus, alijs alij sunt in vsu, Venetorum, Ferrariensium, Nursini, & aliorum qui requirit, consulat Fosij Pharmacop. Sect. 9. de Pulueribus.

Semen sanctum, est semen Absinthij Seriphij, quod aliàs Santonicum dicitur. Officina semen hoc passim vocant semen Lumbricorum, quod ipsum vulgus Wurmsamen appellat, eo quod id vermes & Lumbricos euocare ac expellere sit edoctum.

PVLVIS CONTRA ABORTVM.

R Granorum Chermes drachmam vnâ.
Santali rubri drachmâ femis.
Caryophyllorum scrupulum vnum.
Nucis Moschatæ scrup: duos.
Rad. Torment. drach. femis.
Margarit. præparat.
Coralli vtriusq; præparati ana. scrupulum vnum.
Foliorum Auri numero tria.
Manus Christi perlatae drach. tres
Fiat Puluis.

Datur grauidis ad præcauendum Abortum ex ouo sorbili, vel vino odorifero, idq; non vnâ tantum vice sed sæpius, pondere scrupuli dimidij, vel etiam vnius; aut admiscetur Tragæis, prægnantibus vsui futuris.

Clarissimus Vir D. D. Ioan. Vdalricus Rumerus, Collega noster obseruandus ex priorum Medicorum August. traditione sequentem Pulueris contra Abortum descriptionem in hanc Pharmacopœiam fideliter contulit. Ea sic habet.

R Rosarum rubearum,
Mastiches,
Ligni Aloës,
Margarit. præparat.
Corall. rub. præpar. ana. scrupulum femis.
Spicæ Indicæ,
Macis,
Been vtriusq;,
Cinamomi electi,
Santali Citrini,
Cardamomi minoris,
Succini albi. ana. grana. quindecim.
Fiat Puluis.

Ex hoc additis Sacchari albissimi vncijs tribus Tragema paratur, quod grauidis à partu magnâ utilitate exhibetur.

Pro Saccharo communi Saccharum Rosatum Tabulatum nonnunquam assumitur, aut confectio Manus Christi Perlata.

PVLVIS AD STRIN- GENS GALENI.

R Aloës,
Mannæ Thuris,
Corticum Pini,
Terræ Lemniæ,
Boli Armeni,
Lapidis Hæmatitis,
Succi Hypocistidis.
Crocii,
Gallæ Omphacit. ana. drachmam vnâ.
Fiat Puluis.

PVLVIS ANONYMVS.

R Sem. Papaueris albi drachmas duas.

Portulacæ,
Cydoniorum,
Maluæ,

Bombacis. ana. drachmam vnam semis.

Quatuor Sem. frig. maior. excort. ana. drachmam vnā.

Gummi Arabici,

Tragacanthæ,

Amyli. ana. drachmas duas.

Hypocistidis,

Boli Armeni Orientalis præparati,

Cornu cerui vsti,

Rasuræ Eboris,

Cicerum rubrorum. ana. drachmam semis.

Cinamomi drachmas duas.

Penidiorū vnciam vnā semis.

Sacchari Canariæ vncias sex.

Misce, fiat Puluis,

TAbidis Phthysicisq; prodest; vlcera enim pulmonum lenit, abstergit, & glutinat: tenues ac salsos catarrhos sistit & incrassat, faucium asperitatem mitigat, ac defluxiones acres ad pulmones deuolui prohibet.

Nonnulli huic Liquiritiam, Rosas, semen Althææ, Corallos, Spécies Diatragacanthi frigidi, aut pulmonis vulpis præparati non nihil addunt; verùm hæc pro varia Medici prudentis intentione quocunq; tempore adijci possunt.

Similis ferè Puluis extat descriptus apud Valescum, Puluis Haly dictus, easdem vires cum priore obtinens; cuius descriptio hæc est.

Sem. Papaueris albi drachmas quinq;
Gummi Arabici,
Amyli,
Tragacanthæ. ana. drachmā vnam semis,
Sem. Portulacæ,
Gossypij,
Althææ,
Maluæ. ana. drachmas duas semis.
Quatuor Sem. frig. maior. excorticatorū,
Cydoniorū mundatorum. ana. drachmas tres semis.
Spodij præparati,
Succi Liquiritiæ, vel potius pulueris eius. ana. drachmam vnam semis.
Penidiorum ad pondus omnium,
Misce, fiat Puluis.

Notandum, Puluerum horum semina frigida continentium non nimiam vnā vice quantitatem præparari debere, ne Puluis diuturniore situ euadat rancidus.

PVLVIS BEZOARDI-

CVS. D. NICOLAI PRÆ-
POSITI.

R Boli Armeni cum aceto præparati vncias tres.

Terræ Sigillatæ,

Coriandri præparati,

Specierum Diamarg. frig.

Rad. Tormentillæ,

Dictamni vulgaris,

Angelicæ,

Scabiosæ ana. drachmas duas.

Sem. Acetosæ,

Citri mundati,

Rutæ,

Cardui Benedicti,

Cornu cerui vsti,

Doronici Romani,

Charabe. ana. scrupulos quatuor.

Rosarum rubearum,

Corallij vtriusq;

Ligni

PHARMACOPOEIA

Ligni Aloës,
 Serici crudi,
 Santalorum omnium,
 Margaritarum perforatarum
 Ossis e corde cerui. ana. drach-
 mam vnam.
 Smaragdorum,
 Ambrae. ana. scrupulos duos.
 Moschi scrupulos quatuor.
 Croci grana quindecim.
 Camphoræ grana decem.
 Fiat Pulvis, vel cum Syrupo e
 Ribes fiat in modum Opiatæ.

A Duersus pestiferæ luis insultus effi-
 cacæ, cordis vires eximie tuetur, spi-
 ritus vitales fulcit, internas putredines
 abolet, & contagiosis quibuslibet mor-
 bis aduersatur.

PVLVIS ELECTVARI
 DE BOLO.

℞ Boli Armeni purissimi loti a-
 quâ rosarum vnciam semis.
 Rad. Tormentillæ,
 Angelicæ. ana. drach-
 mas duas.
 Coralli rubri,
 Rafuræ Eboris,
 Cornu cerui,
 Rosarum rubrarum. ana.
 drachmam vnam & semis.
 Sem. Melonis,
 Acetosæ,
 Citri mundati,
 Iuniperi,
 Bombacis mund. ana. drach-
 mam vnam.
 Anisi,

AUGVSTANA 104

Foeniculi,
 Cinamomi,
 Xyloaloës (aut Satali Citrini)
 Macis. ana. drachmam semis.
 Fiat Pulvis.

SIMPLICIOR A NON-
 NVLLIS SIC PARATVR.

℞ Boli Armeni vnciam semis.
 Rad. Tormentillæ drachmas
 duas.
 Angelicæ drach. vnam.
 Sacchari ad pondus omnium
 Fiat Pulvis.

V Terq; febribus malignis, pestife-
 ris, ac contagiosis potentè resistit,
 eorumq; insultus reprimat, spiritus ex-
 tinguat, prohibet, eosdemq; euanos repa-
 rat: sudores euocat, ac pestilentis luis no-
 xas disijcit.

PVLVIS AD CAL-
 CVLVVM.

℞ Sem. Milij Solis,
 Saxifragiæ. ana. drach-
 mam vnam.
 Lactuæ,
 Hyoscyami,
 Papaueris albi. ana. scrupulos
 duos semis.
 Quatuor Sem. frigid. maio-
 rum. ana. scrupulos duos.
 Glycyrrhizæ scrupulos qua-
 tuor.
 Trochisc. de Halicacabo
 drach. vnam semis.
 Rad. Pimpinellæ,
 Sem. Geniste. ana. drach. sem.
 S 3 Sacchari

Sacchari vncias duas.

Fiat Puluis.

Datur Nephriticis & Calculosis ad renum arenulas exturbandas, & vtererum obstructiones leuandas ex aqua Malua, aut Ononidis.

PVLVIS AVICENNÆ
E CINERIBVS.

R Cinerum Vitri,
Scorpionum,
Rad. Brassicæ,
Leporis,
Putamin. ouorum,
e quib⁹ pulli fuerint exclusi,

Lapidis Spongiæ,
Sanguinis hirci præparati,
Lapidis Iudaici,
Gummi Iuglandis,
Acori. ana. drachmam vnam.
Petrofelini,
Dauci,
Pulegij,
Gummi Arabici,
Sem. Altheæ,
Piperis nigri. ana. drachmam
vnam semis.

Terantur, & simul misceantur.

Priore longè validior, vrinas magis promouet, & calculos potentiùs elidit, nec nisi consideratè vsorandus: qui tamen, vt & prior, nostris raro est vsui.

*Pro Gummate Iuglandis quod vix vllibè pro-
stat Gummi Cerasorum commodissimè substi-
tuitur, etenim calculis vexatos cum vino po-
rum adiuuat & ei tenuium partium magna
facultas inest.*

PVLVIS AD CASVM.

R Terræ Sigillatæ, aut Boli Ar-
meni,

Sanguinis Draconis,
Mumia. ana. drachmas duas.
Spermaris Ceti drach. vnam.
Rhabbarbari drachmā semis.
Misce, fiat Puluis.

Propinatur præcipitatis, ruptis, con-
tusis, fractis, ex vino astringente,
vel cui incoxerint quæ stringendi vim
habent vt Rose, Balaustia, Cytini, Ma-
licorum, Myrti & Rubi cacumina, Su-
mach, & id genus alia. Hoc vino in-
tincta lintea & expressa, calida labo-
ranti circumuoluta omnem ex icu &
præcipitio offensionem mirificè curant,
estq; celebre Hispanis nec contemnen-
dum remedium. Quidam reliqua Sim-
plicia ex Auicenna subdupla Rhabbar-
ro faciunt, etsi aequalia quoq; esse possint.

**PVLVIS AD DENTI-
FRICIA.**

R Cornu cerui vsti,
Pumicis,
Coralliorum rubeorum,
Alborum,
Tutiæ præparata,
Mastiches,
Sandaracæ, id est, Vernicis,
Cinamomi. ana. drachmam
vnam.
Rad. Ireos drachmas quatuor
Moschi grana sex.
Misce, fiat Puluis.

Mucosos dentes à sordibus purgat
Meosq; dealbat ac mūdificat, gingi-

uas quoq; stringit & dentium radices
obfirmat.

PVLVIS PRO EPI-
THEMATE CORDIS.

℞ Florum Buglossæ,
Boraginis,
Melissæ. ana. mani-
pulum semis.
Santalorum omnium,
Rosarum rubear. ana. drach-
mas duas.
Corticum Citri,
Semi. Acetosæ,
Ligni Aloës,
Caryophyllorū. ana. drach-
mam vnam semis.
Fragmentorum Lapidū pre-
tiosorum omnium. ana.
drachmam vnam.
Doronici,
Been vtriusque,
Succini seu Charabe,
Ossis de corde cerui. ana. seru-
pulos quatuor.
Margaritarum præparatarū,
Corallij vtriusq;
Spodij. ana. drachmam semis.
Crocī scrupulum semis.
Camphoræ grana sex.
Moschi grana tria.
Trita omnia probe vsui refer-
ventur.

Mira est eius efficacia in affectibus
cordis eiusq; palpitatione, Synco-
pe, & deiectis propemodum vit alibus fa-
cultatibus: nobilissimum enim viscus

sopitum, & veluti tenebris aut caligine
occæcatum excitat. Melancholicis, Sple-
nicis, tristibus & desperantibus succur-
rit, in pestilente cordis spiritus resocillat.

PVLVIS PRO EPI-
THEMATE HEPATIS.

℞ Santalirubri,
Albi,
Citri. ana. vnciam
semis.
Rosarum,
Coralli,
Spodij. ana. drachmam vnam
Camphoræ. scrupulum vnū.

Hepatis inflammationi confert, eius-
que exastuationem temperat. Ad-
hibetur cum aqua Endiuie, Rosarum,
Acetosæ, & aceti parte aliqua.

PVLVIS GRISEVS
CÆSARIS CONTRA
PESTEM.

℞ Rad. Pimpinellæ,
Gentianæ,
Tormentillæ,
Serpentariæ,
Foliorum Rutæ,
Absinthij,
Nucum iuglandium seu Re-
giarum.
Granorum Iuniperi,
Aceti Rosati,
Theriacæ electæ. ana. vnciam
vnam.
Misceantur omnia simul.

In præseruatione, & curatione Pestis
plurimum valet. Datur à scrupulis
duobus ad quatuor.

Quidam

Quidam addunt Castorei vnciam semis.

PVLVIS HYSTERICVS.

℞ Rad. Dictamni albi drach. tres
Zedoariæ drachmam vnā.
Cort. Citri ficci,
Sem. eiusdem. ana. scrup. duos
Fragmentorum Lapidū pre-
tiosorum omnium ana. gra-
na duodecim.
Specier. Diamargariti calid.
drachmas duas.
Sacchari albi vnciam vnam.
Fiat Puluis.

VTerinos dolores placat, eiusq; ex-
purgat illuuiē. Mēses quoq; retar-
dantes & Secundas moram trahentes
propellit, animi defectiones ob vapores
ab utero sublato ortas arcet, ac matricis
suffocationem abigit.

PUerem hunc multæ utilitatis & experti in-
muliebribus morbis prædictis iuamenti,
Clariss. Vir D. D. Ioan. Valtricus Rümmlerus Col-
lega noster obseruandus, ex prædecessorum no-
strorum Pragmaticorum celebri vfu fidelissimè
nobis tradidit.

PVLVIS MARCHIONIS SEV EPILEPTICVS.

℞ Radicum Pœoniæ maris de-
crescente lunâ effossi vnciam
semis.
Visci quercini,
Rasuræ Eboris,
Vngulæ Alcis,
Spodij,
Vnicornu, vel eius loco
cornu cerui ex apici-
bus desumpti,

Corall. rubcorum,
Alborum,
Margaritarū præpar ana. drach-
mam vnam.
Folio. Auri puri numero viginti.
Fiat Puluis.

Prodest hic Puluis Apoplecticis, Epi-
lepticis, ac Incubo laborantibus. In-
temperiem cerebri humidam corrigit, &
nocturnos terrores fugat.

PVLVIS AD NASALIA.

℞ Calaminthæ,
Majoranæ,
Rad. Ireos,
Castorei,
Sem. Nigellæ,
Staphisagriæ. ana. scru-
pulum vnum.
Hellebori albi,
Pyrethri,
Nucis Moschatae,
Myrrhæ rubæ,
Euphorbij. ana. scrupulos
duos.

Conterantur singula, deindè cū
Labdani drachmis sex & Melle
modico formentur Nasalia.

Sternutationem potentissimè cient,
Sac crassa per nares phlegmata euo-
cant. Lethargo ac Epilepsia profunt. Ca-
talepticos & attonitos iuuant, sed cautè
ijs vtendum præsertim in corporibus nõ-
dum purgatis, ne subita humorum per
irritationem tam fortem, præcipitatio,
suffocationis repentina periculum infe-
rat.

P V L.

PVLVIS PARTVM PRO-
VOCANS.

℞ Cinamomi drachmam vnam
Crocī drachmam semis.
Cassīæ lignēę verę scrup. duos
Succini albißimi scrupulum
vnum.

Fiat Puluis.

Ad partus labores facilitandos vti-
liter exhibetur, eosdem namq; ac-
celerat, & fœtus exclusionem promouet.
Datur ex aqua Liliorum alborum, Con-
solidæ regalis, aut alterius consimilis.

ALIVS HELIDEI DE
PADUANIS.

℞ Cinamomi,
Crocī ana. scrupulum vnum.
Boracis scrupulos quatuor.
Detur ex aqua Artemisiæ.

Vsitatissimus ac expertissimus quō-
dam erat hic Puluis Helideo de Pa-
duanis Medico Bononiensī eximio, qui
eundem secretum sibi adeo habebat, vt
non nisi fidißimis amicis aut prædilectis
discipulis eum communicaret.

Augetur horum puluerum efficacia, si eis te-
sticulorum equinorum aridorum aut lu-
lorum, Nucum Iuglandium puluis admisceat-
tur, quod pro prudentis Medici arbitrio & exi-
gentis necessitatis occasione fieri poterit.

PVLVIS RVBEVS CÆ-
SARIS CONTRA PE-
STEM.

℞ Myrrhæ electæ,
Crocī ana. drachmam vnam.
Offis de corde cerui scrupu-
los duos.
Cornu cerui drachmas duas.

Dictamni Cretici,
Tormentillæ,
Pimpinellæ,
Gentianæ ana. drachmas du-
as, scrupulos duos.
Zedoariæ,
Zingiberis ana. drach. tres.
Sulphuris viui,
Boli Armeni veri ana. drach-
mas quatuor.
Camphoræ scrupulos qua-
tuor.
Theriacæ Andromachi,
Mithridatij optimi ana.
drachmas sex.

Fiat omnium Puluis, aspergen-
do aquæ vitæ modicum, vt est
artis.

In anno Christi 1572. quo Pestis inua-
luit, nobis fuit frequentissimus & D.
Achilli nostro p. m. familiaris. Sunt &
aliæ Compositiones plurimæ Puluerum
Alexipharmacorum, de quibus consule
Fœsum.

PVLVIS RVBEVS PAN-
NONICVS.

℞ Boli Armeni cum aquâ Rosa-
rum & Acetosæ præparati
vncias tres.

Terræ Lemniæ veræ præp. vn-
cias duas.

Corallorum rubeorum præ-
paratorum vnciam dimi-
diam.

Corallorum alborum præp.
drachmas sex.

Lapidū pretiosorum, scilicet.
Smaragdi,

T

Ru-

Rubini,
Saphyri,
Hyacinthi. ana. drachmas
quatuor.

Margarit. prepar. drach. quin-
que.

Cinamomi electi drach. duas

Caryophyllorum drach. vnā.

Seminis Acetosæ drach. duas.

Corticum Citri,

Santali albi. ana. drachmam
vnam semis.

Santali rubri drachmas duas.

Spodij præpa. drach. quinq;.

Rasuræ Eboris drachmas tres.

Croci Orientalis drach. vnā.

Vnicornu, aut eius loco, ossis
de corde cerui drachmas
quatuor.

Foliorum auri purissimi nu-
mero quinquaginta.

Fiat omnium Puluis.

A Duersus pestilentium februm no-
xas, & contagiosorum ac venena-
torum morborum adorsiones maximè po-
tens est. Datur puerulis & infantibus
ubi Variolarum aut morbillorum suspi-
cio allest, eos namq; efficaciter expellit, ac
cor à putridi vaporis aut humoris con-
taminatione tutum reddit. Medicamen-
tum planè Regium, unicuiq; ætati ac
sexui familiare & accommodum. Præ-
betur cum Syrupò de acredine Citri vel
Limonum, & aquâ Cardui, Acetosæ,
vel Boraginis.

**PVLVIS RVBEVS PAN-
NONICVS ALTER.**

R Bolii Armeni Orientalis præp.
vncias duas.

Terre Sigillatę vere vncias sex.

Lapidum pretiosorū, scilicet.

Hyacinthi,

Saphyri,

Rubini,

Smaragdi. ana vnciana
vnam.

Margaritarum preparatarum
drachmas decem.

Spodij preparati,

Rasuræ Eboris. ana. drachmas
quinq;.

Coralliorum rubeorum præ-
paratorū drachmas octo.

Coralliorum alborum præ-
par. vnciam vnam semis.

Rad. Tormentillæ,

Diptami, ana. vncias qua-
tuor.

Vnicornu, aut eius loco cor-
nu cerui drachmas sex.

Santali albi drachmam vnā.

Radicis Doronici drach. sex.

Seminis Acetosæ drach. duas.

Corticum Citri drachmam
vnam, & semis.

Camphoræ drachmas duas.

Puluerifentur singula per se, &
misceantur, addendo foliorum
auri numero quinquaginta, &
fiat Puluis.

Si Electuarium velis in formā
solidā, ita parandum erit.

R Specierum supradictarū vn-
ciam vnam cum dimidiā.

Sacchari albissimi vnc. duo-
decim.

Dissoluatursaccharū cum aquā
Rosa-

Rosarum, & conficiantur rotulae.

Easdem quas prior jam dictus vires obtinet, imò valentiores, ob Tormētille, Diptami, Doronici radices, & Camphoram, quorum quidem occasione sumentibus minus gratus existit, sed plus magis efficax.

Pro Unicornu, & osse de corde cerui, substituentur aliqui non inconsulto caluariam cerui intra festa Paschatis & Pentecostes capti.

PVLVIS SAXONICVS.

℞ Rad. Valerianæ vnciā semis.

Vincetoxici,

Vrticæ ana. vnciam vnā.

Polypodij quercini,

Rad. Althææ,

Angelicæ syluestris. ana. vncias duas.

Angelicæ satiuæ recentis vncias quatuor.

Cort. rad. Laureolæ Germanicæ, quam Kellerßhals appellant, vnciam vnā semis.

Radices illæ omnes effodiantur eo tempore quod xv. Augusti & xiiii. Septembris intercudit: illæ incisæ reponantur in ollam vitreatam affuso aceto acerri- mo, quod duobus digitis radices excedat, tum olla operculo clausa rimæ omnes albo oui cū farinā subacto diligenter obli- nantur, & sic in ollā ad lentum ignem leniter omnia bulliant: postea olla aperta abiecto quod redundat aceto radices exiccen- tur, quoad teri possint: deniq;

contritis omnibus addantur a- cini herbæ Paris dictæ numero 26. & fiat Puluis.

Puluis hic in Saxoniam primum vsur- pari ceptus, Pesti ac venenis quoq; assumptis egregie aduersatur, & deletere- riorum vires frangit: cuius drachma adultis & validis (aliis enim minor Do- sis sufficit) propinatur è vino albo aut alio liquore conueniente. Vide Moiba- ni Parabilia in Dioscorid. lib. 2. cap. 143. ibidem varias descriptiones, & usum reperies.

PVLVIS STERNVTA- TORIVS.

℞ Maioranæ drach. vnā semis.

Betonicæ,

Pyrethri ana. drachmā semis.

Hellebori vtriusque. ana. drachmam vnā.

Pulegij scrupulum vnum.

Fiat Puluis.

Lentam pituitam, ac phlegma cras- sum, naribus insufflatus vel isdem affrietus prouocat: cerebrum à tenacibus humoribus purgat, & ossis Ethmoidi obstructions expedit.

PVLVIS AD STRV- MAM ARNOLDI DE VILLA NOVA.

℞ Spongiæ combustæ,

Pilæ marinæ tostæ,

Ossis sæpiæ,

Piperis longi,

Nigri,

Zingiberis,

T 2

Cina-

Cinamomi,
 Salis Gemmæ,
 Pyrethri,
 Gallarum,
 Lapidis spongiæ. ana. vnciam
 vnam.
 Puluerisentur, & misceantur.

Botium reprimat, ac incipientes colli-
 scrophas non tamen malignas discuti-
 tit: ad strumas insuper abolendas reite-
 rat à sæpius eius assumptione feliciter ex-
 hibetur.

PVLVIS VIOLARVM
 ODORATVS.

℞ Iridis Florentinæ vncias sex.
 Rosarum rubrarum vncias
 quatuor.
 Cyperi drachmam semis.
 Maioranæ,
 Caryophyllorum,
 Styracis. ana. vnciam vnam.
 Beniouin aut Benzoi,
 Santali Citrini. ana. vnciam
 semis.
 Violarum drachmas tres.
 Moschi drachmam vnam.
 Fiat Puluis.

Puluis hic tametsi ad odoramenta
 præstanda potissimum expetitur, ca-
 put tamen extrinsecus adhibitus eximie
 roborat, nec non cordis palpitationi me-
 detur.

ALIQVI EVNDEM SIC COM-
 PONVNT.

℞ Florum Violarum vnciam semis.
 Rosarum rubearum vncias tres.
 Benzoini vnciam vnam semis.
 Styracis Calamita,
 Santali Citrini,

A V G V S T A N A.

Albi. ana. vnciam semis.
 Rad. Cyperi rotundi,
 Maioranæ. ana. vnciam vnam.
 Caryophyllorum drachmas duas.
 Cinamomi electi drachmas tres.
 Rad. Ireos Florent. vncias tres.
 Moschi Alexandrini,
 Ambræ veræ. ana. scrupulum semis.
 Fiat Puluis crassiusculus.


PVLVIS PRO VLGERI-
 BVS GVTTVRIS.

℞ Sulphuris viui vncias quatuor.
 Myrrhæ rubæ, (or.
 Aluminis Sacchar. ana. vnci-
 as duas.
 Mastiches,
 Thuris. ana. vnciam vnam.
 Pyrethri drachmas sex.
 Fiat Puluis.
 ℞ Huius Pulueris vnciam vnā.
 Vini sublimati librā vnam.
 Misce.

Puluis hic Nosocomio Gallico à mul-
 tis annis familiaris, felici successu
 gutturis antiqua ac sæda vlcera repur-
 gat, & persanat. Vtebantur eo quondam
 D. D. Adolphi Occones August. Medici,
 ac subsequentes Illustrium ac Generoso-
 rum D. D. Fuggerorum Xenodochijs præ-
 secti, quibus in locis ex piâ & munificā
 præfati stemmatis D. D. Fuggerorum
 fundatione plurimi Syphilide labo-
 rantes vsq; ad plenam sa-
 nationem susten-
 tantur.

ME-

PHARMACOPŌIA
117



MEDICAMENTORVM OFFICINIS PHARMACEVTICIS REIP. AV-
GVSTANÆ VSI-
TATORVM.

CLASSIS DECIMA.
QVA ECLEGMATA,
SAPÆ, LINCTVS ET
LOHOCH COMPRE-
HENDVNTVR.

DIACODION SIM-
PLEX, GALENI.

℞ Capitem Papaueris albi, me-
diocris magnitudinis, nec ni-
mium viridium, nec nimium
maturorum numero viginti.
Aquæ pluuiæ, aut fontanæ li-
bras tres.

Macera horis viginti quatuor,
post coque donec capita conta-
buerint, cola, & adde
Mellis libras duas.

Coque ad iustam consisten-
tiam,

Fit cum Saccharo eodem
modo, item cum Sapâ hac
ratione.

℞ Decoctionis prædictæ libras
duas.

Sapæ vini dulcis tantundem.
Succi Glycyrrhizæ vnc. duas.
Coquantur ad iustam con-
sistentiam.

V Sus eius est in destillationibus te-
nuibus è capite in asperâ arteriam,
ex perpetua tussi in somniam parientibus.
Quod si magna humoris copia ex capite
circa pulmones constiterit, confectio ex
Melle melior est, quemadmodum somno
opus habentibus ea que ex Sapa constat.
Est autem Sapa vinum mustum ad ter-
tias decoctum.

DIACODION IOAN.
BAPT. MONTANIALIAS
SYRVPVS DE SILLI-

℞ Capitem Papaueris albi cum
feminibus numero viginti.
Siliquarû dulcium vnc. tres.

T 3

Radi-

Radicum Altheæ,
Glycyrrhizæ rasæ. ana. vncias
duas.

Aque fontis libras duodecim.
Eximantur è Siliquis grana, po-
stea decoquantur ad remanen-
tiam librarum trium, deinde ex-
primantur & colentur: postea
adde.

Sacchari candi Rosati libram
semis.

Penidiorum libram vnam.

Decoquantur ad Mellis con-
sistentiam.

Eo utimur in tenuibus & acris
rheumatismis pulmones & asperam
arteriam fluxione tentantibus, & con-
tinenti tussi peruigilium excitantibus.
Nobilissimum inter Arteriacas compo-
sitiones Medicamentum, & ex Linctuum
genere magnopere à Montano celebra-
tum.

Cum radices Altheæ Medicamentum hoc
ob odoris grauitatem ingratum reddere
soleant, ideo ijs Myrtibaccas æquali pondere
nec minori efficacia substituendas esse censui-
mus. Alij Altheæ radices penitus omittunt,
nullo in earum locum reassumpto succedaneo.

DIACODION ACTVA- RII IN SOLIDO.

R Capitem Papaueris, magni-
tudinis mediocris, non ni-
mium humidorum nec
omnino aridorum nume-
ro tredecim.

Rosarum rubearum drach-
mas duas semis.

Croci Orientalis,

Acaciæ,

Glycyrrhizæ. ana. drach. vna.

Boli Armeni vnciam semis.

Cinamomi electi,

Rad. Consolidæ maioris, aut
Symphyti petræi,

Hypocistidis.

Balaustiorum. ana. drach-
mam vnam.

Myrti,

Dauci. ana. vnciam vnam.

Corallij vtriusq;

Sumach,

Sanguinis Draconis,

Florum Altheæ. ana. drach-
mas duas.

Sem. Portulacæ drachmam
semis.

Capita Papaueris in aquâ pluui-
ali aut fontanâ duobus diebus
macerato; postridie ad tertias
coquito, & decoctum expressum
cum Mellis optimi libris duabus
ad iustam consistentiam bulliat:
postremo deposito ab igne vase
Species subtilissime tritas adijci-
to, ac bene vnito. Quod si solidi-
orem Compositionem efficere
volueris, decoctum expressum
prius iam dictum cum sufficien-
ti quantitate Sacchari decoqui-
to, accipiendo ad libram vnam
Sacchari Specierum ingredien-
tium vnciam vnam. Fiat con-
fectio in rotulis.

Coeliacis, Dysentericis, lenitati in-
testinorū ac alui proflumis prodest:
sanguinis sputo medetur, & acres tenues-
que fluxiones ad thoracē deuolui prohibet

Auctor

Auctor in textu legit Hali. Est autem Halus Halum siue Alum herba quæ Symphytum petraeum, aut Consolidam saxatilis dicitur, in cuius defectu radices Consolidæ maioris rectè substituuntur.

DIACODION SOLIDVM.

R Capitem papaueris albi, mediocri magnitudine, nec nimis uiridum, neq; prorsus ficcorum numero viginti.

Aquæ pluuiæ aut fontanæ libras tres.

Macerentur horis viginti quatuor, deinde coquantur donec contabuerint capita, & colentur: ad extremum adde Sacchari sufficientem quantitatem, & coquatur vt est artis.

Sumenda sunt Capita Papaueris flaccida inter recentia & arida medio modo sese habentia, qualia ferè sunt pridie collecta.

Id jam ferè in usu esse desit, cum multò iucundius parari à Pharmacopœis nostris soleat in modum sequentem.

DIACODION IN SOLIDO VSITATVM.

R Sem. Papaueris albi vnciam semis.

Aquæ Farfaræ,

Rosarum. ana. vnciam vnam semis.

Fiat emulsio, in qua dissolue Sacchari albi vncias quatuor.

Fiat confectio in rotulis.

Creberrimus huius confectiois usus ad tenues, saluos & acres ca-

tarrhos inhibendos ac incrassandos: tussim sedat, faucium asperitatem lenit, & raucedinem à calidis defluxionibus obortam auferit.

LOHOCH DE CAULIBVS, GORDONII.

R Succu Caulium rubeorum libram vnam.

Croci drachmas duas.

Sacchari,

Mellis. ana. libram semis.

Misce vt decet, & fiat Lohoch

Raucedini, & vocis ablationi medetur, ac pectus ab humoribus vitiosis repurgat, nec non spiritum facilitando thoracis leuat angustias, priscis forsitan magis quam nobis vsitatum Medicamentum, vt qui Brassicæ plurimè tribuentes ex ea singulis in corpore membris singula compararunt remedia, nunc nostris raro est vsui.

Meluz aliter in Pract. cap. de tussi humidâ preparat. Recipit enim Succu Caulium libras quinque, hunc spumam auferendo lento igne coquit ad libras duas: deinde addit Sapæ vini, & Mellis. ana. libram vnam, atq; sic coquendo ad iustam perducit consistentiam.

LOHOCH DE FARFARA.

R Radicum Farfaræ seu Tussilaginis libram vnam.

Coquantur in aquâ donec dissolutæ fuerint, postmodum contundantur, & colentur addendo Mellis libras duas.

Coquantur, ad iustam consistentiam.

TAbulis prodest, pulmonis vlcera glutinat, faucium acaspera arteria asperata.

ritates lenit, inter Arteriaca Medicamenta haud postremum: quod studio huc apposuimus, ad cuius normam & alia eiusmodi Simplicia Lohoch preparari possunt, utpotè Lohoch ex Althea, Emula, Liquiritia, & similibus, quibus interdum aromata adijciuntur, atq; in primis Crocus pectori conueniens.

LOHOCH DE PAPAVERE, MESVÆ.

℞ Papaueris albi drachmas viginti quinque.

Amygdalarum dulcium mundatarum,

Nucleorum Pineorum,

Gummi Arabici,

Succi Glycyrrhizæ ana. drachmas decem.

Amyli drachmas tres.

Sem. Portulacæ,

Lactucæ,

Cydoniorū ana. drachmas quatuor.

Croci drachmam vnam.

Penidiorum alborum vncias quatuor.

Syrupi de Papauere vnc. tres.

Omnia concisa & contusa Syrupo de Papauere excipiantur, cuius hæc esto formula.

℞ Caputum Papaueris albi & nigri recentium ana. vncias sex.

Sem. Lactucæ,

Florum Violarum ana. vnciam vnam semis.

Coquantur dum intabuerint Capita in Aquæ cucurbitæ libris

octo. Expressum & colatum cum Sacchari libris quatuor aut Sacchari & Penidiorum ana. libris duabus percoque ad Syrupi crassitudinem.

Efficax est in destillationibus tenuibus quæ acrem, salsam, tenuem, & liquatam materiam in thoracem demittunt, fauces asperant, insomniam ac febrem pariunt. Confert etiam febribus ardentibus, dolenti thoraci, & Pleuritidi.

LOHOCH PASSULARARVM.

℞ Radicum Pæoniæ drachmas quatuor,

Hyssopi,

Melissæ,

Scolopendrij, seu Ceterach. ana. manipulum semis.

Glycyrrhizæ vnciam semis.

Fiat omnium decoctio in sufficienti aquâ pluuiâ, factâ colatura cum forti expressione adde.

Passularum minorū in mortario bene contusarum, prius bene mundatarum a gigartis & arillis libram vnam.

Decoquantur, & per pannum lineum fortiter exprimantur, expressioni adde.

Sacchari libram vnam.

Fiat Lohoch, ut est artis.

Frequenti usus est nostris ad tussim & pectoris vitia, maxime in puerulis iisdemq; Epilepticis, propter Pæoniæ radices ingredientes.

LO.

LOHOCH DE PINO,
MESVÆ.

℞ Nucleorum Pineorū drachmas triginta,
Amygdalarum dulcium,
Auellanarum affatarum,
Tragacanthæ,
Gummi Arabici,
Glycyrrhizæ,
Succi eiusdem,
Amyli,
Capillorum Veneris,
Ireos. ana. drachmas quatuor.
Dactylorū drachmas triginta quinque.
Amygdalarū amararū drachmas tres.
Mellis Passularum,
Sacchari albi,
Butyri recentis. ana. vncias quatuor.
Mellis optimi quantū satis est,
aut libras tres, vncias duas.
Terenda terantur, & incidenda minutissimè incidantur, ac Melle excipiantur.

Modus confectio nis hic est, vt Gummi & Tragacantha diu macerentur in quadrupla quantitate aquæ Capillorum Veneris, donec profus mollescant, deindè cribro setaceo transmittantur, & libris duabus Mellis optimi miscantur ad lentum ignem, ac rudiculâ lignea diu moueantur, postea ei inspergantur pulueres tenuissimi radicum Iridis, Capillorum Veneris, Glycyrrhizæ, Sacchari & Amyli, & optimè miscantur. Demùm vtrumque Gummi mistum Mellis Passularum, in quo prius fuerit dissolutus succus Glycyrrhizæ, vase ab igne deposito addatur. & diutius omnia agitentur donec vniantur, addito Butyro recenti, si statim eo vtendum sit; sin verò diutius fuerit asseruandum, paretur absq; Butyro, ne rancorem contrahat.

Dluturna tussi, difficultati spirandi, & Asthmatis succurrit, humores in thorace crassos incidit & attenuat. Senibus maximè familiare, Peripneumoniam quoq; ac Pleuritidem inclinante iam febre iuuat.

Pro Melle Passularum aliqui Sapam non in eprè substituunt.

LOHOCH EPOR-
TVLACA.

℞ Succi Portulacæ libras duas.
Trochisc. de Terra Lemnia
drachmas duas.
de Charabe,
Gummi Arabici,
Sanguinis Draconis ana.
drachmam vnam.
Lapis Hæmatitis,
Pilorum leporis vstorum.
ana. scrupulos duos.
Sacchari albi libram vnam.
Fiat Lohoch, vt est artis.

Sputum sanguinis cohibet, ac ruptis Sopitulatur pulmonibus: exesa vasa cruorem fundentia glutinat, & anhelitus vias ab exulceratione tutas reddit.

LOHOCH EPVLMO-
NE VVLPIS, MESVÆ.

℞ Pulmonis Vulpis siccati &
præp.
Succi Glycyrrhizæ,
Capillorum Veneris,
Sem. Anisi.
Fœniculi. ana. vnciâ vnâ.
Sacchari clarificati vncias
quindecim,
Omnia trita tenuissimè Saccha-

V

ro ex-

ro excipiantur, & ad debitam formam redigantur.

Medicamentum hoc ex Mesue cap. de Phthisi desumptum, prodest magnoperè tabidis, consumptis, ac ulceratos pulmones habentibus. Eius loco aliqui solum puluerem pulmonis Vulpini cum Saccharo Rosato exhibent.

Plmo recens ex vulpe iuvene venatu capta, sanguine, venis & arteriis purgaur, vino albo odorato tepido sæpè abluitur, in cl. bano siccatur, exsiccatus puluere Absinthij reponitur.

LOHOCH SANVM
ET EXPER-
TVM.

Rz Cinamomi,
Hyssopi,
Glycyrrhizæ. ana drachmas
quatuor.
Iujubarum,
Sebestæ. ana. numero triginta
Passularum enucleatarum.
Ficuum siccarum,
Dactylorum pinguium. ana.
vncias duas,
Capillorum Veneris mani-
pulum vnum,
Fœnugræci drachm. quinq;
Sem. Lini,
Anisi,
Fœniculi,
Ireos.
Calaminthæ. ana drachmas
quatuor.

Coquantur omnia in libris qua-
tuor aquæ purissimæ ad medie-
tatis consumptionem: colaturæ
expressæ adde

Penidiorum libras duas.
Coquantur ad perfectionē, po-
stea insperge subsequentiā mi-
nutissimè incisa, & contusa.

Pincarum mundatarū drach-
mas quinque.

Amygdalarum dulcium,

Glycyrrhizæ,

Tragacanthæ,

Gummi Arabici,

Amyli. ana. drachmas tres.

Ireos drachmas duas.

Misceantur subiganturq; omnia
celerrimè donec albescat Medi-
camentum.

Tussi, vocis asperitati & raucedi-
ni à frigiditate nata auxilio est.
Crassos itidem in thorace & pulmone
humores incidit, & extenuat; morbis ta-
men calidioribus, ut & tussi calide, sus-
spectum.

LOHOCHESVCCO
SCILLÆ, GALENI.

Rz Sueci Scillæ diebus Canicula-
ribus excepti libram vnā
Mellis libram vnam semis.
Coque ad formam Lohoch.

Incidit, tenuat, & expulsionem apparat
materiam crassam, que thoracis cauo
continetur. Veterem tussim cum suspirio
sanat. Suppuratis, Asthmaticis, difficul-
tè spirantibus in magnâ puris & lente
pituitæ copia spiritus vias opprimen-
te succurrit, promptèq; huiusmodi obstru-
ctæ liberat, senibus perpetuò eiusmodi
morbis conflictatis valdè necessarium.

Scillas plenas ac nitidas cultello eburneo in
partes

PHARMACOPOEIA

partes incidito, eiusq; laminas puriores in mortario lapideo contusas exprimito, ac vitior.

Galenus descriptio à Mesua non differt, nisi quod Mesua succi Scilla, & Mellis. ana. partes aequales ponit.

LOHOCHESCILLA
COMPOSITVM MESVÆ,
ALIILHOCHAD
ASTHMA.

℞ Scillæ præparatæ drachmas
quatuor,
Marrubij,
Hysso. ana. drachmam vnā.
Iridis drachmas duas.
Myrrhæ,
Croc. ana. drachmam semis,
Mellis quantum sufficit,
Fiat Lohoch.

Predicta omnia valentius præstat,
anhelam tussim ac senum leuat sus-
spira, pectus à frigida, crassa, tenaci &
in partibus ijs locis pituita potenter expur-
gat.

MOSTARDA SEV
DIASYNAPI.

℞ Pul. Seminis Synapis libras
quatuor semis.
Salis communis albissimi li-
bram vnā, vncias sex.
Vini rubei quantum satis.
Infundantur per noctem agita-
ta in vase lapideo aut testaceo
vitreato amplo, manè addendo
Corticum Citri Melle condi-
torum, & crassiusculè inci-
forum vncias quatuor.
Consetue pro Mostarda libras
octodecim.
Melazij libras quadraginta duas

AVGVSTANA. 123

℞ Caryophyllorum vnciam
vnā semis.
Nucis Moschatæ vncias duas.
Aromata etiā crassiusculè inci-
dantur, ac cum prædictis omni-
bus misceantur, seruenturq; sic
in vsum debitum.

CONSERVA PROMO-
STARDA.

℞ Cydoniorum recentium in
radulā seu tyrochneste rasor-
um partes tres.
Mellis despumati partes duas.
Coquantur secundum artem, &
seruentur vsui.

Mostarda, quasi mustum ardens,
ventriculum laxum ac frigidum
corrigit, mollitiem eius aufert, coctionem
procurat, appetentiam q; deiectam eri-
git. Adhibetur potissimum ad Embam-
mata, seu Intinctus mensis magnatum
familiares ac consuetos.

Melazium, spuma est Sacchari nigra & liquida.

SAPONEA.

℞ Amygdalarum dulcium mū-
datatum drachmas fede-
cim.
Amyli purissimi & noui
drachmas quatuor.
Sacchari albi dari libram vnā.
Ex hoc Saccharo nouem vnciæ
sumantur cum contusis Amyg-
dalis quæ simul mixta per den-
sum setaceum percolentur, &
ad ignem suspendantur, cumq;
Amylum spissari cœperit, tum
reliquæ tres Sacchari vnciæ ad
prædictam compositionem ad-
dantur,

dantur, & ad perfectam cocturam redigantur, ad quam cum pervenerit, in Bolos, (quos Morfellos vocant) fingantur. Minori porro cocturam Linctus formam induit.

Ad pectoris vitia efficax, tenues destillationes à capite ad subiectas

partes emanantes incrassat, tussim sedat, pectus mundat & confirmat.

Cum varia Linctuum genera ab autotibus passim descripta legantur, nos vltiores solum formulas apposuimus. Vnde Lohoch de Prasio Pauli, Itemq; Lohoch de Pyllo, Tragacantho, Semine Lini, Foenugraeci, & aliamucilagines recipientia, utpotè quorum vsus ferè euiluit; studiosè in hac editione prætermisimus.



MEDICAMENTORUM OFFICINIS PHARMACEVTICIS REIP. AVGVSTANÆ VSI-
TATORVM.

CLASSIS VNDECIMA.
CONFECTIONES AROMATICAS SEV SPECIES,
EARVNDEMQVE DEBITVM
PARANDI MODVM EDO-
CENS.

AROMATICVM CARYOPHYLLATVM,
MESVÆ.

℞ Caryophyllorum drachmas
Macis, (septem,
Zedoaria,
Galange,
Santali Citrini.
Trochiscorum Diarhodon,

Cinamomi,
Ligni Aloes,
Spicæ Nardi Indicæ,
Piperis longi,
Cardamomi.ana drachmam
vnam.
Rosarum rubearum drachmas quatuor.
Galliæ Moschatae vera,
Gly.

Glycyrrhizæ. ana drachmas
duas.

Folij, aut Calami Aromatici,
Cubebæ. ana. scrupulos
duos.

Ambre drachmam vnam.
Moschi scrupulum semis.

Cor, ventriculū, & reliqua nutri-
tionis membra roborat: nauſeā &
vomitu reprimit, ſtatu diſſipat, pu-
tredinem humorum in ventriculo arcet,
ac infirmæ concoſtioni opitulatur

Notandum, Confectiones has Aromaticas
Ambra, & Moſchum, ac Galliam, vel etiam
Camphoram recipientes etiam ſine hiſ o-
doratiſ in uſum mulierum quæ, uterinis ſuffo-
cationibus obnoxie ſunt, ac fragrantiam vel o-
dorem horum Medicamentorum non ferunt,
commodè parari poſſe, ſicq; in Officiniſ noſtriſ
dupliciter, completas nimirum & incompletas,
extare debere. Quod ſi quis ex hiſ confectionem
in formâ ſolidâ parare voluerit, ad ſingulas
drachmas Specierum pro earundem conditione
(cum aliæ plus, aliæ minus Sacchari exigant)
Sacchari optimi vnciam vnam, vel drachmas
decem adijciat, paratq; ut artiſ eſt: quam regu-
lam pro Speciebus in vniuerſum notandam
ſubiicimus.

AROMATICVM

ROSATVM GA-
BRIELIS.

R Rosarum rubearum drach-
mas quindecim.

Glycyrrhizæ raſæ drachmas
ſeptem.

Ligni Aloës,
Santal Citrini. ana drachmas
tres.

Cinamomi electi drachmas
quinq;.

Caryophyllorum,

Macis. ana. drach. duas ſemis.

Gummi Arabici,

Tragacanthæ. ana. drachmas
duas. scrupulos duos.

Nucis Moſchata,

Cardamomi minoris.

Galangæ. ana. drachmam vnâ

Spicæ Indicæ,

Ambre cinericæ. ana. ſcu-
pulos duos.

Moschi scrupulum vnum.

Frequentiffimus eius uſus in magno
humidorum excrementorum ven-
triculi proventu. Coſtionem iuuat, pu-
tredinem prohibet, ſtomachi molliem
corrigit, imbecillitatem firmat, ventrem
inferiorem totum & nutritionis inſtru-
menta roborat, ventriculū diſtenden-
tes ſtatu diſſipat, appetentiam collapsam
excitat, nauſeam ſedat, & ſtomachicis
mirum in modum conſert: conualeſcen-
tes in ſuper ac è diuturno morbo emergen-
tes plurimum recreat.

DIAMBRA

MESVÆ.

R Cinamomi,

Doronici,

Caryophyllorum,

Macis,

Nucis Moſchate,

Folij, aut Caſſiæ lignæ.

Galangæ. ana. drachmas tres.

Spicæ Indicæ;

Cardamomi maioris.

Minoris. ana. drach-
mam vnam.

Zingiberis drach. vnam ſemis.

V 3 .

Ligni

Ligni Aloës,
Santali Citrini,
Piperis longi. ana. drachmas
duas.

Ambraë drachmam vnam.
Moschi drachmam semis.

A Domnem corporis imbecillitatem
& noxam à frigida causa efficax
est. Viscera omnia calefacit & roborat,
frigidòq; sopita reficit ac recreat: verti-
ginem abolet, cerebri humiditates absumit;
spiritus cum vitales, tum animales
adauget, & concoctionem adiuuat. Af-
fectibus uem uterinis ex frigida & hu-
midà intemperie natis prodest. senibus ob
id & mulieribus salubre Medicamentū.

Nonnulli pro Folio Nardum Celticam sub-
stituunt.

DIANISV MESVÆ.

R Sem. Anisi vncias duas semis.

Glycyrrhizæ rasæ,
Mastiches. ana. vnciam vnam
Sem. Carui,
Fœniculi,

Galangæ,
Macis,
Zingiberis,
Cinamomi. ana. drachmas
quinque.

Trium Piperum,
Cassiaë lignæ veræ,
Pyrethri,
Calaminthæ. ana. drachmas
duas,

Cardamomi,
Caryophyllorum,
Cubeborum,

Spicæ Indicæ,
Crociana. drachmam vnam
semis.

Ventriculo frigido & humido suc-
currit, ac cruditates à lenta pituita
natas absumit: flatus quoq; crassos in
ventre collectos dissipat, quin etiam pe-
ctus à tenacibus humoribus repurgat, ac
ob id diuturna tussi medetur.

SPECIES CONTRA
APOPLEXIAM.

R Succini albi præparati drach-
mam vnam semis.

Margaritarum præparat.
Smaragdi præparati. ana.
drachmas duas.

Ligni Aloës.
Rasuræ cornu cerui,
Rad. Pœoniæ. ana. drachmam
vnam.

Cort. Citri drachmam semis.
Sem. ejusdem scrupul. vnum.
Ambraë veræ scrupulū semis.
Moschi Alexandrini grana
quinque.

Tabulati de Extracto Ligni
Aloës.

Manus Christi Perlatæ cum O-
leo Cinamomi. ana. vnciã
vnam semis.

Redigantur in pollinem.

A Nimalis vitalisq; facultatis robor
eximie tuentur ac reficiunt, unde
diuturnis capitis affectibus præsertim
frigidis opitulantur; spiritus redinte-
grant, obstructions meatuum cerebri
recludunt, vertiginem auferunt, ac paro-
xysmos

xyfmos tam Epilepticos quam Apoplecticos anteuertunt, senibus ac infirmam aetatem degentibus familiare & consuetum Medicamentum.

A Liās legebantur Sacchari albissimi vnciæ tres, pro quibus Tabulata Manus Christi Perlat. cum Oleo Cinamomi, & id quod ex Agallochi Extracto parari consuevit, æquali pondere ad Medicamenti vim ac efficaciam augendam substituenda censuimus.

DIANTHON NICOLAI

R Florum Rorismarini vnciam vnam.

Rosarum,

Violarum,

Glycyrrhizæ ana. drach. sex.

Caryophyllorum,

Spicæ Indicæ,

Nucis Moschatæ,

Galangæ,

Cinamomi,

Zingiberis,

Zedoariæ,

Macis,

Ligni Aloës,

Cardamomi,

Sem. Anethi,

Anisi ana scrupulos quatuor.

Preter rationem tristibus subuenit, animi enim letitiam auget. Itē Cardiacis, Elephantiacis, animi defectionibus, & cordis syncopi auxilio est. Prodest etiam destillatione affectis, & in vniuersum omni cordis ac corporis imbecillitati.

DIACALAMINTHES MESVÆ.

R Calaminthæ fluuiatilis, seu Mentastri.

Calaminthæ campestris,

Seseleos, id est, Sileris mōtani.

Petroselini Macedonici,

Ligustici ana drachmas sex.

Zingiberis drachmas tres.

Sem. Apij.

Comarū Thymi ana. drachmas duas.

Piperis nigri vnciam vnam semis.

Teraces & viscidos humores attenuat, flatus crassos dissipat indeq; natum singultum soluit: coctionem, & alimenti in corpus distributionem iuuat, affectus ventris frigidos sanat, & vrinam ac Menses promouet.

Calamintha campestris Germanis dicitur wilde Seid oder Kornmüng.

DIACALAMINTHES GALENI.

R Piperis vncias sex.

Sem. Ligustici vncias duas.

Cacuminum Thymi.

Sem. Apij ana. vnciam semis

Seseleos Massil.

Pulegij montani.

Sem. Petroselini Macedonici,

Calaminthæ montanæ ana. drachmas duas.

Famosum hoc Galeni Medicamentū (quo potius quàm eo quod secundum Mesuē descriptionē paratur, vt imur) describitur ab auctore lib. 4. de tuēda valetudine, quo is vtebatur in vlceroso sensu, cum crudorū succorū copia extra venas & in corporis habitum recepta erat. Vtile enim est Medicamentum ad thoracis & stomachi vitia, tussim à frigido excitatam,

tatam,

tatam, ac precordiorum & pectoris refrigerationem. Senibus & Quartanariis confert, difficultèr coquentes adiuvat, crassos & lentos humores tenuat, flatus crassos difcutit, urinam ac Menses mouet, qui præcipuè ex vasorum à crassis & lentis humoribus obortà obstructione retinentur.

DIACINAMOMV

M E S V Æ.

℞ Cinamomi tenuis drachmas quindecim,
Cassia lignea,
Rad. Enulæ. ana. vnciam semis.
Galangæ drachmas septem.
Caryophyllorum,
Piperis longi,
Zingiberis,
Cardamomi vtriusque,
Macis,
Nucis Moschatae,
Ligni Aloës. ana. drachmas tres.
Crocī drachmam vnam.
Sacchari Tabarzeth drachmas quinque.

Concoctionem iuuat, pituita putredinem prohibet, ac alimentū in corpus distributionem promouet.

Nonnulli compositioni huic Moschi scrupulos duos addunt: nos verò sic eam hucusq; sine Moscho parare consueuimus, vt qui pro cuiuslibet Medici arbitrio quouis tempore adijci queat.

CONFECTIO CORDIALIS, ALEXANDRI
NI BENEDICTI.

℞ Margaritarum,
Granatorum Orientalium,
Spodij de Ebone,
Cinamomi,
Tormentillæ,
Boli Armeni ana. drach. tres.
Terre Lemniæ scrupulos octo
Santalorum omnium,
Rasuræ Eboris,
Vnicornu. ana. drachm. duas.
Hyacinthi,
Saphyri,
Corallij vtriusque,
Charabe seu Succini albi,
Valerianæ veræ,
Dictamni,
Zedoariæ,
Ligni Aloës. ana. drachmiam vnam,
Serici crudi tosti scrup. duos.
Offis de corde cerui drachmam semis.
Been vtriusq; ana. scrupulos duos.
Foliorū Auri num. quinq;
Ambræ,
Moschi. ana. grana decem.

Febribus pestilentibus & malignis aduersatur, humores putrescentes corrigit, aut eos corrumpi prohibet: spiritus vitales plurimum reficit, ac cordis vires tuetur, vnde etiam nomen Confectionis Cordialis obtinuit, vt quæ omnē penè noxam cordi aduersam disijciat & expellat.

Pro Vnicornu duplum hic pondus cornu ceruini vsti & præparati ex apicibus desumpti, pro Osse verò de corde cerui sicut in alijs quoq; eiusmodi compositionibus, Margaritas præparatas substituiimus.

S P E-

PHARMACOPOEIA
SPECIES CORDIALES
TEMPERATÆ.

℞ Ligni Aloës,
Spodij ex Ebore. ana. drach-
mam vnam.
Cinamomi,
Caryophyllorum,
Offis de corde cerui,
Doronici,
Been vtriusq; ana. drachmā
vnam semis.
Margaritarum præp. drach-
mas sex.
Serici crudi tosti,
Coralliorum rubeorum,
Alborum. ana.
drach. duas.
Hyacinthi,
Smaragdi,
Saphyri. ana. drach. semis.
Crocī scrupulum vnum.
Ambraë,
Moschi. ana. drachmam se-
mis.
Foliorum Auri,
Argenti. ana. numero
decem.

Cor roborant, animi deliquio medi-
cantur, nec non in pestilente Lue
commendantur.

NOs Augustani pro Corallo albo rubeum
semper subrogamus, cum adulteratio in
eo facile committi possit ob Ostracodermorum
quorundam similitudinem, quam rubrum Co-
rallium non admittit.

DIACVMINV NICO-
LAI.

℞ Cumini prius per diem natu-

AUGVSTANA. 129

ralē in aceto infusi, & rur-
sus exsiccati vnciam vnam
scrupulum vnum.
Cinamomi,
Caryophyllorum. ana. drach-
mas tres, scrupulos duos.
Galangæ,
Thymbraë, seu Satureiæ,
Calaminthæ,
Zingiberis,
Piperis nigri. ana. drachmam
vnam, scrupulos duos.
Anmeos,
Libystici, seu Ligustici. ana.
drachmam vnam, scrupu-
lum vnum, grana sex.
Piperis longi drach. vnam.
Spicæ,
Nucis Moschataë,
Cardamomi. ana. scrupulos
duos semis.

THoracis, præcordiorum, ventriculi
& viscerum imbecillitati à frigida
causa nata, ac Oxyregmie opitulatur.
Stomachicis conuenit, intestinorum fla-
tus dissipat, hypochondriorum distensio-
nem à nimia cruditate & flatibus profe-
ctam aufert, viscera calefacit, & conco-
ctionem mirè iuuat. Arteriæ uidem,
difficultati spirandi, & tussi ex frigidis
crassisq; humoribus orta auxilio est, nec
non inflatis, Colicis, & Quartanariis
plurimum prodest.

DIACVRCVMA MESVÆ,
SEV DIACROCV.

℞ Croci,
Asari,
X Sem.

Sem.

Sem. Petroselini Macedonici.

Dauci,

Anisi,

Apij. ana. vnciam semis.

Rhabarbari,

Meu,

Phu, seu Valerianæ maioris,

Spicæ Indicæ. ana. drach. sex.

Costi, seu Zedoariæ,

Myrrhæ,

Cassiae lignæ,

Schœnanthus,

Carpobalsami, seu Cardamo-
mi minoris,

Rubia,

Succ. Absinthij,

Eupatorij Mesuæ, seu
Agerati,Opobalsami, seu Olei Caryo-
phyllorum. ana. drach. duas.

Calami Aromatici,

Cinamomi. ana. drachmam
vnam semis.

Scordij veri,

Scolopendrij, seu Ceterach,

Succi Glycyrrhizæ. ana. drach-
mas duas semis.

Tragacanthi drachmā vnam.

Medicamentum hoc, quod nonnul-
lis dicitur a *ἄρσενος*, aliis dicitur a *ἔρση* *ἔρση*
dicitur inscribitur, viscerum internorum,
ventriculi nempe, hepatis, & lienis mor-
bis frigidis ac diuturnis subuenit. Vsur-
patur ad Cachexiam & Hydropem, ob-
structiones enim internas reserat, colo-
rem corporis sœdum & totum eius habi-
tum frigidiorum corrigit. Frigidam item

& humidam stomachi intemperie emen-
dat, flatum crassos dissipat, humorumque
corruptionem prohibet. Renum quoque
vitium ab obstructione crassorum & vi-
scidorum humorum natis opem fert, vri-
nam prolicit, ac frigidis vesicæ affecti-
bus medetur.

Notandum, in compositione hac pro radi-
cibus Meu radices Angelicæ aut Ostrutii,
pro Phu radices Valerianæ; pro Carpobalsamo
Cubebas, Cardamomum aut grana Iuniperi,
pro Opobalsamo Oleum Caryophyllorum, vel
in eius defectu Oleum Nucis Moschatæ rectè
substitui posse.

DIOSPOLITICON GA-
LENI.℞ Cumini aceto macerati &
tosti,

Piperis longi, vel nigri,

Fol. Rutæ siccæ. ana. vnciam
vnam.Nitri vnciam semis, vel equa-
le cum reliquis pondus, si
mouere ventrem velis.

Medicamentum hoc à Dispoli Ægy-
pti oppido denominationem sorti-
tum, describitur à Galeno d' *ὑγίειων* é.
Flatum potentèr dissipat, & ventriculo
insarctam pituitam efficaciter deterget.

Cuminum pridie macerari aceto acerrimo
debet, & in vase fictili probè cocto frigi,
deindèrundi.

ELECTVARIVM DV-
CIS EX NICOLAO.℞ Sem. Anisi drachmas duas,
grana fedecim.

Glycyrrhizæ,

Mastiches. ana. scrupulos du-
os grana quinque.

Chamæ-

Chamædryos,
Cinamomi,
Zingiberis albi,
Galangæ,
Sem. Fœniculi,
Carui. ana. scrup. vnum,
grana quindecim.

Cassia lignea,
Calaminthæ,
Pyrethri,
Piperis albi,
Longi,
Cyperi rotundi,
Schoenanthus,
Rad. Ireos.
Folij,
Asari,
Sem. Dauici,

Amomi. ana. scrup. vñi.

Spicæ Indicæ,
Crocij,
Gummi Arabici,
Tragacanthæ,
Calami Aromatici,
Cubebæ,
Caryophyllorum,
Carpobalsami,
Cardamomi,
Baccarum Iuniperi,
Rad. Pentaphylli,
Acori,
Rhabarbari,
Nucis Moschatæ,
Xyloaloes,
Basilici Caryophyllati,
Sem. Anethi,
Ligustici,
Petroselinij Macedonici &

nostratis,
Seseleos,
Asparagi,
Citri,
Ammeos,
Milij Solis,
Saxifragiæ, seu Pimpinellæ,
Scariolæ,

Nucleorum Sem. Citruli,
Cucumeris,
Melonum,
Cucurbitæ,

Been vtriusq;
Styracis Calamitæ. ana. scrupu-
lum semis, grana quinque,
Penidiorum drachmas quatuor
scrupulos duos semis.

Cruditatem, inflationemq; ven-
triculi & intestinorum corrigit,
Colicos etiam ac Iliacos curat, preterea
calculos elidit, & urinam remorantem
potenter promouet.

Aliam compositionem habet Rhafes, quam
Cantharides ingrediuntur. Vide Fuma-
nellum de urin. difficult. fol. 190.

DIAGALANGA ME-

S V Æ.

R̄ Galangæ,
Ligni Aloës ana. drach. sex.
Caryophyllorum,
Macis,
Ligustici. ana. drach. duas.
Zingiberis,
Piperis longi,
Albi,
Cinamomi,

X 2

Calami

Calami Aromatici. ana. drachmam vnam semis.

Calaminthæ ficcæ,

Menthæ ficcæ,

Cardamomi maioris,

Spicæ Indicæ,

Sem. Apij,

Anisi,

Fœniculi,

Carui. ana. drachmā vnam

Ventriculi & iecoris intemperiem frigidam sanat, ob id coctionem iuuat, rubellus acidus compescit, flatus crassos atq; ab eis natas inflationes dissipat. Oris halitum commendat, ac eiusdem factorem gigni vetat.

Pro Ligustico Cardamomum minus odoris gratiā hic substituitur.

ELECTVARIVM DE GEMMIS CALIDVM, MESSVÆ.

R Trochiscorum Diarhodon, Ligni Aloes. ana. drachmas quinq;

Margaritarum albarum,

Zedoariæ,

Doronici,

Corticum Citri,

Macis,

Sem. Oeymi Caryophyllati,

Ambrae verę. ana. drach. duas.

Corallij rubri,

Succini albi,

Rasuræ Eboris. ana. scrupulos

quinq;

Saphyri,

Hyacinthi,

Sardæ,

Granatorum,

Smaragdi, aut Turchitis,

Cinamomi,

Galangæ,

Zurumbeth (id est, Zedoariæ

rotundæ.) ana. drachmam

vnam semis.

Been vtriusq;

Caryophyllorum,

Zingiberis,

Piperis longi,

Spicæ Indicæ,

Folij,

Croci,

Cardamomi maioris. ana.

drachmam vnam.

Foliorum Auri,

Argenti. ana. scrup.

duos.

Moschi drachmam semis.

Ad frigidos affectus cerebri, cordis, ventriculi, hepatis, & uteri efficacissimum. Melancholicos, tristes, sine causa manifesta timidos, solitarios iuuat, exhilarat, ac ad mores probos inuitat: cordis tremorem & syncopen emendat, ventriculum à frigidâ intemperie imbecillum roborat, & coctione cum eiusdem, tum hepatis meliore reddit à corruptis εὐχμου præstat. Vniuersi habitus refrigerationem corrigit, imbecillitatem reficit, Lipothymias & uteri præfociones sanat.

Nota hic in Smaragdi defectu Turchitem sumi posse, cum apud Mesuæum legatur Peruzegi, quo nomine Turchitem aliqui significari volunt.

Probatur Saphyri, & Smaragdi, qui in ignem coniecti flammam non edunt, alij enim illegitimi sunt

sunt, & ex argenti fodinis eruuntur crudiores, Sulphuris aut alterius cuiusdā mineralis haud quaquam nobilis naturam sapientes. Vide Prolegomena.

ELECTVARIVM DE GEMMIS FRIGIDVM.

R Margaritarum præpar. drachmas tres.

Spodij Arabum,

Rasuræ Eboris,

Coralli vtriusque. ana. drachmas duas.

Flor. Rosarum rubrarum drachmam vnam semis.

Hyacinthi,

Smaragdi,

Saphyri,

Sardæ,

Granati,

Santali albi,

Rubri,

Citrini,

Florum Boraginis,

Buglossæ,

Sem. Acetosæ,

Basiliconis,

Been vtriusq; ana. drach. vnâ.

Ossis de corde cerui drachmam semis.

Foliorum Auri,

Argent. ana. numero quindecim.

Magnis febrium inflammationibus confert ac lecinorosis prodest, insuper appetentiæ deiectæ, Syncopi, cordis palpitationi, tussiculosis & Asthmaticis auxiliatur.

CONFECTIO DE HYACINTHO.

R Hyacinthi præparati,

Coralli rubri,

Boli Armeni Orientalis,

Terre Sigillatæ. ana. drach-

niam vnam semis.

Granorum Chermes,

Rad. Tormentillæ,

Diptami albi,

Sem. Citri mundati,

Acetosæ,

Portulacæ,

Croci,

Myrrhæ,

Rosarum rubearum,

Santalorum omnium,

Ossis de corde cerui,

Cornu cerui vsti,

Rasuræ Eboris. ana. scrupulos

quatuor,

Saphyri,

Smaragdi,

Topazij,

Margaritarum,

Serici crudi tosti,

Foliorum Auri,

Argent. ana. scrupulos duos.

Ambre veræ,

Moschi. ana. scrupulū vnum.

Camphoræ grana quinq;

Opitulatur Cardiacis & Lypothymias patientibus: viribus exolutos sibiipsis restituit, syncopas arcet, animi defectiones sanat, pestiferos morbos præcauet, eosdemq; iã factos expellit, pu-

X 3 tredinem

tredinem humorum corrigit, ac in malignis febribus cor à tetraurum fuliginum & prauorum vaporum insultu tuetur.

Compositio hæc longè alia est quàm quæ in Luminari maiore ex Auicennâ desumpta prostat. Nos hanc communi alioquin voce celebratam ex Iouberii Animaduersionibus sic, restituiimus, apud quem alia quoq; descriptio legitur in Pharmacop. Sect. tertia de conf. Alcher. moll. itemq; alia in Tract. eiusdem de Peste cap. vltimo.

Notandum in defectu. Topazij Smaragdi aut Saphyri substitui commodissime hic posse Hyazinthos preparatos ex mente eiusdem Iouberii. Præterea nobis folia Auri numero viginti, Argenti verò decem sufficere videntur.

DIAHYSSOPV NICO-

L A II

R Hyssopi,
Ireos,
Thymi,
Piperis. ana. drach. quindecim
Pulegij,
Thymbræ, seu Satureiæ,
Rutæ,
Cumini. ana. drach. decem.
Carnium Dactylorum,
Tragacanthæ,
Glycyrrhizæ,
Caricarum,
Passularum maiorum enucleatarum,
Fœniculi. ana. drach. quinq;.
Zingiberis,
Sem. Anisi,
Carui,
Ligustici. ana. drachmas
duas semis.

Capitis vitis frigidis conducit, colicellam à frigidi humoris procu-

bitu elongatam vel prætumefactam exiccet, arteriam asperam expurgat, omnia frigida thoracis & stomachi vitia emendat, & coctionem promouet: rarissime tamen in usum venit.

Tragacanthum per se terendum, si enim cæteris mixtum teratur inæqualitatem mixtura faciet, id in reliquis etiam compositionibus obseruandum.

SPECIES IMPERATORIS.

R Cinamomi optimi drach. decem.

Zingiberis vnciam vnam.
Caryophyllorum vnciam sem.
Galangæ,
Macis,
Nucis Moschatae. ana. drachmas duas.
Moschi optimi scrup. semis.

Species hæc induntur potissimum Trigemmatibus, cor & ventriculum frigidum, humidum, ac flatulentum confortantibus, aut addito Saccharo in Morfello aptantur, qui ad stomachi segnitèr cibum concoquentis vires augendas, & ad robur ventriculo conciliandum comparantur.

DIAIREOS SALOMONIS EX NICOLAO MYREPSO.

R Iridis vnciam vnam.
Pulegij,
Hyssopi,
Glycyrrhizæ. ana. drach. sex.
Tragacanthæ,
Amyli,
Cinamomi,
Zingiberis,

Piperis,

Piperis,
 Amygdalarum amararum,
 Nucum Pinearū. ana. drach-
 mas tres,
 Caricarum,
 Passularum enucleatarum, id
 est, Cybebarum,
 Carnium Dactylorum. ana.
 drachmas tres semis.
 Styrcis Calamitæ rubæ
 drachmas duas, scrupulum
 vnum.

Faucibus exasperatis, & columella
 fluxione tentata, prodest. Dispnoi-
 cis item, Arteriæ, & tussiculosis auxi-
 lio est, nec non frigida capitis intemperiei
 & destillationi in fauces irruenti condu-
 cit, ac vocis iacturam frigore contra-
 etam resarcit.

Hæc compositio quia valde ingrata est, pa-
 rùm frequens esse solet, cum sequentes
 magis in vñu sint.

DIAIREOS SIMPLEX.

R Ireos vñciam semis,
 Sacchari candi,
 Specierum Diatragacanthi
 frigidi. ana. drach. duas.

A omnem faucium destillationem,
 idq; initio nondū inualecente im-
 petu saliciter adhibetur.

DIAIREOS VSITATA.

R Specierum Diatragacanthi
 frigidi vñciam vnam.
 Radicum Ireos vñcias duas.
 Gummi Arabici,
 Tragacanthæ. ana. vñciam
 semis.

H Vius in destillationibus ad fauces
 Hac asperā arteriam ruentibus præ
 ceteris crebrior vsus esse solet, cum quod
 gratior sit reliquis, tum quod guttur pro-
 bè leniat, expectoratum faciliat, nec non
 acres destillationes contemperet.

ELECTVARIVM IVSTI-
NVM, NICOLAI.

R Cinamomi,
 Folij,
 Costi,
 Spicæ Indicæ,
 Cassiæ lignæ,
 Aristolochiæ rotundæ,
 Longæ,
 Enulæ,
 Pentaphylli,
 Hyssopi,
 Pulegij,
 Artemisiæ,
 Leucopiperis,
 Baccarum Iuniperi,
 Lauri,
 Sem. Orobi veri,
 Petroselini,
 Leuistici,
 Olusatrici,
 Vrticæ,
 Milij Solis,
 Saxifragiæ,
 Asparagi,
 Sileris montani,
 Apii,
 Anethi,
 Rutæ,
 Citri,
 Fœniculi,
 Anisi ana. drach. vnam Anisi,
 & semis.

Ad dolorem renū minuendum haud incommodum, calculos atterit, ac vrinae difficultati succurrit.

DE Orobo magna est inter doctos controversia. Fuchsius Ciceris nigri semen eius loco sumendum esse arbitratur, sed id amaritudine caret. Nos Diptami albi seu Fraxinellæ radices, prout etiam in Trochiscis Scilliticis substituiamus.

DIALACCA MAIOR,
M E S V Æ.

R Lacca lotæ,
Rhabbarbari. ana. drach. tres.
Spice Indicæ,
Florum & stipitum Schoenanthus,
Mastiches,
Myrrhæ,
Costi, seu Zedoariæ,
Cinamomi,
Crocī,
Cassie lignee veræ,
Bdellij,
Hyssopi,
Sabinæ,
Amygdalarum amararum excorticatarum,
Succi Absinthij,
Eupatorij Mesuæ, id est, Agerati,
Rad. Rubiæ tinctorum,
Aristolochie rotundæ veræ,
Gentianæ,
Asari,
Sem. Ammeos,
Apij,
Feniculi,

Anisi. ana. drachmam vnam semis.

Piperis nigri,
Zingiberis. ana. drachmam vnam.

VSurpatur ad Ventriculi & iecoris frigidam intemperiem, hepatis obstructions, inflationes & durities. Aquæ inter cutem medetur, Menses ciet, Scirrhum dissoluit, Cachexiam depellit, vrinæ promouet, renum ac vesicæ durities dissipat, & calculos atterit.

Lacca præparatio in fine libri inter reliquas Medicamentorum quorundam præparationes requirenda.

LAETIFICANS GALENI EX NICOLAO PRÆPOSITO.

R Florum Ocymi Caryophyllati aut Semin. eiusdem,
Crocī,
Zedoariæ,
Xylobalsami, aut Xyloaloës,
Caryophyllorum,
Corticum Citri,
Galangæ,
Macis,
Nucis Moschatae,
Styracis Calamite. ana. drachmas duas semis.
Rasuræ Eboris,
Sem. Anisi,
Thymi,
Epithymi. ana. drachmā vnā.
Ossis de corde cerui, vel cornu ceruini optimi,
Margaritarum,
Camphoræ,

Moschi

Mofchi. ana. drach. femis.
Foliorū Auri numero quin-
quaginta,
Argenti numero vi-
ginti quinq;.

HÆc compositio Galeno quidem fal-
sò adscripta, sed magis ex Nicolai
Præpositi Antidotario excerpta, pluri-
mum valet ad cordis affectus eiusq; pal-
pitationem. Ventriculi & hepatis in-
temperiem frigidam & humidam corri-
git, coctionem adiuvat, & corporis ma-
lum habitum emendat colori gratiam
reddens, oris quoq; odorem ac balitum
gratum efficit: vires debiles instaurat,
Melancholiam sanat, ac inuoluntarios
fletus compefcit.

Rhasis compositio huic præfertur, cum sit
magis jucunda & minus sumptuosa.
Exemplar habet foliorum Auri & Argenti.
ana. scrupulum vnum, pro quo notandum
cum aegrè hæc ponderari queant, nos numerum
apposuisse. 50. enim Auri folia propemodum
ponderant scrupulum, prout Argenti folia 25.
sunt enim Auri foliis plus duplo maiora.

LÆTIFICANS RHASIS.

R Melissæ,
Corticum Citri,
Caryophyllorum,
Galliæ Moschatae Mesuæ,
Mastiches,
Crocii,
Cinamomi,
Nucis Moschatae,
Cardamomi maioris,
Sem. Peoniae,
Been albi,
Rubri,

Zedoariae,
Doronici,
Sem. Ocymi Caryophyllati.
ana. vnciam femis.
Mofchi scrupulum vnum.

Describitur à Rhase. 9. ad Alman-
sorem cap. 13. de Melancholiâ.
Plurimum verò facit ad affectus cordis,
ventriculi, & jecoris, quas partes etiam
roborat; palpitationem cordis abigit,
valenter exhilarat, infirma concocti-
oni opem adfert, coloremq; corporis viu-
dum efficit.

CONFECTIO LIBE-
RANTIS; INCERTI AV-
TORIS.

R Radicum Tormentillæ,
Sem. Acetosæ,
Endiuia,
Coriandri præparati,
Citri. ana. drachmā vnā
femis.
Santalorum omnium,
Dictamni albi, seu Fraxinellæ.
ana. drachmam vnam.
Boli Armeni præparati,
Terre Lemniæ. ana. drachmas
duas.
Margaritarum,
Corallij vtriusq;,
Succini albi,
Rasuræ Eboris,
Spodij ex Ebore, seu Eboris
vsti,
Ossis de corde cerui,
Been vtriusq;,
Doronici,
Y Cardamo-

Cardamomi,
 Cinamomi,
 Macis,
 Ligni Aloës,
 Cassiæ lignæ,
 Croci,
 Zedoariæ. ana. drachmam se-
 mis.
 Penidij,
 Sacchari Candi,
 Serici crudi tosti puluerisati,
 Smaragdi,
 Hyacinthi,
 Granati. ana. scrupulos duos.
 Florum Nymphææ,
 Buglossæ,
 Rosarum. ana. scrupu-
 lum vnum.
 Camphoræ grana septem.
 Moschi,
 Ambræ. ana. grana tria.

Eius usus multiplex est in febribus malignis ipsaq; Peſte, cor namq; à veneni labe tuetur, præterea sudores mouet, & à pestilentis luis contagione præseruat, atq; etiam liberat. Cordiale planè Medicamentum, omni serè natura, ætati ac sexui accommodatum.

Aliam Antidotum Cordiale ab hac non ita diuersam describit Fuchsius 2. Comp. Medicam. Sectione quartâ, quæ talis est.

℞ Diſtamni albi,
 Zedoariæ.
 Herbz Tunicæ,
 Tormentillæ. ana. vnciam semis.
 Pimpinellæ drachmas tres,
 Diſtamni Cretensis,
 Scordij,
 Trifolij odorati,
 Ligni Aloës. ana. drachmas duas.
 Sigilli Lemnij,
 Boli Armeni,

Corticem Citri,
 Croci,
 Santalorum rubeorum,
 Alborum,
 Ramentorum Eboris ana. drachmam vnam.
 Corallij vtriusq;
 Charabæ,
 Vnicornu,
 Phu,
 Margaritarum,
 Granatorum,
 Hyacinthorum. ana. scrupulos duos.
 Serici tosti,
 Antheræ,
 Mastiches. ana. drachmam semis.
 Ossis de corde cerui scrupulum vnum.
 Moschi,
 Ambræ. ana. scrupulum semis.
 Fiat Puluis.

LITHONTRIBON

NICOLAI.

℞ Spicæ Indicæ,
 Zingiberis,
 Xylobalſami, aut Xyloaloës,
 Acori, aut Calami Aromattci,
 Cinamomi,
 Rad. Peucedani,
 Meu, aut Seseleos Cretici,
 Triumpiperum,
 Saxifragiæ. ana. drachmas
 duas semis.
 Opobalsami, aut Olei Iuni-
 perini ex granis confecti,
 vel Nucis Moschatæ per
 expressionem parati,
 Caryophyllorum,
 Costi,
 Rhapontici,
 Glycyrrhiæ,
 Cyperi rotundi,
 Tragacanthæ,
 Chamædryos,
 Sem. Olusatrici,
 Apij,

Ammeos,

Ammeos,
 Asparagi,
 Ocymi,
 Vrticæ,
 Citri. ana. drachmam vnam,
 grana quindecim.
 Folij, aut Macis,
 Croci,
 Schoenanthus,
 Cassiæ lignæ,
 Bdellij,
 Mastiches,
 Ireos,
 Sem. Anomi,
 Ligustici,
 Milij Solis,
 Petroselini Macedonici,
 Seseleos, Sinoni, vel
 Sem. Dauici Cretici,
 Cardamomi,
 Anethi,
 Euphorbij præparati,
 Lapidis Lyncis aut Iudaici,
 Olei Nardini Cõpositi Mesuæ
 Olei Moschellini, aut Macis.
 ana. scrupulum vnum,
 grana quatuor.

Nephruticis, nec non Strangurie, &
 Dysurie succurrit. Iliorum, lum-
 borum, & renum grauitates ac obstru-
 ctiones à frigidis & crassis succis ortas
 expedit, vesicæ & renum calculos po-
 tentissimè elidit ac expellit, miram cal-
 culosis utilitatem exhibens.

**DIAMARGARITON GA-
 LIDVM, AVICENNÆ.**

R Margaritarum non perfora-
 tarum,

Pyrethri. ana. drach. vnam.
 Zingiberis,
 Mastiches. ana. drach. qua-
 Doronici, (tuor.
 Zedoariæ,
 Petroselini, aut Apij,
 Capsici, id est, vtriusq; Carda-
 momi,
 Nucis Moschatae,
 Macis,
 Been vtriusq;
 Piperis nigri,
 Longi. ana. drach. tres.
 Cinamomi drachmas quinq;

Ad vniuersi corporis refrigeratio-
 nem perutile. Cardiacos, animo
 deficientes, mulieres vterum ferentes,
 præfocationes vteri, cordisq; Syncopen
 iuuat, omnium virium imbecillitatem
 firmat; his qui animo deficiunt, & su-
 præ modum tristibus mirificè auxiliatur,
 ac omnium vitalium partium noxam di-
 scuit. Asthmaticis, tussientibus, tabi-
 disq; subuenit, ventericuli fastidia tollit
 eiusq; coctionem iuuat; longo morbo de-
 jectos & debilitate languentes recreat,
 & ad pristinum robur reducit. Priuatim
 verò imbecillitati stomachi & crudita-
 ti eiusdem, corporis ac cordis exolutioni
 medetur.

Aliam descriptionem ponit Fœsius Lute-
 tiæ vsitatam, aliam item Lugdanenses quæ
 Actuario adscribitur, aliam deniq; Melichius
 ex Nicolao peitam, quarum quæcumq; suis
 intentionibus curatiuis idoneam futuram qui-
 libet eligere poterit.

**DIAMARGARITON FRI-
 GIDVM, INCERTI AV-
 TORIS.**

R Seni. excorticatorum Citruli,
 Y 2 Melo-

Melonum,
 Cucumeris,
 Cucurbitæ,
 Portulacæ,
 Papaueris albi,
 Rosarum, rubearum,
 Florum Nymphææ albæ,
 Boraginis,
 Baccarum Myrti,
 Santali albi,
 Citrini,
 Ligni Aloës. ana. drachmam
 vnam.
 Coralli albi,
 Rubri. ana. drachmam
 semis.
 Margaritarum drach. tres.

Omnem virium imbecillitatem firmat, Syncopen iuuat, & Asthmaticos, Tabidos, tussientes, longo morbo extenuatos ac imbecillitate languentes reficit, & pristino recuperando robori conducit.

Zingiber in hac compositione studio omisimus, ne Medicamenti intentio mutaretur, vt quod refrigerando cordi ac reliquis visceribus propriè sit destinatum.

DIAMOSCHV DVLCCE,
 M E S V Æ.

℞ Croci,
 Doronici,
 Zedoariæ,
 Ligni Aloës,
 Macis ana. drachmas duas.
 Margaritarum albarum,
 Serici cruditofti,
 Charabe,

Coral. rub. ana. drach. duas
 semis.
 Galliæ Moschatae veræ,
 Ocymi Citrati aut Caryo-
 phyllati,
 Zingiberis,
 Cubebarum,
 Piperis longi. ana. drachmam
 vnam semis.
 Been albi,
 Rubri,
 Folij, aut Cinamomi, vel Caf-
 siæ lignæ,
 Spicæ Indicæ,
 Caryophyllorum. ana. drach-
 mam vnam.
 Moschi scrupulos duos.

Com mendatur ad cerebri affectus frigidos, Vertiginem, Comitiales, Melancholicos, cordis palpitationem, tumultuosa insomnia, Paralytim, convulsionem, pulmonis noxas, & spirandi difficultatem. Sopitum calorem natium recreat, Cachexiam emendat; Lienosis, Iecinorosis, ac Stomachicis succurrit.

DIAPENIDION NI-
 COLAI.

℞ Penidiorum vncias duas.
 Nucum Pincarum,
 Amygdalarum dulcium,
 Sē. Papaueris albi. ana. drach-
 mas tres, scrupulum vnū.
 Cinamomi,
 Caryophyllorum,
 Succi Glycyrrhizæ,
 Tragacanthæ,
 Zingiberis,
 Gummi

PHARMACOPOEIA

Gummi Arabici,
Amyli candidissimi,
Sem. excorticat. Melonis,
Cucumeris,
Cucurbitæ,
Citriuli. ana.
drach. vnam femis.
Camphoræ grana septem.

T Vfficulosis, Pleuriticis, Peripneumoniacis confert. Omnem thoracis noxam, faucium asperitatem, vocis raucedinem & jacturam ex frigido & sicco contractam emendat. Tabidis & purulentareijcientibus opem fert, crassos humores attenuat, eosdemq; expulsionem aptos reddit.

ELECTVARIVM CONTRA PESTEM, FERDINANDI IMPERATORIS.

℞ Boli Armeni præparati vnciam femis.
Rasuræ cornu cerui,
Sem. Citri,
Arantiorum,
Limonū. ana. drach. tres.
Diptami albi,
Cinamomi electi. ana. drachmas duas.
 quatuor.

Aquæ Rosarū vncias duas se-
 mis.

Moschi Alexandrini,
 Ambræ cin. ana. scrupulos
 duos semis.

Fiat Massa.

O Dore spiritus instaurat, & cordi
 robur addit. V sui est maxime cum
 aliqua aëris inquinati suspicio viget, cui
 tunc temporis Angelica, Zedoaria, Ruta,
 & præsertim Camphora rectè adijcitur.

CANDELÆ PRO SVF-
 FIT V.

R Asæ dulcis, id est, Benzoi,
 Styracis Calamitæ. ana. vncias
 quatuor.

Thymiamatis, (cim.
 Olibani ana. vncias duode-
 Labdani vncias decē & octo.
 Caryophyllorū vnciam vnã
 semis.

Sem. Nigellæ vnciam vnam.
 Coriandrorū præparatorum,
 Granorum Iuniperi. ana. vn-

ciam semis.
 Styracis liquidæ vncias sex.
 Terebinthinæ vnciam semis.
 Carbonum Tiliæ vel Salicis
 vncias triginta.

Cum infusione Tragacanthæ fa-
 cta in aqua Rosarū fiat Candela.

ALITER SIC PARAN-
 TVR.

R Styracis Calamitæ,
 Carbonum Salicis. ana. vncias
 duas.

Benzoini vnciam vnam.

Caryophyllorum vnciam se-
 mis.

Laudani drachmas sex.

Terebinthinæ Cypriæ & mucila-
 ginis Tragacanthæ cum aqua Ro-
 sarum factæ q. s. fiant Candelæ,
 Tedæ, vel Auiculæ, quibus pro
 delicatioribus Galliam Moscha-
 tã, aut Ambram addere licebit.

SAPO MOSCHATVS.

R Saponis Veneti libras qua-
 tuor. Incidantur minutissime;
 adde pulueris.

Caryophyllorum,
 Santali albi. ana. vncias duas.
 Benzoi vnciam vnam.

Moschi scrupulum vnum.

Distemperentur in aqua Rosa-
 cea.

A Liqui addunt Olei de Spicâ guttas aliquot,
 sed melius fuerit Oleum Caryophyllorum,
 aut Macis, vel Rosarum. Quidam radices
 Iridis Illyricæ addunt; cuiuslibet suum
 hac de re esto iudi-

MEDI-



MEDICAMENTORUM OFFICINIS PHARMACEVTICIS REIP. AVGVSTANÆ VSI-TATORVM.

CLASSIS DECIMA QVARTA
ANTIDOTOS, COMPOSITIONESQVE NARCOTICAS, QVÆ ET OPIATÆ DICVNTVR STUDIOSE
DESCRIPTAS CONTINENS.

THERIACAM, QVAM OMNIVM PLANE MEDICAMENTORUM Reginam Merito Dicere Queas, ob promissionum certitudinem & actionum efficaciam singulari multorum sæculorum encomio celebratam, solis olim Regibus Imperatoribusque magnis sumptibus simplicia ad eius confectionem requisita comparantibus vsui fuisse constat, cuius præparatio non nisi Medicis Cæsareis ob fidem peculiari priuilegio credebatur. Notum namque est Antidotorum inueniendorum studium, priscis semper magnatibus curæ fuisse, vnde factum, vt hæc in re, tot tantiq; viri maximè laborauerint, præcipuè vero Damocrates, Antipater, Ælius Gallus, Euclides, Palatianus Socratis discipulus, Zenon, Claudius, Apollonius, Antiochus Rex, Hera, Xenocrates Platonis auditor, Eldra Scribonius Largus, ac Nicolaus vterq; præcipuè verò Mithridates & Artalus, omnium ferè medicamentorum venenis aduersantium vires particulatim experti, quorum quidem diuersa, eaque plurima Mithridates coniungens, ea in famosam tandem redegit Antidotum, qua suum à venenis sospitatem tutatus esse legitur. Subsecutus autem multis post annis Andromachus, inter Neronis Medicos primus, nonnullis additis, quibusdam demptis belluas seu viperas ei admiscuit, cum iam ante citra ferarum additionem confectum medicamentum præclarè contra toxica faceret, atque sic Theriacam astruxit, cuius vsus sub maximis Imperatoribus, (vt Galenus lib. de Theriaca ad Pisonem testatur) in publicum prodiit, primatibus ac exercituum ducibus opporunus futurus. Ad nobilem autem hanc Antidotum parandam, idem Galenus lib. j. de Antidot. sibi ex magna Syria, Palestina, Ægypto Cappadocia, Ponto, maximè verò ex Macedonia, & ex prouinciis ad Occidentem sitis, quas Galli habitant & Hispani, ac oppositas oras incolentes Mauri, medicamenta ad eius compositionem necessaria allata fuisse scribit. Vnde nullis hic sumptibus, diligentia, aut labori parcendum, ac difficultas propter utilitatem superanda. Cum autem neminem eam, rectè paraturum putauerit Galenus, nisi bene parantem prius viderit, ideo eius componendæ veram ac securissimam normam multo nobis vsu compertam, lucidissimè, ne error obrepere possit, subiunximus. Ea autem sic habet

C c

THE-

Theriaca Andromachi Senioris ex Galeno,

α, ωει Αντιότων.

| | |
|---|--|
| ℞ Trochiscorum Scilliticorum drachmas quadraginta octo, seu uncias sex. | Nepithe, seu Calaminthe montana odorata, |
| Trochiscorum de viperâ, | Terebinthinae Chiaë, aut acris Lybicæ, |
| Piperis longi, | Zingiberis, |
| Opii, seu succi Papaueris, | Rad. Pentaphylli seu Quinq; folij racemosi. ana. drachmas sex. |
| Magnatis Hedychroi. ana. drachmas viginti quatuor, id est, uncias tres. | Polij Cretici, |
| Rosarum rubearum exiccata- tarum, | Chamæpityos ramorum, |
| Iridis Illyricæ, aut Florentinæ, | Styracis Calamitæ, |
| Succi Glycyrrhizæ, | Meu, seu Angelicæ, |
| Seminis Buniadis dulcis, seu Napi agrestis, | Amomi racemosi, aut sem. Ci- tri & Hyperici. ana. part. æ- quales. |
| Comarum Scordij Cretici, | Acori seu Calami Aromatici. |
| Opobalsami. seu Olei ex Nu- ce Moschatâ expressi, | Nardi Celticæ, |
| Cinamomi, | Terræ Lemniæ veræ, |
| Agarici. ana. drachmas duo- decim. | Phu Pontici, aut Valerianæ nostræ, |
| Myrrhæ, | Chamædryos Cretici coma- rum, |
| Costi odorati, seu Zedoariæ. | Fol. Malobathri, aut eius loco Macis, & Caryophyllorum. ana. partes æquales. |
| Croci Orientalis Corycij, | Chalcitidis tostæ, |
| Cassia lignæ veræ, | Radici Gentianæ, |
| Nardi Indicæ, (rati, | Anisi torrefacti, |
| Schoenanthus, seu Iunci odo- Thuris masculi pellucidi, | Succi Hypocistidis, |
| Piperis nigri, | Carpobalsami, aut Cubeba- rum, |
| Albi, seu Aglaiaë, | Gummi Arabici splendidi, vermiculati, |
| Fol. Dictamni Cretici, | Sem. Feniculi Cretici, |
| Comarum Marrubij, | Cardamomi minoris, |
| Rhabarbari, seu Rhei, | |
| Stoechadis Arabicæ ex Cyclæ. | |
| Sem. Petroselini Macedonici, | |
| | Seseleos |

Seseleos fragilis Massil.
 Acaciæ,
 Thlaspios,
 Comarum Hyperici Cretici,
 Ammeos, (or.
 Sagapeni. ana. drachmas quatuor
 Castorei,
 Aristolochiæ tenuis seu longæ,
 Sem. Dauici Cretici,
 Bituminis Iudaici, seu Asphalti,
 Opopanacis,
 Centaurij minoris comarum,
 Galbani recentis. ana. drachmas
 duas.

Mellis despumati triplum, id est, libras quatuordecim, uncias quinque & drachmas duas.

CONFICITVR HOC
 MODO SECVNDVM GALE-
 NV M.

HErbe, Flores, Fructus, Semina, Radices, Cortices, Trochisci, Terra Lemnia, Chalcitis, Bitumen, diligentissimè teruntur pistillo ferreo in mortario æneo, & cribro subtilissimè traiciuntur, Sem. Thlaspios, Napi sylvestris, & Croco exceptis, quæ per se teruntur, vinoq; rigantur, ne mortario interiori hæreant, & vt commodius conterantur. Gumi, Succis, & Castoreum per se terantur, affuso vino, vt commodius teri possint. In ipso compositionis tempore omniumq; rerum mixturâ Terebinthina in duplici vase cum modico Mellis primùm liquefiat, deindè Opopanax, Galbanum, Saga-

penum, exactè priùs trita affuso pauculo Melle vt melius vniantur, compositionem subintrent, postea in duplici vase coquantur cum Terebinthina, donec ad iustam consistentiâ redacta fuerint, his admiscetur pars aliqua contritorum, vino etiam dissolutorum, donec Mellis consistentiam consequantur, deindè in mortarium vastè magnitudinis effunduntur in hunc modum. Primùm pars aliqua eorum, quæ in duplici vase liquata sunt, eaq; tepida probè agitentur rudiculâ, & sic consequenter de residuo faciendum, donec omnia probè vnita sint, & hæc quidem ad solem aut tepidum calorem vt faciliùs vniantur, continuò agitando & tundendo pistillâ ferreâ inunctâ Oleo Nucis Moschatae, vt commodius agitari possint, & Oleum residuum reliquis admisceatur, alioquin facile pistillo medicamentum adhæreret, & difficilior fieret agitatio. Hæc per quatuor aut quinque dies continuos agitanda sunt, & rursus elapsis sex aut septem diebus iteranda agitatio per duos menses; deindè reponitur Medicamentum in vasculis plumbeis aut terreis bene coctis & vitreatis. Chalcitis, quæ hoc Medicamentum ingreditur, sic præparanda est. Illius bona quantitas drachmarum

Cc 2

non

non pauciorum quam quadraginta in ollam crudam operculatam conijciatur, ac succensis carbonibus coquatur, eaque liquata ubi bullas emiserit, partem supernam in marmor effundes, atque illic in umbram permissas donec frigescat. Inde solummodo capies quod supernè spumeum fuerit, quodque cinerei est coloris, aut prassij, non quod flauum est, Theriacam enim colore flauo non nigro tingeret: ea porro drachmarum quatuor pondere vino trita & diluta medicamento admiscetur.

Nobilissima haec Antidotus (quam Andromachus Neronis Medicus primum composuit) à Galeno i. de Antidotis & de Theriaca ad Pisonem descripta, quae antè à tranquillitate quam aegris praestabat Γαλῶν dicta est, cum variè à varijs parari soleat, & noster eam conficiendi modus à veterum normam longè sit diuersus, ut in eius structura uniformis seruetur aequalitas, eum iam dicta Theriaca preparanda modum hic subijcere volumus, quem Reip. nostra Augustanae Pharmacopœi hoc in negotio versatissimi, ut qui sepius ac ferè quotannis hanc Antidotum & quidem in magnâ quantitate conficiunt, sequuntur, quemq; commodissimum & omnium praeceteris dexterrimè multo usum ac experientiam sunt edocti.

Simplicia igitur ad Theriacae constitutionem expetita quae conteri possunt, in sex Classes di-

uidunt, quarum singulas seorsim tundunt, in puluerem redigunt, ac angusto cribro transmittunt.

CLASSES AVTEM

HÆ SUNT.

I. CLASSIS.

Iridis Illyricae unciam unam semis.
Scordij Cretici unciam unam semis.
Zedoariae electae drachmas sex.
Polij Cretici unciam semis.
Sem.: Buniadis unciam unam semis.
Anisi unciam semis.
Seseleos Cretici unciam semis.

Pendit haec Classis in uniuersum libram semis, drachmas sex.

II. CLASSIS.

Gentianae unciam semis.
Pentaphylli drachmas sex.
Marrubij drachmas sex.
Calaminthae montanae drachmas sex.
Chamaedryos unciam semis.
Foeniculi Cretici unciam semis.
Aromi aut Succedanei eius unciam semis.

Pendit haec Classis in uniuersum uncias quatuor, drachmas duas.

III. CLASSIS.

Rad. Meu, seu Angelicae unciam semis.
Phu Pontici unciam semis.
Aristolochiae longae drachmas duas.
Dictamni Cretici drachmas sex.
Nardi Celticae unciam semis.
Chamaepityos unciam semis.
Sem. Thalpios unciam semis.

Pendit haec Classis in uniuersum uncias tres semis.

IV. CLASSIS.

Rosarum rubearum unciam unam semis.
Florum Hyperici unciam semis.
Centaurij minoris drachmas duas.
Sem. Petroselinij Macedonici drachmas sex.
Schœnanthus cum flore drachmas sex.
Sem. Dauci drachmas duas.
Trochiscorum de viperâ uncias tres.
Trochiscorum de Squilla uncias sex.

Pendit

PHARMACOPOEIA

Pendit hæc Classis in vniuersum vncias tredecim.

V. CLASSIS.

Sem. Ammeos vnciam semis.
Cinamomi optimi vnciam vnam semis.
Cassia lignæ drachmas sex.
Piperis longi vncias tres.
Rhabarbari drachmas sex.
Acori feu Calami Aromatici vnciam semis.
Spicæ Indicæ drachmas sex.
Trochiscorum Hedychroi vncias tres.

Pendit hæc Classis in vniuersum vncias decem, drachmas sex.

VI. CLASSIS.

Stochadis Arabicæ drachmas sex.
Zingiberis albi drachmas sex.
Piperis nigri drachmas sex.
Albi drachmas sex.
Macis drachmas duas. *pro Folio.*
Caryophyllorum drachmas duas *pro Folio*
Cubebarum vnciam semis. *pro Carpobalsamo.*
Cardamomi vnciam semis.

Pendit hæc Classis in vniuersum vncias quatuor semis.

SEQUENTIA AVTEM SINGVLA PER SE TERANTVR, VT POTE.

Myrrhæ drachmæ sex.
Thuris albi drachmæ sex.
Agarici Trochiscati vncia vna semis.
Castorei drachmæ duæ.
Biruminis Iudaici drachmæ duæ.
Terræ Lemniæ veræ vncia semis.
Crocii Orientalis drachmæ sex.
Chalcitidis tostæ vncia semis.

Nunc verò Gummi & Resina, Terebinthinâ Cypriâ & Storace exceptis, ut potè Sagapeni vncia semis, Opopanacis drachmæ duæ, Galbani drachmæ duæ, Gummi Arabici vncia semis per se vino, Cretico dissoluta ac eliquata per setaceum tenuis puliculae formâ exprimantur: hoc factò ad permixtionem

AUGVSTANA. 173

sic accedes. Primò sex Classes Medicamentorum in tenuem pollinem redactas, unâ cum ijs quæ per se terenda monuimus, Terra Lemnia, Croco & Chalcitide exceptis, in aheno magno commiscebis, diligentèr pulueres hos per horam vel amplius agitando, vt sic probè coëant, ac accuratè & ad extremum vsque permixti: paulatim postmodum Mellis & reliquis liquidioribus misceri queant, eo planè modo quem iam iam tradituri sumus.

His igitur ita ritè dispositis, in ahenum quoddam magnum quatuor aut sex Mellis despumati ac modicè calentis vncia infundenda, eaq; pistillo magno ligneo ita hinc inde diducenda, vt cacabi iam dicti circumferentia Melle hoc tenuissimè obducta, & quasi peruncta seu illita videatur. Tunc omnium primò Terebinthina Cypria supra prunas modesto calore liquata, addito pauco Melle & vino Cretico, eidem aheno indenda, quam mox Gummatum (vt paulò antea commemorauimus) per setaceum expressus quasi cremor identidem vino Cretico modicè dilutus, & ad prunas leniter calefactus subsequatur. Abhinc Succis & Liquores concreti, nempe Succus Acacia, Glycyrrhizæ, Hypocistidis, ipsumq; Opium compositioni iungantur, quæ omnia ac singula vino Cretico dissoluta unâ cum prioribus aheno inditis nimirum Terebinthinâ & Guaiacis, continuâ ac indesinenti agitatione probè permisceantur. Hoc factò Mellis despumati mediocritèr calentis libræ aliquot in ahenum hoc dimittantur, ac facta prius diligenti omnium iam dictorum

Unione pulueres sex classium sedulo ad inuicem (ut antea monuimus) permixti per cribrum angustum paulatim inspergantur continuaq; agitatione sic accurate permisceantur, ne quid grumescat, sed compositio ipsa euadat plana ac iænera, atque sic alternis vicibus modò Mellis portio aliqua affundenda, modò pulueres inspergendi, donec omnis puluerum quantitas Mellis unita fuerit. Tunc verò Terra Lemnia, & post eam Chalcitis, utraq; prius vino Cretico diluta adijcienda; abhinc Styrax Calamita addito modico vino Cretico ad prunas liquefiat, ac Oleo Nucis Moschatae addito artificiose ne grumescat dissoluatur, & ad ténertudinem eliquetur compositioniq; addatur. Quæ ubi probè unà cum ceteris omnibus mixta fuerint, Crocus eodem vino Cretico dilutus ac tenuiter diductus Theriacam subintret, & postremò Oleum Caryophyllorum, quod Trochiscis Hedychroi in quorum structura Vpobalsami vices supplere debebat subtraximus, qua de re vide Scholion ad Trochiscos iam dictos, loco proprio adiectum Medicamentumque diu ac strenuè agitandum, ut omnium eò perfectior fiat mixtio, idque in vase mundo reponendum, cuius tertia vel ad minimum quarta pars vacua supersit, ut Theriaca fermentando in ampliore molem accrescens & insurgens còmode per dies aliquot in eo agitari queat. Est enim ad dies ad minus octo continuos quotidie commouenda, deinde verò singulis hebdomatibus, ac tandem singulis mensibus agitanda, donec anni

Unius ætatem attigerit, semper eam diligenter contegendo & ab externis iniurijs muniendo, eritq; sic Theriaca omnibus suis numeris absoluta eos effectus præstans, quos vetus seculum atq; etiam modernum de tam nobili ac pretioso Medicamine pollicetur.

Alij parum à iam dicta methodo declinantes Styracem unà cum Terebinthina omnium primò liquant, deinde Gummata resoluta Succosq; vino dilutos, abhinc Pulueres Classium prius distributarum bene prius (ut supra monuimus) permixtos unà cum Melle Theriaces confectioni iungunt, ultimo loco Oleum Nucis Moschatae, Terram Lemniam, Crocum, & tandem Chalcitidem admiscunt, estque is Theriacam componendi modus à priore parum diuersus, nisi quod Styrax in dissolutione periculum aliquod pariat, ea enim si frigidius tractetur in grumos abire, si vero calidius, euaporare solet. Quare prior modus nobis ut probatior semper magis arrisit.

Quandoquidem verò conficienda Theriaca labor vix ob paruum eius copiam preparandam suscipitur, cum se secundum descriptionem simplam dispensetur, vix in vigintilibras abeat, idè eiusdem in duplo, quadruplo, sextuplo, octuplo, decuplo & duodecuplo astruenda Schematismum subiecimus, adiecta singulis ingredientibus debita ponderis nota, ut Pharmacopœos supputationis onere leuaremus Schematismus verò facilis & apertus hic est.

THERIA-

THERIACA AN- DROMACHI.

| | In sim- plo. | In du- plo. | In qua- druplo. | In sex- tuplo. | In octu- plo. | In decu- plo. | In duo- decuplo |
|--|-----------------|----------------|--------------------|-------------------|------------------|------------------|--------------------|
| | lb. i. s. | lb. i. | lb. ii. | lb. iii. | lb. iv. | lb. v. | lb. vi. |
| xx. Trochiscorum Scilliticorum. De Vipera, Piperis longi, Opij, Magmatis Hedychroi Rosarum rubearum exiccata- rum, Iridis Illyricæ, Succi Glycyrrhiæ, Seminis Buniadis dulcis, Comarum Scordij Cretici, Olei Nucis Moschatæ expressi, Cinamomi electi, Agarici Trochiscati Myrrhæ, Costi odorati, seu Zedoariæ. Crocii Orientalis, Cassie lignæ veræ, Nardi Indicæ, Schœnanthus, Thuris masculi, Piperis nigri, Albi, Fol. Diſtamni Cretici, Comarum Marrubij, Rhabarbari electi, Stœchadis Arabicæ, Sem. Petroselinii Macedo- nici, Calaminthæ montanæ, Terebinthinæ Cypriæ, Zingiberis albi, Rad. Pentaphylli, Polij Cretici, Chamæpityos, Styracis Calamitæ, Meu, seu Angelicæ, Amomi racemosi, Nardi Celticæ, Terræ Lemniæ veræ, Phu Pontici, Chamædryos, Folij, aut Macis & Caryophyl- lorum. ana. p. æq. Chalcitidis tostæ, Rad. Gentianæ, Anisi torrefacti, Hypocistidis, Cubearum, Gummi Arabici splendidi, Sem. Fœniculi Cretici, | Añā. | ʒ iii. | ʒ vi. | lb. i. | lb. i. s. | lb. ii. | lb. ii. s. |
| | Añā. | ʒ i. s. | ʒ iii. | ʒ vi. | ʒ ix. | ʒ xii. | ʒ xv. |
| | Añā. | ʒ vi. | ʒ i. s. | ʒ iii. | ʒ iv. s. | ʒ vi. | ʒ vii. s. |
| | | | | | | | ʒ ix. |

Cardamo-

| | | In sim- plo. | In du- plo. | In qua- druplo. | In sex- ruplo. | In octu- plo. | In decu- plo. | In duo- decuplo |
|---|------|-----------------|----------------|--------------------|-------------------|------------------|------------------|--------------------|
| Cardamomi minoris, Sem. Seseleos, Succi Acaciae, Rhasprios, Comarum Hyperici, Ammeos, Acori seu Calami Arom. | aña. | 3 s. | 3 i. | 3 ii. | 3 iii. | 3 iv. | 3 v. | 3 vi. |
| Sagapeni, Castorei, Aristolochiae longae, Sem Dauci Cretici, Bituminis Iudaici, Opoponacis, Florum centaureij minoris, Galbani recentis, | aña. | 3 ii. | 3 s. | 3 i. | 3 i. s. | 3 ii. | 3 ii. s. | 3 iii. |
| Mellijs despumatj triplum, | seu | lb. 14. | lb. 28. | lb. 57. | lb. 86. | lb. 115. | lb. 144. | lb. 173. |
| | | 3 5. | 3 10. | 3 9. | 3 7. | 3 6. | 3 4. | 3 3. |
| | | 3 2. | 3 4. | | 3 4. | | 3 4. | |

THeriacæ ac Mithridatij per classes parandi modus, ac elaboratio forma, nec non scenica distributio, multo ac magno labore nostro, ad calcem libri duabus tabulis totam horum tã celebriũ medicamentorum structuram comprehendentibus est expressa.

THeriacæ vires ex Galeni monumentis sic decerpunt Aetius & Alexandrinus. Ipsa aduersus maxima mala Medicam. alexiterium est expertum. Datur in venenatis Medicam: aut venenatorum plagis, Nucis Ponticæ magnitudine cum vino. Capitis dolores diuturnos, vertigines, auditus graues, hebetudines oculorum, gustus instrumentum debilitatum, Comitalem morbum, Orthopnoicos cum mulsâ potum sanat, diffecans, attenuans, & eductu faciles reddens humores. Succurrit etiam recenti & veteri tussi, & ijs quibus thorax dolet. Conuenit sanguinem expuentibus, siue à thorace, siue à pulmone eductio fiat, siquidem recens

eductio sit cum posca, inueterata verò cum aqua dedocti radicum Symphyii mane & vespere. Stomachi vitia, ventriculi difficilem concoctionem & imbecillitatem emendat. Inflationes stomachi, & intestinorum cruciatus sedat, Colicos & Ileosos placat. Valet etiam in Cardiacis, & ijs qui animo linquntur, & Cholericis. Lumbricorum omne genus mirabiliter exigit, cum succo Menthe data hepaticos affectus, itemque morbo regio laborantes strenuè curat. Induratos lienes liquefacit, sordes in ijs consumens cum Oxymelite data. Deterrit & lapides renum cum decocto Apij & Petroselini, aut Semine Dauci, aut quorundam aliorum, & difficile mictionem vesicæ, & in ipsa exulcerationes interdum sanat cum dedocto Chamemeli febre carentibus data, aut cum vino dulci. Præbetur in omnis generis rigoribus diuturnis, maximè verò Quartanis, si quis ea artificiosè vtatur, hoc est,

est, post inclinationem. Datur etiam Hydropicis cum Asari decocto, & similibus malis, potissimum verò ijs qui Anasarca laborant. Elephantia quoq; correptis sepe auxiliatur, & partium corporis resolutiones in potu accepta sepe sanat. Mulierum purgationes mouet, & mortuos foetus eijcit, data cum passò aut aqua mulsa, Rutà tamen aut Dictamno prius in ijs liquoribus incoctis fabæ magnitudine. Podagra afflictis & articularum defluxione infestat is conducit, post inclinationem non semel tantum, sed multoties pondere drachmæ unius pota, pro viribus & ægri temperamento. Opitulatur dolentibus etiam imposita. Admirari verò oportet hanc Antidotum, quod non modò corpori, verum etiam animo male affecto medetur. Ex atra enim bilitas diuersas imaginationes hoc Medicamentum exhibitum sedat, è vasis lienis atram bilem veluti eluens & exhauriens, quemadmodum etiam ex ferarum istu illatum venenum, & aquæ formidinem (Hydrophobiam vocant) pessimum sanè & curatu difficilem morbum, aut potius incurabilem, assidue data sepe sustulit. In pestilentibus similiter constitutionibus presumentes ipsam hoc malo corripit prohibet. Hyemis tempore iter facientibus consulimus, ut ex ipsa parum sumant, est enim veluti bonum viscerum integumentum, quod plurimùm ijs qui eam sumpserunt calorem exhibeat. Dare oportet hoc Medicamentum cum probè coxerit qui ipsum accepturus est, neque cibis refertus sit. Bibat autè ieiunus; & iube ut sufficienti tempore à

cibus abstineat, quò Medicamentum concoqui possit. Inspicere vero etiam oportet tempus, & etatem eius qui sumpturus est. Æstate enim neq; omnino dabis, neq; in vigore etatis existentibus, ut qui plurimum habeant caloris, neque sepius Medicamentum exhibendum esse monemus, ijs verò qui iam vitæ declinationem attigerunt, pituitosis, nauseabundis, & cruditate laborantibus, ijsq; qui cibum non appetunt ex Melancholia aut frigiditate, hanc sepius & plurimum exhibere conuenit. Similiter etiam ijs qui stomachi inflatione laborant, & veteri malis, cum vino bono ac veteri consulimus frequenter sumendam. In biliosis vero, febricitantibus & pueris omninò eius exhibitionem vitare oportet, maior enim eius est facultas quàm vires eorum tolerare possint, eo quod illorum corpora facile dissoluat, & innatum spiritum celeritè extinguat.

Nolimus hoc loco præterire, quin Theriaces Andromachi compositionem à Medicis Romanis & Bononiensibus olim auctam, ac multis in locis mutatam, nec non à Clarissimo Viro Domino D. Lucà Stengelio, Nobili itidem & multà experientià præclaro Viro D. D. Adolpho Occoni A. F. A. N. Collegæ quondam nostro honoratissimo communicatam huc infereremus, quæ sic habet.

Fol. Malobaria, Gu. Macia,
Nudi Celica, Ruspicæ Romanæ,

Dd

Tro-

59. Trochiscorum scillicitorum vncias sex.
 Trochisc. de Viperis,
 Hedychroi,
 Piperis nigri. añā. vncias tres.
 Trochisc. de Camphorā.
 Opij,
 Succi infusionis Rosarum inspissati
 Scordij Cretici, & nostri.
 Sem. Napi Syluestris,
 Iridis Florentinæ,
 Succu Glycyrrhizæ.
 Agarici,
 Cinamomi,
 Fol. Cardui Benedicti,
 Balsami Indici,
 Croci Orientalis, añā. vnciam vnā
 semis.
 Myrrhæ,
 Zingiberis,
 Rhapontici veri,
 Rad. Pentaphylli,
 Tormentillæ,
 Calaminthæ montanæ,
 Comarum Marrubij,
 Storchados,
 Rad. Costi,
 Zedoaria,
 Piperis Albi,
 Longi,
 Dictamni Cretici,
 Thuris masculi,
 Sem. Petroselini Macedonici Smirniij,
 id est, Olusatris, non Hippocelini,
 Florum Schoenanthus,
 Myrobalanorum Embllicorum, vel
 Chebulorum,
 Terebinthinæ Cypriæ,
 Cassiæ lignæ,
 Spicæ Indicæ. añā. drachmas sex.
 Gentianæ,
 Comarum Polij montani,
 Styracis Calamitæ,
 Sileris montani,
 Abrotami,
 Sem. Thlaspios, seu Iberidis, vel Na-
 sturtij albi,
 Sem. Ammeos,
 Chamædryos,
 Chamæpityos,
 Succu Hypocistidis,
 Lentisci,
 Fol. Malobatri, seu Macis,
 Nardi Celticæ, seu Spicæ Romanæ,

Sem. Anisi,
 Fœniculi,
 Rad. Meu, vel Imperatoriz,
 Terræ Lemniæ veræ,
 Chalcitidis Semiaslatæ,
 Amomi vel Caryophyllorum aut Galangæ
 maioris, vel Calami Aromatici,
 Rad. Phu minoris,
 Carpobalsami, seu Granorum Iuniperi,
 Cubeborum,
 Comarum Hyperici,
 Acaciæ, vel Succu Lentisci,
 Gummi Arabici, vel Iuniperi,
 Cardamomi minoris,
 Rad. Angelicæ optimæ,
 Imperatoriz,
 Vincetoxici,
 Aristolochiæ rotundæ,
 Asari,
 Succisæ,
 Diptami albi,
 Serpentariæ,
 Rorismarini,
 Saluiæ minoris,
 Scabiosæ,
 Cornu cerui vsti,
 Enulæ Campanæ,
 Pimpinellæ,
 Origani Cretici, añā. vnciam semis.
 Sem. Dauci Cretici, vel sem. Pimpi-
 nellæ,
 Galbani,
 Opopanacis,
 Sagapeni,
 Asphalti vel Succini albi,
 Rad. Cruciatæ,
 Castorij,
 Aristolochiæ longæ,
 Baccarum Lauri. añā. drachmas duas.
 Mellis duplum.
 Vini Cretici quantum satis est.
 Conficiatur secundum artem.

Theriacā Andromachi haudquaquam infe-
 rior, eadem præstans quæ in morbis mali-
 gnis & intoxicatorum periculis Andromachi
 Theriaca Alexandrina vocata efficere potest. E-
 tenim venenorum vires destruit, ac morbis vi-
 scerum internis, præsertim verò frigidis Colicæ,
 Iliacæ, vteri affectibus & ventriculi noxis à cras-
 sis flatibus ortum ducentibus, ac aliis à
 putredine natis opitula-
 tur.

Mordax vulgi vox fidem Medicamini huic tam antiquo & preclaro infirmam reddere, ac honori ipsius detrabere cupiens, eidem neuum huic affixit, quod ritè parari nequeat, eo quod multa in eius compositione ἀνβαλλόμενα seu Succodanea requirantur, cum veris Simplicibus ad eius constitutionem requisitis vix gaudeamus. Veruntamen quia labor improbus omnia vincit, Pharmacopæorum nostrorum studio & impensis effectum est, ut pauca nunc desiderentur, unde Georgius Melichius Augustanus, Pharmacopæus Venetus, meritò gloriatur in astruenda Theriaca Anno Christi 1573, sibi non nisi quatuor legitima defuisse, quorum tamen defectum æquivalentibus ad sufficientiam resarciebat, pro Opobalsamo Oleum Nucis Moschate, pro Carpobalsamo Iuniperi baccas, pro Amomo vero Amomum racemosum, ac pro Folio Folium Officinis vrsatum, seu Macem substituens: cum de Calamo nullum sit dubium quia is verus sit Acorus, Folium verum à Folio Officinarum viribus non discrepet, Cubebe verò aut Bacce Juniperi Carpobalsamum equent, atq; insuper Oleum Nucis Moschate Vel Caryophyllorum Opobalsamo parum cedat, ac vix minoris conditionis existat.

Videant Pharmacopœi Theriacam paraturi ea, quæ Prosper Alpinus Lib. 4. de Medicina Egyptiorum scripsit. Similiter Ioannem Baptistam Syluaticum, Melichium, Nicolaum Monardes, Petrum Bellonium, Clusium, & alios qui de Exoticis probe scripserunt, ad-

ant.

**ANTIBALLOMENA
NOSTRA HÆC SVNT,
QUARVM RATIONEM
sic reddimus.**

Imprimis pro Opobalsamo Oleum Nucis Moschate substituemus, non autem Oleum Caryophyllorum, id enim ratione Trochiscorum Hedychroi compositionem Theriacæ subintrat.

Pro Costo Zedoariam majorem, seu longam quæ rectè Costus Syriacus esse creditur, sufficimus, quo nomine non substituti ratione, sed propriæ auctoritatis fide locum in Theriaca suum meritò obtinet.

Pro Radicibus Meu Angelicam assumimus, cui viribus affinis planè est radix Imperatoria seu Ostrutium, quod Apuli aduersus serpenticum morsus valere dudum obseruarunt.

Amomi locum nobis supplet feminis Citri & Hyperici æqualis vtriusq; portio, aut Galanga major, non autem Macis, ea namq; Folij defectum resarcit: non Calamus Aromaticus, is enim Acorus verus cum sit, per se compositionem hanc ingreditur suis partibus satisfactorius: alij penuriam eius Bacci Iuniperi aut Amomo racemifero quo nunc gaudere capimus, resarciunt, quòd intellexisse videtur Andromachus in carmine sic canens,

Cumq; racemifero Celtarum Nardus Amomo.

Pro Malobathro commodissimè Macis, aut Macis & Caryophyllorum ana. partes æquales subrogantur, aliàs quidem Spica tam Celtica quàm Indica Folij vicem gerunt, non autem hoc loco, cum Nardus ipsa Celtica ad compositionem hanc requiratur.

Carpobalsamo omnis nostra ætas Cubebas subrogare fuit solita.

Sefeli Creticum, id est & habetur quod minimum est & tenuissimum, cuius Planta Germanicè Beerwurh vocari consuevit.

180 PHARMACOPOEIA
THERIACA DIATES-
SARON, MESVÆ.

℞ Gentianæ,
Baccarum Lauri,
Myrrhæ,
Aristolochiæ rotundæ. ana.
vncias duas.
Mellis despumati libras duas.

Gracorum hæc est Compositio, ut
ex nomine patet, quam Arabes mu-
tuati sunt. Describitur ab Auicenna &
Mesuæ. Ad venenatos morsus & po-
tus efficax, omnesq; cerebri frigidus affe-
ctus, conuulsionem, resolutionem, morbū
Comitiales, Spasmodum Cynicum, ven-
triculi, inflationem, ac coctionis tardita-
tem. Venenatis ictibus admota & epota
benefacit. Hanc passim agyrta & circū-
foranei circumferunt, & pro magna The-
riaca venalem exhibent.

Theriaca hæc licet jumentis communiter
exhibeatur, hominibus tamen identidem
salutaris existit. Valebit autem plurimum contra
pestilentis luis infectionem, aliorumque mor-
borum malignorum contagia, si ei Terram Le-
mniam, aut Bolum Armenum, Dictamnium al-
bum, Tormentillam, Scordium, Carlinam, Ze-
doariam vel Angelicam aucto Mellis pondere
junxeris. Notabis autē vulgares illas radices pro
Aristolochiæ radicibus venundari solitas. Pisto-
lochiæ radices esse, vulgo *Hoswur* dictas. Ari-
stolochiā verò vera radix est longè maior & tu-
berosa, intus solida, colore Buxi flauo,
odorem & saporem Aristolochiæ
longæ nostratis refe-
rens.

AUGVSTANA.
THERIACA COM-
MUNIS SEV AVGV-
STANA.

℞ Rad. Enulæ libram semis, vn-
cias quinque, drachmas
septem.
Aristolochiæ rotundæ li-
bram semis, vnciam vnā
semis.
Granorum Iuniperi,
Zedoariæ,
Scordij,
Chamædryos,
Chamepityos. ana. vncias tres
drachmas sex.
Aristolochiæ longæ,
Comarum Hyperici,
Scabiosæ,
Sem. Rutæ,
Sauinæ ana. vnciam vnā se-
mis, drachmas
duas.

Betonicæ,
Saluiæ domesticæ,
Prasij,
Spicæ Romanæ,
Baccarum Lauri,
Rad. Gentianæ,
Diptami albi,
Tormentillæ,
Calami Aromatici. ana. vnci-
am vnā semis.
Meu,
Phu,
Pimpinellæ,
Sem. Ammeos.
Carui,
Macis.

San ta-

PHARMACOPOEIA

Santali rubri,
 Succini Citrini,
 Foliorum Melissæ hortensis,
 Menthæ rubæ.
 ana. drachmas
 sex.

Castorei,
 Absinthij,
 Calaminthæ montanæ,
 Zingiberis,
 Piperis nigri. ana. drachmas
 tres.

Nucum Juglandium nume-
 ro sexaginta.

Cuperosæ preparatę vnciam
 vnam semis.

Olei Terebinthinæ,
 Olei Iuniperini e baccis.
 ana. vncias tres.

Oxymellis Scillitici libram v-
 nam.

Boli Armeni Orientalis præp.
 libram semis.

Opij Thebaici,
 Corticum Citri ficcorum,
 Sulphuris viui præparati ana.
 vncias tres. drachmam
 vnam, grana quinque.

Cornu cerui præparati vnciam
 vnam semis, drach-
 mam semis, grana duo.

Succi corticum Fraxini vncias
 tres.

Vini Cretici libram vnam.
 Mellis optimi despumati tri-
 plum.

Simplicibus singulis suo tem-
 pore collectis & artificiosè præ-

AUGUSTIANA 181

paratis, fiat Theriaca in bonâ
 formâ.

Theriacam hanc communem omni-
 um Medicorum & totius Collegij
 nostri consensu ad hunc modum hucusq;
 præparauimus, & in posterum quoq; præ-
 randam censemus. Hac autem vulgus
 ad præproperos morbos ac subitas adorsio-
 nes, vbi contagij alicuius suspicio subest,
 commodè vritur; sudores enim potenter
 prolicit, humorum putredini aduersatur,
 eorumq; corruptionem emendat. Colicos,
 inflatos, ex ventre, vesicâ, Stomacho, aut
 vtero dolentes adiuuat, Venenis res-
 sistit, malignarum febrium primos insul-
 tus reprimat, cordis rælia e putridorum
 succorum halitu ortum ducentia discu-
 tit, coctionem adiuuat, frigidam visco-
 rum intemperiem corrigit, ac contra ve-
 nenati aut contaminati aeris noxas,
 quas potenter euincit, saluberrimè assu-
 mitur.

MITHRIDATIUM
 DAMOCRATIS, EX GRÆ-
 CIS VERSIBVS.

℞ Myrrhæ Arabicæ Troglody-
 ticæ,
 Croci,
 Agarici,
 Zingiberis,
 Cinamomi,
 Spice Nardi
 Thuris electi,
 Thlaspios. ana. drachmas de-
 cem.

Seseleos,
 Opobalsami,
 Schoenanthus,

D d 3

Stoc.

Stoechadis,
 Costi veri Aromatici, aut succedanei,
 Galbani,
 Terebinthinæ,
 Piperis longi,
 Castorei Pontici,
 Succihypocistidis,
 Styracis bonæ,
 Opopanacis,
 Folij ana. vnciam vnam.
 Cassiæ lignæ,
 Polij,
 Piperis albi,
 Scordij,
 Sem. Dauici Cretici,
 Carpobalsami,
 Cypheos Trochiscorum,
 Bdellij ana. drachmas septem.
 Nardi Celticæ purgatæ,
 Sem. Petrofelini,
 Gummi,
 Opij,
 Cardamomi,
 Sem. Fœniculi,
 Gentianæ,
 Foliorum Rosarum,
 Dictamni Cretici. ana. drachmas quinque b. p.
 Anisi,
 Aristolochiæ rotundæ,
 Acori,
 Phu,
 Sagapeni. ana. drachmas tres.
 Meu Athamantici,
 Succu Acaciæ,
 Ventris Scinci veri,
 Summitatum Hyperici. ana.

drachmas duas semis.
 Vini quantum satis est.
 Mellis despumati triplum, id est, libras nouem, vncias octo, drachmas duas.

Modus confectiois hic est, ut ingredientia ad compositionem huius tam famosi Medicaminis in sex Classes diuisa in tenuem puluerem redigantur. Classium porro series hæc est.

I. CLASSIS.

Sem. Anisi drachmas tres.
 Zingiberis drachmas decem.
 Macis vnciam semis.
 Caryophyllorum vnciam semis.
 Gentianæ drachmas quinque.

Pendit hæc Classis in vniuersum vncias tres, drachmas duas.

II. CLASSIS.

Scordij Cretici drachmas septem.
 Nardi Celticæ drachmas quinque.
 Piperis longi vnciam vnam.
 Sem. Petrofelini Macedonici drachmas quinque.

Pendit hæc Classis in vniuersum vncias tres, drachmam vnam.

III. CLASSIS.

Cinamomi drachmas decem.
 Spicæ Indiæ drachmas decem.
 Schœnanthus vnciam vnam.
 Zedoariæ vnciam vnam.
 Seseleos vnciam vnam.
 Rosarum drachmas quinque.

Pendit hæc Classis in vniuersum libram semis, drachmam vnam.

IV. CLASSIS.

Polij Montani drachmas septem.
 Stoechadis vnciam vnam.
 Sem. Fœniculi drachmas quinque.
 Phu Pontici drachmas tres.

Pendit hæc Classis in vniuersum vncias duas semis, drachmas tres.

V. CLASSIS.

PHARMACOPOEIA

V. CLASSIS.

Dictamni Cretici drachmas quinque.
 Cassiæ lignæ drachmas septem.
 Cubebæ drachmas septem.
 Piperis albi drachmas septem.
 Sem. Thlaspios drachmas decem.

*Pendit hæc Classis in vniuersum vni-
 cias quatuor semis.*

VI. CLASSIS.

Sem. Dauici drachmas septem.
 Cardamomi drachmas quinque.
 Calami Aromatici drachmas tres
 Aristolochiæ rotundæ drachmas tres.
 Angelicæ drachmas duas semis.
 Hyperici drachmas duas semis.

*Pendit hæc Classis in vniuersum vni-
 cias duas semis, drachmas tres.*

Sequentia porrò per se terantur,
 Nempè

Myrrha,
 Olibanum,
 Castoreum,
 Bdellium,
 Agaricus,
 Ventres Scinci,

*qui in cisorio in minutissimas partes re-
 digantur.*

Crocus.

Hoc peractò Gummata & Succu vi-
 no Cretico soluantur, ac eo planè
 modo qui in Theriacâ præscriptus est, cū
 Terebinthina, Melle & pulueribus sex
 Classium vniantur, adiuciendo sub finem
 Crocum vino Cretico dilutum, itemque
 Styracem Oleo Nucis Moschata & eo-
 dem vino liquatam; atq; sic sedula stre-
 nuaque agitatione compositio hæc suam
 perfectionem acquirat, que identidem in
 vase mundo & satis amplo, vt ferment-
 tare queat, reponenda, atque vt Theri-
 aca sæpius commouenda, donec in an-
 num adoleuerit.

PRO Opobalsamo, Oleum Nucis Moschatae,
 pro Acoro Calamum Aromaticum, pro ra-
 dicibus Meu Angelicam hoc loco substituimus.

A Dijcimus hic Schematismū
 AMithridatij in duplicata
 quantitate vsq; ad duodecuplam
 parandi, qui sic sese habet.



MITHRI-

Mithridatica Antidotus celeberrima ad lethales & venenatos morsus à Michridate, Ponti & Bithy-
niæ Rege famam & nomen accepit. Va-
let ad capitis, aurium, oculorum, denti-
um, pulmonum, ventriculi & intestino-
rum affectus frigidos seu pituitosos &
Melancholicos, seu ad stuporem, Para-
lysim, Apoplexiam, Epilepsiam, Spas-
mum, Tetanum, Cephaleam, Hemicra-
niam, Maniam, Melancholiam, gra-
uem auditum, oculos lacrymantès, O-
dontalgiam, Cynanchen, Asthma, spu-
tum Sanguinis, Peripneumoniam, Li-
enteriam, Dysenteriam, siue sumatur,
siue admoueat. Præterea ad fran-
gendos calculos, Menses ciendos, omnia
uteri vitia, Scirrhus, Podagras, mor-
sus & ictus venenatos, morsum canis
rabidi, febres quotidianas & quartanas
initio accessionum, cocta iam materia, in
modum auellane cum vino vel aqua,
cui Salvia seu Mentha sit incocta, in
alijs autem vespere sumpta vel admo-
ta efficax existit. Diuturnis Stomachi
& thoracis defluxionibus prodest. Ta-
bidis, ventris inflationibus, Caliacisq;
medetur, bonum corporis colorem con-
ciliat, appetentiam immutatam restitu-
it, ex morbo languidos reficit, ac diffi-
cultatem urine emendat. Melancho-
liam non sinit consistere, mortuum fœ-
tum eicit, visum acuit, præsumpta non
permittit ledi à lethalibus pharmacis.
Omnibus in profundo corporis factis ex-
ulcerationibus & abscessibus benefacit.

Prisci legebant MITHRADATES, non MI-
THRIDATES, & rectius quidem, ita enim
habent antiquorum numismatum inscriptiones

quas in cælatura frontispicij huius voluminis,
fecuti sumus.

ANTIDOTVS MATHIOLI

℞ Rhabarbari,
Rhapontici,
Rad. Phu,
Acori, seu Calami Aro-
matici,
Cyperi,
Quinquefolij,
Tormentillæ,
Aristolochiæ rotundæ,
Pœoniæ,
Helenij,
Costi,
Iridis Illyricæ,
Chamæleontis albi,
an. drachmas tres.
Galangæ,
Imperatoria,
Dictamni albi,
Angelicæ,
Millefolij,
Filipendulæ,
Zedoariæ,
Zingiberis. ana. drach-
mas duas.
Agarici drachmas tres.
Labanotidis maris,
Gentianæ,
Morsus Diaboli. ana.
drachm. duas semis.
Sem. Citri,
Viticis,
Cocci infectorii,
Fraxini,
Oxalidis,
Ec Pastinacæ

Pastinacæ sylvestris,
 Napi,
 Nigellæ,
 Pœoniæ,
 Ocymi,
 Irionis,
 Thlaspios,
 Fœniculi,
 Ammeos. ana. drachmas
 duas.
 Baccarum Lauri,
 Juniperi,
 Hederae,
 Smilacis asperæ,
 Cubebarū. ana. drach.
 mam vnam semis.
 Foliorum Scordij,
 Chamædryos,
 Chamæpityos,
 Centaurij minoris,
 Stæchadis Arabicæ,
 Nardi Celticæ,
 Calaminthæ,
 Rutæ,
 Menthæ,
 Betonice,
 Verbenacæ,
 Scabiosæ,
 Cardui Benedicti,
 Melissophylli. ana.
 drachmam vnam
 semis.
 Dictamni Cretici drach
 mas tres.
 Sampfuchi,
 Hyperici,
 Iunci odorati,
 Marrubij,

Galegæ,
 Sauinæ,
 Pimpinellæ. ana. drachi-
 mas duas.
 Caricarum,
 Nucum Juglandium,
 Pistachiorum. ana. vn-
 cias tres.
 Myrobalanorum Em-
 blicorum drachmas
 quatuor.
 Florum Buglossi vtriusque.
 Rosarum,
 Lauendulæ,
 Saluæ,
 Rorismarini. ana. scrupu-
 los quatuor.
 Croci drachmas tres.
 Cassiæ lignæ veræ, drachmas
 decem.
 Caryophyllorum,
 Nucis Moschatae,
 Macis. ana. drachmas duas se-
 mis.
 Piperis nigri,
 Longi,
 Santalorum omnium,
 Agallochi. ana. drachmam vnā
 semis.
 Cornu cerui crudi vnciam semis
 Vnicornu drachmam vnam.
 Ossis de corde cerui,
 Ramentorum Eboris,
 Virgæ Ceruinæ,
 Castorei. ana. scrupulos quatuor
 Terræ Lemniæ drachmas tres.
 Opij drachmam vnam semis.
 Margaritarum Oriental.

Fragmen-

Fragmentorum Smaragdi,
Hyacinthi,
Coralli rubri. ana.
drachmam vnam
femis.

Camphoræ drachmas duas.
Mastiches,
Thuris,
Styracis,
Myrrhæ,
Gummi Arabici,
Resinæ Terebinthinæ,
Sagapeni,
Opopanacis,
Laserpitij. ana. drachmas duas
femis.

Mofchi odorati,
Ambrae ana. drachmam vnam.
Olei Vitrioli vnciam femis.
Specierum Cord. temperatarū.
Diamargariti frigidi,
Diamofchu dulcis,
Diambrae,
Degemmis frigidis.

Trochiscorum de Camphorâ,
Scilliticorum. ana. drachmas
duas femis.

Trochiscorum de Viperâ vncias
duas.

Succ. Oxalidis,
Sonchi,
Scordij,
Echij,
Buglossæ,
Melissophylli. ana. libram
femis.
Hypocistidis drachmas
duas.

Theriace electæ,
Mithridatij optimi. ana. vncias
sex.

Vini veteris albi odorati libras
tres.

Sacchari è Maderâ aut Mellis
optimi libras octo & vncias
sex.

Fiat secundum artem Electu-
arium eo modo, quo Theriaca
aut Mithridatium conficiuntur.

Describitur à Petro Andrea Mat-
thiolo in Commentar. ad librum 6.
Dioscoridis. Facit autem aduersus ple-
raque venena que per os sumuntur, i-
temque aduersus ea que morsu, vel icctu
relinquuntur. Pesti plurimum aduersa-
tur, morbosq; malignos præcauet & ex-
pellit, ac Theriaca aut Mithridatij vires
emulatur. Datur à drachma vna ad
duas, vel ad summum tres, ex poscâ, vi-
no, aceto, Aquâ Cardui Benedicti, seu
alio aliquo conueniente liquore, corpore
ab eius assumptione ad sudorem compo-
sito.

DIACORVM
MESVÆ.

R Rad. Secacul, vel in eius defe-
ctu rad. Pastinacæ mari-
næ, aut Eryngij.
Acori, seu Calami Aro-
matici,
Pinearum. ana. libram v-
nam femis.

Radices Secacul mundatæ &
incisæ coquantur in aquâ clarâ,
donec aqua consumatur. Postea

E e 2 optimè

optimè pistentur, & in minutifimas partes conterantur, ad pulvis consistentiam: deindè affunde eis Mellis odorati optimè despumati libras decem.

Coquantur lento igne, donec tota aqua, quam radices Secacul imbibent, in vaporem resoluta sit, diligenter agitando, ne ad vasis fundum radices adurantur. Cum autem justæ spissitudinis consistentiam acquisiverit, ab igne deponito, & adde radices Acori tenuissimè tritas, ac Pineas minutissimè incisas, cum subsequenti pulvere optimè mixtas.

Piperis nigri vnciam vnam.

Longi,
Caryophyllorum,
Zingiberis,

Rosarum,

Macis. ana dracmh. quatuor.

Nucis Moschatæ,

Galangæ,

Cardamomi. ana. drachmas

tres.

Omnia ista simul cum Melle & radicibus Secacul misceto & vnitò, diligenter agitando, ne grumia liqui relinquantur.

Neruarum agritudinibus mirificè confert, acuit omnes sensus & ingenium, sedat dolores capitis, est peculiare remedium frigidarum agritudinum, seruum, & maxime catharri, ac Hydropicos auuat. Describitur à Mes.

Summâ quartâ de agritudinibus nervorum cap. 1.

**A C O R V S C O N -
D I T V S V V L -
G A R I S.**

℞ Conferuæ radicum Acori libram vnam semis.

Mellis despumati (vel eius loco Brodij Zingiberis conditi) libram vnam.

Amygdalarum incisarum libram semis.

Piperis nigri,

Nucis Moschatæ,

Zingiberis albi. ana. vnciam vnam.

Misce, fiat Conditum.

Ventriculum frigidum & humidum confortat, flatu crassos dissipat, & concoctionem promouet.

**E L E C T V A R I V M
A L K E R M E S, M E S -
V Æ.**

℞ Serici succo granorum tinctorum recentè tincti libram semis.

Succi Pomorum dulcium,

Aquæ Rosarum,

Sacchari albi ana. vncias novem,

Ambraæ crudæ drachmas duas.

Ligni Aloës optimi,

Cinamomi electi. ana. drachmas tres.

Lapid. Cyanei loti & præparati,

Mar-

Margaritarum albarum. ana.
drachmas duas.

Foliorum Auri boni drach-
mam semis.

Moschi laudatissimi scrupu-
lum semis.

Sericum in aquâ & succo
maceretur viginti quatuor ho-
ris, deinde paulisper his incoqua-
tur, donec liquores isti rubescât,
quos expresso & abiecto Serico
coque cum Saccharo ad Mellis
consistentiam. Ab igne depositis
& adhuc calentibus misce Am-
bram, quâ liquatâ inijce pulve-
rem Ligni Aloës, Cinamomi,
Lapidis Cyanei, Margaritarum,
Folia Auri & Moschum.

Corac vitales vires validè robo-
rat, ob id syncopen & cordis palpi-
tationes pellit. Cerebro quoque ac ani-
mali facultati languida eximie succur-
rit, nec non ab Apoplexiâ præseruat. Da-
tur Melancholicis, mæstis, tædio & squa-
lore confectis, spontè illacrymantibus,
meticulosis ac tristibus, lætitiâ namq;
cum hilaritate parit, atq; animum gau-
dio reficit. Expetitur potissimum à Ma-
gnatibus & Principibus eius pretium fe-
rentibus.

Alitè quoque ad mentem Doctissimi No-
stradami Electuarium hoc apud nos para-
rum prostat, cuius descriptionem. Clarissimus
Vir D.D. Casparus Gutmannus Reip. August.
Physicus celeberrimus, & Collega noster per-
quàm honorandus alicubi non sine ratione
mutatam sic nobis restituit.

ELECTUARIUM

ALCHERMES NOSTRADA-

MI, Opera ac studio Clarissimi D. D. CA-

SPARI GUTMANNI re-

paratum.

℞ Specier. Diamoschi dulcis
drachmas tres.

Diamargariti frigidi.

De Gemmis frigid.

Diacorallij ana.

drachmas duas.

Fol. Auri puri & fini numero
centum quadraginta
septem.

Lapidis Lazuli veri, politi,
pellucidi, cum venis au-
reis ritè præparati drach-
mam vnam.

Lapidum quinque pretioso-
rum optime præparato-
rum.

Margaritarum præparat. re-
solutarum. ana. grana
quindecim.

Rasuræ Eboris scrupulos du-
os, grana quinque.

Lapidis Bezoardici Orienta-
lis drachmam vnam.

Ossium de corde cerui scru-
pulum vnum.

Ligni Aloës,

Cinamomi acutissimi. ana.
drachmam vnam.

Conseruæ Rosarum,

Buglossæ,

Violarum. ana. vncias

duas.

E c 3

Nucis

Nucis Moschatæ conditæ
maioris,

Rad. Buglossæ condit.

Cort. Citri condit.

Myrobalanorum Che-
bulorum conditorum,
ana. vnciam vnam.

Lactuæ Hispanicæ conditæ
vncias duas.

Cort. Arantiorum condit.
vnciam semis.

Ambrae electæ & sinceræ
drachmam vnam.

Moschi Alexandrini drach-
mam semis.

Serici crudi succo Granatorū
dulcium recentèr tincti
vnciam vnam semis.

Granorum Chermes contu-
forum, & in petiâ ligato-
rum drachmas tres.

Succi pomorum dulcium,
Aquæ Rosarum odoratæ.

Cardui Benedicti. ana. vncias
sex, vel quantum satis est.

Sacchari finissimi vnciam v-
nam.

Vini Maluatici vnciam se-
mis,

Fiat secundum artem
Electuarium.

Electuarium hoc prioris compositio-
nis facultates obtinet, imò eâ viri-
bus haudquaquam inferius existit, atq;
hoc Medici nostri superiore neglectâ,
communiter ac crebrò vtuntur.

DIACORALLION
AD CONFECTIONEM
HANC REQVISI-
TVM.

℞ Specierum Diarhodon Abba-
tis drachmam vnam.

Corallorum rubrorum reso-
lutorum scrupulos
duos.

Fragmentorum lapid. pretio-
sorum omnium præpara-
torum. ana. scrupulum v-
num.

Omnia in tenuissimum polli-
nem redacta miscean-
tur.

CONFECTIO A-
NACARDINAMES.
V.Æ.

℞ Myrobalanorū Chebulorum,
Emblicorum,
Belliricorum,
Indorum,

Piperis nigri,

Longi,

Castorei. ana. drachmas
duas.

Costi,

Anacardij præparati,

Sacchari albi,

Sem. Nigellæ aut Eruçæ,

Baccarum Lauri. ana. drach-
mas sex.

Cyperidrachmas quatu-
or.

Anacardij per se terantur, de-
mum alijs tritis admisceantur:
deindè omnia incorporentur
cum

cum Butyri recentis non saliti,
& Mellis despumati. ana. quan-
tum fatis, seu vncijs quinque se-
mis fiat Electuarium.

Valeat ad ventris totius inferioris
& cerebri affectus frigidos. sangui-
nem puriorem reddit, ac inde spiritu
animali purgatiore tenuioreque effecto
sensus omnes, apprehensionem, intelle-
ctum & memoriam iuuat, unde eam
Mesua Confectionem Sapientum esse
dixit, ac ijs qui scire desiderant, suppe-
tias laturam promisit, quae & ipsa ve-
nosum genus totum calefacit, nec non
corpori viuidum colorem praestat. Cautè
tamen & non nisi ante semestre tempus
post perfectam fermentationem hoc Me-
dicamento est vtendum, & ab eius as-
sumptione à labore, ira, coitu, ac ebrie-
tate cauendum.

ANacardiis nomen indiderunt recentiores
Græci à cordis cum similitudine, tum
colore. Nascuntur in Sicilia montibus, qui
continuas eructant flammâs, nec non in
Calicut, Cananor, Cambaiâ & Decan.
Excalfaciunt & siccant tertio gradu, quin
imò sanguinem exurunt, ac cutim vlcera-
nt.

Mesua legit Burungi, id est, Nigella, pro
quo Petrus Coudenbergius album Sina-
pis semen substituit.

ANacardiorum præparationem in fine li-
bri inter reliquorum simplicium præpara-
tiones require.

C O N F E C T I O
A R C H I G E -
N I S.

R Castorei,
Piperis longi,
Nigri,
Styracis,
Spicæ,
Costi,
Galbani,
Opj. ana. vnciam semis,
Crocj drachmas duas.
Mellis despumati quantum
sufficit.

Efficax est ad sputum sanguinis, &
tussim diurnam ex materiâ cor-
rupta saniosa, vel ab ulcere ac Phthisi,
mundificat enim & abstergit materiam
crassam ac putridam. Confert uteri præ-
focationi, Paralyti, & vesicae vitis,
nec non fluxui ventris ac februm perio-
dis medetur, insuper etiam venenis re-
sistit. Describitur à Mes. in cap. de tussi
humida, folio 30. Editionis Venetæ,
1549.

A V R E A A L E X A N -
D R I N A, N I C O -
L A I

R Afari,
Carpobalsami,
Sem. Hyosciami albi. ana.
drachmas duas
semis
Caryophyllorum,
Opj Thebaici,
Myrrhæ,
Cyperj rotundi, ana. drach-
mas duas,
Opobalsami,
Cinamomi,

Cinamomi,
 Euphorbij præparati,
 Folij,
 Zedoariæ,
 Zingiberis,
 Costi veri,
 Cassiæ lignæ vere,
 Corallij,
 Tragacanthæ,
 Thuris masculi,
 Mei, Sefeli Cretici, vel Sem.
 Sinonis,
 Styracis Calamithæ,
 Saluiæ,
 Cardamomi minoris,
 Sem. Seseleos,
 Sinapis,
 Saxifragiæ,
 Anethi,
 Anisi. ana. drachmam
 vnam.
 Ligni Aloes,
 Rhabarbari, aut Rhapontici
 veri.
 Alistæ Moschatae,
 Castorei,
 Spicæ Indicæ,
 Galangæ,
 Opopanacis,
 Anacardij præparati,
 Mastiches,
 Sulphuris viui,
 Rad. Pœoniæ,
 Eryngij,
 Rosarum,
 Thymi,
 Acori veri, seu Calami Aro-
 matici,

Pulegij,
 Aristolochiæ longæ,
 Gentianæ,
 Cort rad. Mandragoræ,
 Chamædryos,
 Rad. Phu,
 Baccarum Lauri,
 Ammeos,
 Dauci Cretici, vel Sefeli Cre-
 tici
 Piperis longi,
 Albi,
 Xylobalsami,
 Carui,
 Amomi,
 Petroselini Macedonici,
 Sem. Ligustici,
 Rutæ;
 Sinonis, seu Amomi
 vulgaris Officina-
 rum.
 Auri cocti, id est, igne depu-
 rati, vel fini,
 Argentipuri,
 Margaritarum albarum,
 Blattæ Bizantiæ,
 Offis de Corde Cerui. ana.
 scrupulum vnum,
 grana tredecim.
 Limaturæ Eboris,
 Calami Aromatici,
 Pyrethri. ana. grana no-
 vem.
 Mellis triplum, id est, circiter
 libras duas.

Compositio hæc, quæ paratu facilior
 est Theriaca aut Mithridatio, cui

ex Nicolao Græco Fuchsius Nucum Anellanarum drachmas duas, Saphyri, Smaragdi, Jaspidis. ana. drachmam vnam, Carnis Palmularum, Been albi & rubei. ana. drachmam semis addit, ac in ponderibus non nihil variat, ab Auro quod ad eius constitutionem expetitur, vel potius à virium præstantiâ sic dicta. Efficax enim est contra capitis defluxiones frigore conceptas, dolorem siquidem confestum mitigat, oculorum lacrymas sistit, dentium dolores sanat, omnem noxam capitis à frigido & humido non modò epota, sed & imposita, & fronti illita prope-llit. Comitialibus, Vertiginosis, Paralyticis, Apoplecticis benefacit, furiosorum incompositos motus compescit, Tabidis, tussiculosis, Asthmaticis, sanguinis educationibus, Cardiacis, Ischiadicis, Colicis, Nephriticis, Dysuriæ, Stranguriæ, Ischuriæ ac præsentis est auxilio. Calculos renum & vesicæ comminuit, Quotidianis ac Tertianis febribus circa accessionis initium cum decocto Stæchadis eximie medetur. Præsumpta hæc Antidotus, & in consuetudinem vocata, ab Apoplexia, & Colico morbo facile vindicat. Vide eius examen apud Joannem Baptist. Mont.

Aliam descriptionem ponit Actuarius ab hac, quæ Nicolai est, diuersam, vbi pro Myrrhâ baccas Myrti, pro Sem. Sinapis Semen Apij, pro Pulegio Halicacabum ponit, atq; in super Semen Carui & Anethi, Rosas ac Piper album omittit, qua de re (prout de alijs quibusdam dubijs hæc in compositione occurrentibus) consulatur editio Anni 1581. Nobis hæc sic rectè sese habere visa sunt, & cum aliquot hæc Succedanea requirantur eorum, quorum copia nobis non est, defectum refarcimus, substituendo,

Pro Carpobalsamo, Cubebas,
Pro Opobalsamo, Oleum Caryophyllorū,
aut Nucis Moschata,

Pro Folio, Macem,

Pro Meu, Angelicam,

Pro Xylobalsamo, Santalum Citrinum,
cum Lignum Aloës per se alioquin ad
compositionem hanc requiratur,

Pro Amomo, Cardamomum minus, aut
Grana Juniperi,

Auri & argenti pondus hæc penitus supplendum non putamus, arbitramur enim sufficere, hæc posse singulorum bractæas, seu folia numero triginta tria: videtur namque Auri & Argenti in Medicinas additio opinioni magis quam intentioni satisfacere, & ad pascendos oculos ex Arabum luxu ad conciliandam pharmaco auctoritatem introductâ esse, cum tantum absit vt calor noster natiuus aliquam virtutem ex ijs suâ elixatione, vel vi quantumuis intensâ, prolificere possit, vt ea ipsa integra, ac nullam penitus ab assumptione mutationem passa excerni obseruemus. Alioquin autem Auri folia quatuor, Argenti verò duo, vt quæ duplo sint maiora, ferè grani vnus pondus æquant.

A T H A N A S I A MAGNA, NICOLAI.

℞ Cinamomi,
Cassia lignee. ana. drachmas,
tres, grana septem.

Croci,

Schœnanthus,

Styracis Calamitæ,

Phu,

Seseleos,

Betonicæ,

Sem. Hyoscyami,

Apij,

Dauci,

Anisi,

Opij. ana. drachmam vnam
semis, grana tria.

Spicæ Indicæ,

Folij,

Castorei,

F f

Myrrhæ,

Myrrhæ,
 Lapidis Hæmatitis,
 Sanguinis Draconis,
 Charabe,
 Corallij rubri,
 Mumixæ,
 Boli Armeni,
 Symphyti,
 Helenij,
 Acori,
 Afari,
 Cort. rad. Mandragoræ,
 Polij,
 Baccarum Lauri,
 Meu,
 Piperis albi,
 Longi,
 Sem. Petroseliniana drachmam semis.
 Sem. Quinqueneruix, id est, Plantaginis minoris,
 Baccarum Myrti,
 Rosarum. ana. drachmam vnam, grana quatuor.
 Succi Hypocistidis,
 Acaciæ,
 Oxyacanthæ,
 Sem. Oxyacanthæ. ana. vncias duas.
 Succi Quinqueneruix vncias tres,
 Mellis triplum, id est, libram vnam, vnciam vnam, drachmas quinque semis.

Dysenteria laborantibus & Calicis confert, ac fluxum muliebrem

superfluum restringit. Facit ad profluuium sanguinis narium, & eos qui cibum non retinent in ventriculo iuuat, sanguinis præterea à quacunq̄ue causa natis reiectionibus auxiliatur.

ELECTVARIVM
E BACCIS LAVRI,
RHASIS.

R Foliorum Rutæ drachmas decem.

Sem. Ammeos,

Cumini,

Nigellæ,

Ligustici,

Carui,

Dauci,

Acori, seu Calami Aromatici,

Origani,

Amygdalarum amararum,

Piperis nigri,

Longi,

Mentastri,

Baccarum Lauri,

Castorei. ana drachmas duas.

Sagapeni vnciam semis.

Opopanacis drachmas tres.

Mellis triplum, id est, libram vnam, vncias quatuor, drachmas septem.

Tri-

Tritis diligenter, quæ terenda sunt, fiat Electuarium, additis circa finem Lachrymis vino dilutis.

Commendatur ad Colicam & Iliacam passionem, ac doloribus intestinorum ex causa frigida vel flatuosa opitulatur. Adhibetur insuper utiliter Enematibus, flatibus vel euocantibus, vel discutientibus. Describitur à Rhase 9. ad Almansorem, Cap. de dolore Colico.

ELECTVARIUM CHALYBEATVM.

℞ Limaturæ Chalybis vncias octo.

Molatur super Porphyrite subtilissimè ex aceto, deindè siccetur ad solem, vel ignem, & sic septies iteretur: postea

℞ Limaturæ sic præparatæ vncias septem.

Cinamomi acuti,

Nucis Moschatæ. ana. drachmas sex.

Rhabarbari electi drachmas duas.

Specierum Aromat. Rosati drachmas sex.

Mellis optimi despumati, Sacchari albissimi. ana. vncias tredecim.

Misce ad lentum ignem, & fiat Electuarium.

HVius Electuarij inuentor extitit Fabricius Barzonijs Professor Bononiensis celeberrimus, est que eius vsus

frequens in iecoris diuturnâ obstructione, & albo virguncularum lètero. Datur post purgatum corpus à drachmis duabus ad vnciam semis, subsequente valido aliquo exercitio, aut corporis motu vehementiore. Erat id quondam familiarissimum Clarissimis viris D. D. Cratoni, Philippo Menzelio, ac Thomæ Meermanno p. m. quo muliebrem præsertim Cachexiam pellebant. Eo utimur loco Electuarij de Scoriâ Ferri Rhasis, quod sic habet.

ELECTVARIUM DE SCORIA FER- RI, RHASIS.

℞ Myrobalanorum Indorum, Belliricorum, Emblicorum, ana drachmam vnam.

Spicæ Indicæ,

Schoenanthus,

Cyperis,

Zingiberis,

Piperis,

Ammeos,

Thuris ana. vnciam semis.

Scoriæ Ferri infusæ, aceto per dies septem, postea torrefactæ drachmas tres.

Mellis decocti cum Apozemate Emblicorum vncias sedecim.

Misce, fiat Electuarium.

ELECTVARIVM

DIVRETICVM BAR-
THOLOMÆI MON-
TAGNANÆ,

℞ Cineris putaminum ouorū, ē
quibus pulli sunt ex-
clusi,

Vitri combusti,

Lapidis Spongiæ,

Iudaici. ana. drach-

mam vnam semis.

Sem. Apij,

Rufci,

Petrofelini,

Asparagi,

Leuistici. ana. drach-
mam vnam.

Anisi,

Glycyrrhizæ. ana. vnciam se-
mis.

Sanguinis Hirci præparati,
drachmas quinque.

Mucilaginis granorum Mu-
choitæ, id est, Sebesten, li-
bram vnam.

Sacchari rubri libram semis.

Oxymellis compositi vncias
tres,

Pistachiorum depuratorum
vncias quatuor.

Infundantur Pistachia in a-
quâ cineris calidi per duos dies,
postea minutim incidantur, &
coquantur simul mucilagines;
Oxymel & Saccharum deindè in
mortario incorporentur, cum
Pistachiis & aliis Speciebus, fiat
Electuarium.

Confert in *urinae retentione*, Dy-
suria, & Stranguria, nam *uri-*
nam potentèr pronocat, & calculos rum-
pit.

ELECTVARIVM

GVIDONIS CONTRA

PESTEM, QVOD ALII E-

LECTVARIVM PAPER

vocant.

℞ Granorum Iuniperi drach-
mas duas semis,

Caryophyllorum,

Macis,

Nucis Moschatæ,

Zingiberis albi,

Zedoariæ. ana. drachmas du-
as.

Gentianæ,

Tormentillæ,

Herbæ Tunicæ,

Diptami albi,

Rad. Aristolochiæ rotundæ,

Longæ. ana. drach-
mas duas semis.

Saluiæ,

Rutæ,

Balsamitæ,

Menthæ crispæ,

Rad. Chelidoniæ. ana. drach-
mam vnam.

Baccarum Lauri,

Doronici,

Croci Orientalis,

Sem. Acetosæ,

Citri,

Ocymi,

Mastiches,

Thuris,

Boli

PRO herbâ Tunicâ aliquâ Angelicam, aut
Carduum Benedictum, pro Aristolochiâ E-
nulam substituunt.

ELECTVARIVM
DE OVO, MAXIM. L
IMP. P. F. AVG.

℞ Ouum gallinæ recens, & e-
ducto per apicem albumi-
ne, id quod vacuum est Cro-
co Orientali non puluerifa-
to imple, vitellum non au-
ferendo: postea cum alio
putamine iterum occlude,
ne quid transpiret, & lento
igne, vel post fornacem tam-
diu assa in ollulâ, donec tota
oui testa nigrescere incipiat,
diligentè cauendo, ne Cro-
cus comburatur. Exem-
pta è testâ materia exicce-
tur, vt in mortario exquisi-
tissimè contundi, & in pul-
uerem redigi queat, adden-
do pulueris Sinapis albi quâ-
tum prædicta omnia pon-
derant. Postea

℞ Puluer. Diptami albi,
Tormentillæ. ana.
drachmas du-
as.

Myrrhæ,
Cornu cerui,
Nucis Vomixæ. ana.
drachmam v-
nam.

Angelicæ,

Ff 3

Pim-

Boli Armenij,
Terræ Lemniæ,
Spodij præparati,
Ossis de corde cerui,
Rasuræ Eboris,
Margaritarum præparata-
rum,
Coralliorum rubcorum,
Fragmentorum Saphyri,
Smaragdi,
Ligni Aloës,
Santali Citrini,
Rubei,
Muscellini. ana.
drachmam semis
Conseruæ Rosarum,
Buglossæ,
Nymphææ,
Theriacæ electæ, ana. vnciam
vnam.
Sacchari optimi libras tres.

Dissoluatur Saccharum cum
aquâ Scabiosæ & Rosarum, ad-
dendo
Camphoræ scrupulum v-
num.

Misceantur omnia, vt est
artis.

Febrium malignarum & conta-
giosarum impetus frangit, ac pe-
stilentis luis seminaria disijcit, vene-
natam materiam sudore excludens, &
tam in præseruatione quàm in curatio-
ne magnas vires obtinet.

Pimpinellę,
Granorum Iuniperi,
Zedoarię,
Camphorę.ana. vnciam
semis.

Misce omnia simul in mortario, & tandem adijce Theriaces optimę ad pondus omnium, ac iterum pistillo fortiter contunde & commisce, per tres quasi integras horas agitando, deinde fiat Electuarium vt est artis.

Pracipuus eius vsus est in Peste & pręseruatione à venenis deleterijs: sudores potenter mouet, & venenatos ichores à centro ad circumferentiam eximie propellit: Cor à tetrīs fuliginibus tuetur, ac pestilentis luis noxas disijcit.

Paratur etiam apud nos sine Nuce Vomica, pro ijs quibus Nux Vomica iam dicta suspecta esse solet.

Nonnulli pro Nuce Vomica semen Citri substitunt, aut rad. Petasitidis vt placet Fuchsio. Georg. Agricola lib. de Peste aliam descriptionem habet, cui radices Pentaphylli, Terram Lemniam, & Corallo adijcit.

MICLETA NICOLAI MYREPSICI.

R Quinque generum Myrobalanorum parum omnium tostorum. ana. drachmas duas semis.

Sem. Nasturtij,
Cumini,
Anisi,
Foeniculi,
Ammeos,

Carui.ana.drachmam vnam semis.

Omnia cruda terantur, & macerentur in modico aceto vini, horis viginti quatuor, excidentur subinde asperso aceto, ac torresiant leniter super prunas, deinde addantur sequentia:

Spodij de Eboře,
Balaustiorum,
Pulpe Rhois, id est, Sumach,
Mastiches,
Gumi Arabici. ana. drachma vna, grana quindecim.

Omnia cum oleo Rosaceo fricentur & commisceantur cū Syrupi Myrtini triplo, id est vncijs decem, drachmis tribus, & quartā parte drachmę.

Vtilis est Dysenterię, intestinorum leuitate laborantibus, inflationibus intestinorum: ad omnes insuper Cęliacos affectus atque Hemorrhoides fluentes efficax.

PHILONIVM, MESVÆ.

R Piperis albi,
Sem. Hyoscyami albi. ana. drachmas viginti.
Opij drachmas decem.
Crocī drachmas quinque.
Spicę Indicę,
Pyrethri,

Casto-

PHARMACOPOEIA

Castorei. ana. drachmam
vnam.

Mellis despumati quadru-
plum.

Mirum in modum mitigat dolo-
res ventriculi, uteri, laterum,
totius ventris, & Colicam, cum decocto
Chamemeli, vel Ruta. Statim som-
num prouocat cum aquâ Lactuca, vel
Syrupo Papaueris. Tollit dolorem capi-
tis cum decocto Stæchadis; prohibet Ca-
tarrhum cum decocto Thuris, aut Spicæ.
Ad conuulsionem & resolutionem bi-
bitur cum decocto Nucis Moschata:
facilitat anhelitum cum decocto Bac-
carum Lauri, vel Hyssopi. Tussim se-
dat cum aquâ Mellis; prouocat Uri-
nam, faciliat mictum, & frangit calcu-
los vesicæ cum decoctione Saxifragiæ,
vel aquâ Apij. Compescit vomitum,
& fluxum sanguinis ex ore cum succo
Plantaginis, vel decocto Mastiches,
& sedat præfociones ac uteri vitia,
& singultus, somnumque potentèr in-
ducit.

PHILONIVM
PERSICVM, MESS-
VÆ.

℞ Piperis albi,
Hyoscyami albi. ana. drach-
mas decem.

Opij,
Terræ Lemniæ. ana. drach-
mas quinque.

Lapidis Hæmatitis,

AUGUSTANA. 199

Croci. ana. drachmas duas
semis.

Castorei,
Spicæ Indicæ,

Euphorbij,
Pyrethri,

Margaritarum,

Charabe,
Zedoariæ,

Doronici,

Trochiscorum Ramich. ana.
drachmam semis.

Camphoræ scrupulum se-
mis.

Mellis triplum, id est, vncias
quindecim.

Eius usus est ad uteri Hemorrhæ-
giam, fluxum, procidentiam, hæ-
morrhoidas, & cruentas excretiones per
inferna. Sanguinis sputum, ac menstru-
rum nimium profluum compescit, &
fætum in utero retinet.

PHILONIVM MA-
IUS SIVE ROMANVM,
NICOLAI MYREP-
SICI.

℞ Piperis albi,

Sem. Hyoscyami albi. ana.
drachmas quin-
que.

Opij drachmas duas se-
mis.

Cassiæ lignæ vere drach-
mam vnam semis.

Sem. Apij drachmam vnam.
Petroselini Macedo-
nici,

Fœni-

Fœniculi,
Dauci Cretici. ana. scrupulos
duos, grana quin-
que.

Croci scrupulum vnum.
Nardi Indicæ,
Pyrethri,
Zedoariæ ana. grana quindecim.

Cinamomi drachmam vnā
semis.

Euphorbij,
Myrrhæ,
Castorei, ana. drachmam vnam,

Mellis optimi triplum, id est,
vncias octo semis.

Colicos affectus, caterarumq; partium lethales dolores, ventris, hypochondriorum, ventriculi, uteri, hepatis, lienis, renum, ab intemperie frigida, flatibus crassis aut crudis humoribus excitatos sedat. Tusses intensissimas suffocationis periculum minantes, ex cordis aut pulmonis incendio, singultum etiam vehementem, nec non vrinae difficultatem liberat. Sanguinis eductionibus, Tabidis, suspiriosis, Pleuriticis confert. Hemorrhagiam sistit, insomniam leuat, & somni conciliatione vires reficit ac recreat, doloresque omnes abigit. Sed in Colicis affectibus præcipuam habet dignitatem, et que affectui adhibet Galen. lib. 2. de locis affect. doloris enim magnitudo sepe totam in se curationem intendit, & miseram vitæ desperationem plerisque iniicit. Adultis datur Auellane quan-

titate minoribus fabæ, pueris ciceris, in potu conueniente.

PHILONIVM THARSENSE, GALENI,

θ. κατὰ τὸ πρῶτον 279.

℞ Croci drachmas quinque.
Pyrethri,
Euphorbij,
Nardi Indicæ ana. drachmam vnam.

Piperis albi,
Sem Hyoscyami. ana. drachmas viginti,

Opij drachmas decem.

Mellis quantum sufficit.

Confice secundum artem.

Expertissimum ad sedandos vehementes & lethales partium dolores ventriculi, coli, hypochondriorum, hepatis, lienis, renum, uteri, excitatos à crudis humoribus, aut flatu crasso, aut intemperie frigida. Valet etiam ad suffocationis periculum, singultum vehementem, & vrinae difficultatem.

REQUIES NI
COLAI.

℞ Rosarum rubrarum,
Violarum ana. drachmas tres.

Opij,
Sem. Hyoscyami,
Papaueris albi,
Scariolæ,
Lactucæ,

Portulacæ,

Portulacæ,
 Psyllij,
 Cort. rad. Mandragoræ,
 Nucis Moschatae,
 Cinamomi,
 Zingiberis. ana. drachmam
 vnam semis.
 Sacchari Gandi drachmam
 vnam.
 Santali albi,
 Rubri,
 Spodij,
 Tragacanthæ. ana. scrupulos
 duos, grana quinque.
 Sacchari & aquæ Rosarum,
 quantum satis est. Quod si tri-
 plum sumas, vncias exigēs no-
 uem, & drachmas septem se-
 mis.

Sic appellata ab effectu, quod dolo-
 rem obtundat ac mitiget, caloremq;
 febrium mitiorem reddat, & ijs qui hanc
 sumunt requiem afferat. Est etiam uti-
 lis temporibus, & pulsibus manuum in-
 uncta. Cordis dolorem lenit, somnumque
 conciliat.

DIASATYRI NICOLAI

℞ Testium Satyrj recentium
 denariorum,
 Rad. Pastinacæ fatiuae recen-
 tium,
 Secacul, vel eius loco E-
 ryngij,
 Nucis Indicæ,
 Pincarum,

Pistachiorum. ana. drachmas
 duodecim,
 Caryophyllorum,
 Zingiberis albi,
 Sem. Fraxini, seu Linguae
 auis,
 Anisi,
 Erucae. ana. drachmas
 quinque.
 Cinamomi,
 Caudarum & lumborum
 Scinci veri,
 Sem. Bulbi, vel Vrticæ. ana.
 drachmas duas semis.
 Moschi grana septem,
 Mellis despumati optimi li-
 bras tres.

Radices Satyrj, Pastinacæ &
 Siferis vel Secacul priuatim & se-
 orum benè tritæ Melli impo-
 nantur ac subigantur, paululum-
 que molliusculo igne feruescât,
 deindè Pistachia & Nuces Pineæ,
 repurgatæ ac tuscæ adijciantur:
 vbi cum Melle aliquantulum
 bullierint, sublato ab igne lebe-
 te, tuscæ & cribratæ Species ad-
 dantur. Postremò Moschus cum
 exiguo stillatitio Rosarum li-
 quore inferatur; rursus hæc pro-
 bè subacta in vasculum ad vsum
 recondantur.

Analepticum est Medicamentum,
 a consumptos & emaciatos reficiens,
 semen augens, & Veperem concilians de-
 suetam. Contra renum & Vesicæ imbe-
 cillitatem valet; remorantem Urinam
 propellit, & frigidam ac vasa emortu-

am genitalium partium intemperiem erigit. Datur cum veteri vino vesperi drachmæ pondere dormituro.

Nota Satyrj & Secacul seu Siferis radices Melle aut Saccharo conditas, ad huius compositionis structuram asseruari posse, tamdiu donec Pastinacæ satiuæ ad maturitatem peruenerint, vndè Mellis libræ tres sufficere poterunt, cum aliàs triplum Mellis constituat libras tres, uncias tres, drachmam vnam, semis.

**DIASCORDIUM,
HIERONYMI FRACASTORII**

R Cinamomi,
Cassie lignæ ana. unciam
semis,
Scordij veri unciam vnam.
Dictamni Cretici,
Tormentillæ,
Bistortæ,
Galbani,
Gummi Arabici ana. drachmas quatuor.
Opij drachmam vnam semis.
Styracis Calamitæ drachmas quatuor semis.
Sem. Acetose drachmā vnam semis.
Gentianæ drachmas quatuor.
Boli Armeni unciam vnam semis.
Terræ Lemniæ unciam semis.
Piperis longi,
Zingiberis ana. drachmas duas.

Mellis albi libras duas semis.
Conseruæ Rosarum libram vnam.

Vini Aromatici libram semis.

Fiat Electuarium.

In usu esse capit apud nostros, eo enim feliciter vtuntur in ijs, in quibus Theriaca locum non habet, vt pueris & grauidis. In Cephalalgia etiam Epidemicā iam aliquot annis grassante, cum aqua Oxalidis, aut Trifolij Acetosi feliciter exhibetur. Describitur à Hieronymo Fracastorio de Contag. & morbis contagiosis libro 3. cap. 7. & in Peste correptis ac extremè desperatis commendat hoc modo.

Succi Liniulæ uncias duas.
Citri unciam vnam.
Diascordij drachmam vnam.
Specierum Cord. è Gemmis scrupulos duos.
Aceti unciam vnam.
Omnia misceto, & totum haurito.

TRYPHERA MAGNA NICOLAI.

R Opij drachmas duas.
Cinamomi,
Caryophyllorum,
Galangæ,
Spicæ Indicæ,
Zedoariæ,
Zingiberis,
Costi,
Styracis Calamitæ,
Cyperi,
Calami Aromatici,
Rad. Iridis Illyricæ,
Peuce-

Peucedani,
 Acori, aut Galangæ
 maioris,
 Cort. Mandragoræ,
 Rosarum rubrarum,
 Nardi Celticæ,
 Piperis,
 Anisi,
 Apij,
 Petroselini,
 Fœniculi,
 Dauci,
 Sinonis,
 Hyoscyami,
 Hyssopi,
 Sem. Ocymi. ana. drachmam
 vnam.

Mellis despumati triplum,
 seu vncias decem semis, sunt enim
 Specierum vnciæ tres semis.

Dicuntur hæ compositiones Try-
 pheræ quasi delicatæ, eò quod to-
 tius corporis colorem ac oris odorem
 commendent, & delicatam quandam
 commendabilis speciei ostentationem
 præferant. Putredines enim humorum
 emendant, genuinam corporis succulen-
 tiam restituunt, formæ corrumpi cæptæ
 vitium redimunt, ac vt cætera cosmetica
 adornatum plurimum faciunt. Hæc
 porro ad omnia muliebria vitia à frigi-
 ditate nata priuatim efficax est, inijcitur
 etiam vtero cum Oleo Moschato seu Mu-
 scellino dicto.

TRYPHERA MI-
 NOR PHENONIS
 MESVÆ.

R̄ Myrobal, Chebulorum,
 Belliricorum.
 Indorum,
 Emblicorum,
 Nucis Moschatæ. ana. drach-
 mas quinque.
 Sem. Nasturtij,
 Afari,
 Origani Persici, seu Cre-
 tici,
 Piperis,
 Thuris,
 Ammeos,
 Zingiberis,
 Fructuum aut foliorum Ta-
 maricis,
 Nardi Indicæ,
 Schoenanthus,
 Cyperi. ana drachmas qua-
 tuor.

Scoriæ seu batituræ Ferri, aut
 Chalybis quinque diebus
 aceto maceratæ drachmas
 viginti.

Myrobalani cum Butyro re-
 cente non salito modicum as-
 sentur, reliqua Oleo Amygda-
 larum dulcium inuoluantur: de-
 indè adde

Moschi drachmam vnam.
 Mellis despumati quantum
 satis est.

Fiat Electuarium, quod post
 sex menses datur à drachmâ vnâ
 ad drachmas tres.

Sunt Specierum vnciæ vn-
 decim, drachmæ duæ. Tri-
 plum

204 PHARMACOPOEIA
plum Mellis constituit libras
duas, vncias nouem, drachmas
sex.

Ventriculum, hepar, renes, vesicam
roborat, ob id fluorem alui, Hæ-
morrhoidum & Mensium immodicum
cohibet, sanguinis corruptionem, nec non
cruditates, ac in ventriculo putredines
humorum emendat. Colorem bonum red-
dit, & formæ corrumpi cæptæ vitium re-
dimittit.

TRYPHERA SA-
RACENICA, MES-
V. Æ.

R Myrobal. Chebulorum,
Indorum,
Belliricorum,
Emblicorum,
Citrinorum. ana.
drachmas quin-
que.

Cinamomi,
Trium Piperum,
Secacul, vel Eryngij,
Folij, seu Maceris,
Spicæ Indicæ,
Cardamomi vtriusq;
Cassie lignæ,
Scitaragi Indi, vel Lepidij, seu
Piperitidis,
Cyperij,
Apij,
Linguae auis, seu sem. Fra-
xini,
Caryophyllorum,
Been vtriusque,

AUGVSTANA.

Zingiberis. ana. drachmas
duas.

Nucis Moschatae,
Macis,
Sesami excort. ana. drach-
mas tres.

Amygdalarum vtrarumque.
ana. drachmas quin-
que.

Ligni Aloës,
Rhabarbari,
Rutæ,
Sem. Fœniculi,
Mastiches. ana. drachmas
duas.

Ocymi Caryophyllati,
Menthæ siccæ,
Origani Cretici. ana. drach-
mam vnam semis.

Fricentur Myrobalani triti-
cum Butyro vaccino recente
non salito, aliæ verò Species
Oleo Amygdalarum dulcium:
& cum sufficienti quantitate
aut triplo Mellis despumati fi-
at Electuarium, quod datur à
sesquidrachmâ ad drachmas
tres.

Costionem ventriculi & hepatis
suo calore iuuat, ob id flatus disti-
pat, humores in ventriculo & aliis vi-
sceribus putres absorbit, oris ac corporis
reliqui odorem & colorem commendat,
lassitudinem tollit, sanitatem præsentem
tuetur, ac morborum generationem pro-
hibet.

E L E.

ELECTVARIVM
VITÆ, ARNOLDI DE
VILLA NOVA.

℞ Vuarum passarum libram vnam,

Glycyrrhizæ rasæ drachmas
quatuor.Aquæ fontis vncias quindecim,
aut quantum satis.Coquantur benè, & exprimantur,
quibus adde

Cort. Myrobal. Chebulorum,

Citrinorum,

Indorum ana.

vnciam vnam.

Embllicorum,

Belliricorum.

ana. drachmam vnam.

Omnia contusa decoquantur,
exprimantur & colentur,
addendo

Sacchari libram semis.

Coquantur ad formam Syrupi.

Vltimò adde

Cinamomi electi,

Caryophyllorum,

Galangæ,

Nucis Moschatæ ana. drachmam vnam.

Sem. Anisi,

Foeniculi ana vnciam
semis.

Misceantur, vt est artis.

Ventriculum roborat, superfluitates
humorum ex nutrimento pra-

terito remanentes purgat. Usus eius
facit homines coloratos, & caniciem re-
tardat. Describitur ab Arnolde in
Tractatu de conseruandâ iuuentute, &
retardanda senectute fol. 89. hodie non
est in vsu. Olim eo frequenter uteban-
tur Paulus Ricinus, & Ambrosius
Jung senior, Medici celebres, qui deco-
ctioni Myrobalanorum addebant Flor.
Violarum, Boraginis, Buglossæ, An-
thos. ana. scrupulos duos, Folliculorum
Senæ vnciam semis, & in fine Rhabar-
bari vnciam vnam, Agarici vnciam
mediam, & sic nonnihil aluum moue-
bant. Hodie à paucis est expetitur Me-
dicamentum, cum eiusdem intentionis
pleraq; alia habeamus.

SOTIRELLA

PARVA.

℞ Olei Nucis Moschatæ ex-
pressi drachmam vnam.

Opij Thebaici,

Specier. Diambrae ana. drach-
mam semis.

Camphoræ,

Ol. vel extracti Croci ana.

grana sex.

Ol. Caryophyllorum distil.

q. s.

Redigantur in formam Opi-
atæ.

CAuernis dentium indita dolores e-
corundem sopit ac placat, ad quorū
auxiliam præcipuè expetitur Raymun-
do Minderero Collegæ nostro quondam
honoratissimo p. m. adscripta.

C O N D I T A.

Arantia integra, & cortices eorundem.

Berberes.

Calamus Aromaticus.

Caryophylli.

Caro Citri.

Cortices Citri.

Cydonia.

Cerasa.

Cichorij radices.

Cortices Ligni Guaiaci.

Corna.

Cassia.

Eryngium.

Enula.

Flores Arantiorum.

Flores Citri.

Galanga.

Lactuca Hispanica.

Limonis.

Mespila.

Myrobalani.

Nuces Moschatæ, Indicæ,
& vulgares.

Nuces Juglandis.

Pastinaca.

Perfica.

Pruna syluestria, & hortensia.

Pira Moschatella.

Piper in racemis.

Pimpinellæ radices.

Ribes.

Rad. Symphyti.

Salvia baccifera.

Scorzonera.

Zedoaria.

Zingiber Indicum.

Omnia diligentè Saccharo clarificato condiantur, vt est artis.

C O N S E R V Æ.

Absinthij vtriusque.

Acetosæ.

Adianti.

Acetosellæ, Lululæ seu Oxidis, vel Alleluia.

Anthos, seu florum Roris-marini.

Betonicæ.

Boraginis.

Buglossæ.

Cardui Benedicti.

Centaurij minoris florum.

Cichorij.

Citrariæ.

Consolidæ majoris.

Euphragiæ.

Florum Persicorum.

Florum Papaueris Erratici.

Florum Pæoniæ.

Florum Tiliæ.

Florum Tunicæ.

Fumariæ.

Galegæ.

Genistæ.

Hyssopi.

Lauen-

Lauendulæ.
 Liliorum alborum.
 Liliorum conuallium.
 Maioranæ.
 Maluæ.
 Melissæ.
 Menthæ.
 Nymphææ.
 Pæoniæ.
 Prunellæ.
 Primulæ veris, seu herbe
 Paralyseos.
 Rosarum omnium. Sim-
 plex & Vitriolata.
 Rutæ,
 Saluiæ.
 Sambuci.
 Saturegiæ.
 Scabiosæ.
 Scordij.
 Tusfilaginis.
 Violarum.

Flores minutissimè incidan-
 tur, & singulis libris florum ad-
 dantur Sacchari albissimi libræ
 duæ, ijs scilicet qui humidi ac
 mucilaginosi fuerint, vt Bora-
 ginis, Buglossæ, & similibus. Sic-
 cioribus verò, quales sunt Ro-
 rismarini, Lauendulæ, Maiora-
 næ, Melissæ, & similibus addan-
 tur Sacchari albissimi libræ duæ
 semis, affusâ aliquantulum aquâ
 stillatitiâ, vt commodiùs pistil-
 lo permisceri possint. Deinde
 soli exponantur in benè obtu-

rato vase, & interdum agiten-
 tur.

Flunt etiam quandoque perfectè cocto Iule-
 po, atque in eum injectâ tertiâ, aut quartâ
 parte florum tritorum, aut minutim conciso-
 dum, deinde insolantur.

Sunt etiam præter Conseruas simpli-
 ces nonnullæ aliæ Compositæ, Phar-
 macopœis nostris ob Medicos ac egros
 eas expetentes consuetæ, ut potè.

CONSERVA A-
 CETOSITATIS
 CITRINEAPO-
 LITANORVM.

R Carnium Citri diligentè e-
 nucleatarum, ac sine ferro
 aut alterius metalli tactu è
 Pomis exemptarum libras
 tres.

Aquæ communis vncias se-
 decim.

Sacchari candidissimi libras
 tres semis.

Coquantur simul lento igne in
 vase testaceo vitreato aut
 lapideo, ac rudiculâ lignèâ
 semper versentur, dum ad
 justam consistentiâ abe-
 ant.

Febrientes & siticulosos mirificè re-
 creat, ventriculo æstuantî ac cordi
 & hepatis supercalescènti succurrit. Mali-
 gnis ac pestilentibus febribus aduersatur,
 ac spiritus febris æstu consumptos re-
 staurat.

CON-

CONSERVA HEDERÆ
RÆ TERRESTRIS
COMPOSITA.

℞ Folior. Hederæ terrestris,
Rutæ: ana. vnciam vnam se-
mis.

Raphani vnciam vnam.
Rad. Angelicæ,
Leuistici: ana. drachmas
sex.

Sacchari albi libram vnam,
vncias quatuor semis.
Ex incisis & contusis fiat Con-
serua, quæ si aridior euaserit
succo Citri aut Limonum ad-
iecto q. s. redigatur ad debi-
tam consistentiam.

CReberrimi in Peste usus est, mira
Genim in eliciendo sudore prestat,
qua olim felicissimo successu Clarissimus
Vir D.D. Leonardus Rauwolf Reip.
quondam nostræ Medicus eximius infe-
ctionis tempore utebatur, est que ea nobis
prout est prior ac sequens à fidelissimo no-
stro multumq; honorando Collega D. D.
Joanne Valtrico Rumlero communi-
cata.

CONSERVA ROSA-
RVM NEAPOLITAN.

℞ Sacchari albissimi in aquâ Ro-
sarum fragrantissimâ dissolu-
ti, & penè ad formam spissi-
tudinis Manus Christi cocti
libram vnam.

Rosarum rubrarum recentium
mundatarum incisarum ac
pistatarum vncias tres.

Coquantur iterum leuissimè,
addendo (si volueris) sub finem
Olei Vitrioli guttulas aliquot.
Fiat Conserua, vt artis est.

DIACYDONITES
SIMPLEX.

℞ Pulpæ Cydoniorum vapore
aquæ dulcis ad spissitudinem
coctorum.

Sacchari albissimi despumati &
ad spissitudinem iustam co-
cti: ana. libras octo.

Coquantur denuò, vt est artis ad
iustam consistentiam, vt possint
recondi ad scatulas. Vel fiant in
forma Electuarij spissi.

Q Vidam octo libris Pulpæ Cydoniorum ad-
dunt sex libras Sacchari clarificati.

Eodem modo fiunt alia Electuaria ex
Prunis, Pyris, Pomis, Persicis,
Cerasis, Berberis &c.

DIACYDONITES
GALENI.

℞ Succi Pomorum cotoneorū
struthiorum, (sunt autem ea
tenera odorata, & mediocris
magnitudinis.)

Mellis despumati optimi,
ana. libras duas.

Aceti candidi libram vnam.

Coctis super prunis modicè,
& spuma detracta adde

Zingiberis vnciam vnam
semis.

Piperis albi vnciam
vnam.

De-

Deindè rursus lento igne decoquantur, donec Mellis crassitudinem consequantur. Possunt & alia Aromata iniici, aut saltem in minori quantitate addi, pro rei exigentia. Et quando ut aluum soluat, conficere volueris, in vnamquamq; libram adde

Scammonij præparati vnciam semis, quod benè tritum composito subigatur. Possunt & plura Aromata pro libito addi.

Vide Diacydonites laxarium in Classe Solutiuorum Solidorum.

Varias ac diuersas Diacydonij parandi formas ac modos hominum industria reperit, id enim modò Eccelegmatis, modò Conferuæ, tum verò gelatinæ, imò & solidæ Pastæ forma parari à plerisque solet. Flauum enim ex succo Cydoniorum cum æquali portione Sacchari addita sub finem seminum eiusdem mucilagine componitur. Rubeum ex ipsa Cydoniorum carne in lentorem discocta, ac succo eorundem artificiosa coctura consistit. Album Hispanis frequens ex Cydoniis ab exteriori cortice mundatis, & ad teneritudinem cōctis, abjectis post cocturam seminibus, & addita pari Sacchari albissimi portione ad justam Diacydonij consistentiam excoqui-

tur.



IN ANTIDOTORVM CLASSEM APPEN-

DIX

DE SALIBVS THERIACIS.



CORONIDIS LO-
co huic Antidorum
Classi iungendam esse
censuimus Salium The-
riacalum mentionem,
meritò memorandam,
quorum vsum priscis quidem familia-
rem, sed temporum diluuiò non nihil
obliteratum, moderna rursus sæcula pro-
tulerunt, cum qui de nouis inuentis sol-
liciti alia rimabantur, antiqua hæc inte-
rim vel neglexerint, vel spreuerint, vel
penitus ignorarint.

Suspiciamus ea, quæ vel crudam vul-
gus, ex priscorum Medicorum penu, ac
arcanorum adytis surripuit, quando com-
plures etiam Mechanicos, sales hos vipe-
rinos, contra omnis generis venena co-
rundemque noxas, suam vitam tutatu-
ros, ac longitudinem vitæ præ se ferentes,
vel ad eam aspirantes parare cognosci-
mus ac obseruamus, vt eorum admint-
culo, omnem quorumcunque veneno-
rum malitiam ac nocendi vim spernere
sint ausi, ea sanè experimenti fide vbi
mirum sit, rudia ingenia, cò scientiæ pe-

H h

ne

netrasse vt apud sumum venenū, maximā quandoq; Medicinā latere deprehenderit. Hinc etiam pueruli serpentes innoxie hoc prius assumpto puluere tractant, ac quasi colludentes, belluas illas veneficas circumferunt, quas alioquin attingere, vix cuiquam sine mortis periculo concessum fuerat.

Stupendum sanē prout etiam Baldus Angelus Eugubinus in libro de Admirabili viperæ natura monet, quod cum serpentis astu mors mundum intrauerit, ex eius carne tale Medicamentum parari queat, quod à venenis grauissimis, morbisque compluribus, imo verò malignis ac contagiosis corpus non modo præseruare, verum etiam liberare valeat.

Longè porrò ante Theriacæ inuentionem, cuius auctor Andromachus extitit, viperarum vsus in Medicina celebris erat, vt ex Dioscoride qui circa Mithridatis tēpora ferre, vixit colligere licet, is enim lib. 2. cap. 36. easdem excoriandas, capite & caudā truncandas, reliquam vero earum carnem dissectam in oleo & vino addito sale & Anetho coquendam esse docet, quam carnem sic præparatam ad roborandos nervos, visum ac uendum, scrophulas inhibendas ac vitæ diuturnitatem præstandam commodè manducari docuit, quo in loco etiam salis viperini parandi modum exponit.

Erat autem hæc salium Theriacalium præparandorū ratio apud antiquos. Accipiebant enim quatuor vipersas recens captas, nec vltra biduum detentas, has ollæ mūdæ ex optima terra effictæ imponebāt super has salis Ammoniaci aut vulgaris albisimi libras viginti iniiciebant. Deinde vero addebant his Trochiscos ex Gentiana, Aristolochiarotunda, Centaurio minore, Cardamomo, Marrubio, Scordio, Apio, Chamædry ac semine Rutæ domesticæ cum Melle paratos. His in super iungebant quinque prægrandes Scillas recentes in minuta frustra dissectas, salis

rursus viginti libras superadijciētes. Quo factō ollam operculo spiraculis seu foraminibus peruiam tegebant, commissuras vasis luto quam optime obfirmantes & succenso igne materiam omnem primo sensim, tum potentius exurentes, primus enim fumus per operculi spiracula exiens ignem iam vipersas inuasisse denotabat, à cuius halitu ne interficerentur studiosè cauebant, perfectam verò vitionem clara ac lucida flamma per spiracula prodiens indicabat. Hoc peractō igneque paulatim extincto vas id testaceum vipersas vna cum reliquis iam dictis continens uiginti quatuor horarum spatio refrigerari permittebant, tum verò materiam in eo contentam, tenuissimè tritam cribro transmittēbant, addendo ei denuo semen Rutæ, Grana Iuniperi, Semen Fœniculi, Coriandrum, Mentham & Piper longum, ac alia simplicia, quæ alioquin ad Theriacæ compositionem requiruntur. Is erat Sal Theriacalis antiquorum prout videre est apud Galenum libro de Theriaca ad Pisonem & Aëtium Tetrab. 4. Sermo. 1. Cap. 97. nec non Dioscoridem loco supra citato, licet interveteres aliis alij eiusmodi sales parandi modi ex vsu fuerint.

Moderna verò tempora quorum labore vel industria veterum adinuenta non nihil perpolita subsistunt, Colubrinos hos seu viperinos sales, aliter & magis dextrè conficere didicerunt, qua in re summum eius rei culmen attingisse merito sunt existimanda, licet apud plebeios etiam crudus vipersas vrendi mos adhuc magna cum effectus admiratione persistat. Videndus de his Galenus ipse qui meliorem salium horum præparandum vsus sua ætate introducere studuit, tum verò Osvaldus Crollius, præcipuè verò Iosephus Quercetanus in Pharmacopœia Dogmat. Rest. qui tres viperarum confectioes Theriacales doctissimè ac magno ingenio conditas astruxit, quarum Primam Confectionem viperinam Aromaticam

romaticam. Secundam Confectionem viperinam Saccharinam. Tertiam Confectionem viperinam Iuniperinam indigitauit

De salibus porro viperinis hoc scriptum prodidit Aëtius loco prius citato iniquiens.

Plerisque ex eorum usu sudor prolicetur, atque ita per exudationem corrupta substantia vacuatur, adeo ut quidam in principio pediculos excluderint intra quatuordecim ad summum dies, post hos enim nullus in corpore pedunculus apparet. Quidam verò pro pediculis sputa pituitosa reieciunt, à salu reiectione initium facientes, deinde paulò post etiam sputa repurgata sistuntur.

Confirmat hæc Galeni sententia lib. de Theriaca ad Pisonem, ubi sic ait: *Peculiariter autem & Sales medentur affectionibus, maximè summâ in cute abortis, Lencis dico, Lepris, Impetigini agresti, nam superfluitates cuti subditas, acresq; potissimum discutunt. Plurimi igitur ipsos manducantes, sudoribus largiter disfluunt, ac corruptam vacuant substantiam, ut pedunculos quoq; vocatos quosdam eijciunt, ex corruptione proprie nascentes, quos ideo nî fallor Græci phthirias appellant. Dentes optimè abstergunt, & flaccidas partes densant, fluorem ipsis illabentem reprimunt, à putrilagine dentes reseruant & erodi ipsos non sinunt.* Hæc Galenus.

Uterius autem in viperinorum salium laude sic pergit Aëtius.

Licet autem tum in prandio, tum in ecena ijs uti, cum quibuscunq; eduliis eos accipere velis.

Qui eos accipiunt non modò cibi appetentiores fiunt, sed etiam melius concoquunt ac floridius corpus habent, sensuumque omnium vigore gaudent.

Suffusiones oculorum nondum penitus congelatas dissoluunt, ac nondum natas præcauent.

Purgationes suppressas cient, largasq; restringunt.

Præsumpti, virus iaculantium bestiarum insidias euincunt.

Præstiterit etiam Pestilenti constitutione instante ad auxiliare hoc & depulso-rium pharmacum confugere, præsertim si ei myricæ herbam miscueris.

Morborum præterea omnium Medici sales existunt, maximè tamen eorum qui in renibus existunt lapides enim atterunt.

Vertigini, inueterato capitis dolori, ac morbo Comitiali, diuturno usu medentur.

Arquatis, Colicis, Hydropicis ac canina fame laborantibus subueniunt, ac cõtra frigus aëris extraneum comesti faciunt.

Rigores circuitu repetentes cohibent, & tussis humidas resiccant.

Tabidos ad bonum corporis habitum reducant.

Exolutos à languore reuiuiscere, faciunt.

Membris exolutos sanant, & ad Podagram Articularesq; affectus constructi videntur.

Atq; hæc ex mente Aëtij.





MEDICAMENTORVM OFFICINIS PHARMACEVTICIS REIP. AVGVSTANÆ VSI-
TATORVM.

CLASSIS DECIMA QVINTA.

AQVAVM DESTILLATARVM, LIQVORVM,
ET DIVERSARVM ACETI SPECIERVM
CONDITIONES, VIRES, ACPARANDI
MODOS TRADENS.

AQVA ANTIDOTALIS ALEXIPHARMACA, MATTHIOLI.

℞ Antidoti Matthioli,
Syrupi de corticibus Citri.
ana. libram semis.
Spiritus vini quàm optimè
rectificati libras duas
semis.

Omnia vasi vitreo capaci indita ore vasis diligenter obturato simul agitentur donec dissoluantur, idque per mensem singulis hebdomadibus, bis agitatione reiterando, fiat. Tum verò Electuarium in vasis fundo residere permittatur, vt aqua supernatans aureoq; colore tineta clarescat, quæ paulatim in aliud vi-

trum effundatur, & à turbida fece segregetur; vas verò acuratissime clausum ne quid expiret, custodiatur.

Magnarum hac aqua virium à drachmis tribus ad quatuor cum pari vini odoriferi, aut aceti, vel aquæ cuiusvis cordialis quantitate istis vel demorsis à quocunq; venenato animali etiam desperatis propinata salutem restituit, vomitione plerumq; insectorum humorum copiam exhauriens, ac momento visua in omnes corporis venas permeans. Pollet etiam multis viribus in depulsione affectuum cordis, cerebri, ventriculi, capitis, ac uteri à frigiditate ortum ducentium.

AQVA

A Q V A A R T H R I
T I C A.

- ℞ Flor. Pulegij,
Chamomillæ,
Fol. Lauendulæ,
Maioranæ. ana. vnciam
vnam.
Anthos vncias tres.
Saluæ,
Chamæpityos. ana. vncias
duas.
Myrrhæ mundæ & optimæ
vncias duas.
Caryophyllorum,
Cinamomi. ana. drachmas
duas.
Rad. Pæoniæ vnciam semis.
Pyrethri,
Cyperii rotundi,
Iridis Illyricæ. ana. drach-
mam vnam semis.
Cærdamomi minoris,
Cubebæ. ana. drachmam
vnam
Nucis Moschatæ vnciam se-
mis.

Infundantur in libris quatuor spiritus vini rectificati, stentque in infusione vase probe clauso nequid expiret, per dies quatuordecim. Postea destillentur in Balneo Mariæ, & liquor extillatus reseruetur ad vsum.

T Remulis, Paralyticis, ac Parésin è Colica perpeffis auxilio est, frigidis articularum morbis opitulatur, nervos roborat, & iuncturis virium jacturam resarcit.

A Q V A V I T E A V
R E A, L A N G I I.

- ℞ Florum Liliorum Conualli-
um bonam partem.
Flores infundantur in vino bo-
no veteri per octo dies, deinde
distillantur per Balneum Mariæ
lentissimo igne. Postea
℞ Aquæ stillatiæ Ceraforum
nigrorum libram vnam semis.
Misce simul, quibus aquis in-
funde
Florum Lauendulæ manipu-
lum vnum semis.
Anthos manipulum
vnum.

- Caryophyllorum drachmam
vnam vel scrupulos duos.
Macis drachmam semis, vel
scrupulos duos.
Scillæ præparatæ drachmas
duas semis.
Diptami albi drachmas duas.
Cubebæ drachmā semis.
Visci quercini drachmas duas
Rad. Pæoniæ drachmas duas.

Iucidenda incidantur, & con-
quassanda conquassentur, & in
vapore aque calentis ter distil-
lentur, aqua que in vase vitreo op-
timè clauso conseruetur.

Vires omnes corporis fulcit, præcipuè
verò Epilepticos insultus abolet.

A Q V A E P I L E P T I
C A E I V S D E M.

- ℞ Florum Liliorum Conualliū
manipulos duodecim.

H h 3

Super-

Superfundatur mensura Vini
Cretici aut Moschatelli, aut aliàs
generosi, in eoque per dies quin-
que infusi mancant, mox vitreis
organis tepentis aquæ Balneo
destillentur. Deinde

℞ Cinamomi drachmas sex.

Nucis Moschatæ vnciā semis.

Piperis longi drachmas duas.

Florum Lauendule vnciam vnā.

Rorismarini,

Stœchadis. ana. vnciam

semis.

Cubebæ drachmas duas.

Visci quercini,

Rad. Pæoniæ,

Dictamni nostratis. ana.

vnciam semis.

Omnia crassiusculè contrita rur-
sus in superiore vino per dies o-
cto macerētur loco aprico, post-
modum destillentur vt supra.

Trochiscorum hæc forma est.

℞ Sem. Pæoniæ excort. vnciam

semis.

Margaritarum preparatarum

vnciam semis.

Macis scrupulum vnum.

Fol. Auri numero sex.

Sacchari albissimi aqua iam

dicta dissoluti vncias

quinq;.

Fiant Trochisci.

AD *Conuulsiones & Epilepsias effi-
cax, quarum paroxysmos abrum-
pit, earundemq; insultus præcauet.*

AQVA MIRABI-

LIS EIVSDEM.

℞ Flor. Primulæ veris,

Rorismarini,

Maioranæ,

Iuæ Arthetice. ana. ma-

nipulum vnum.

Spec. Diamoschi,

Diaplriss,

Diambre. ana. vnciam

semis.

Spec. confect. Anacardinae

vnciam vnā.

Cubebæ,

Ligni Aloës,

Nucis Moschatæ,

Caryophyllorum,

Macropiperis,

Carpobalsami. ana. drachmā

vnam.

Rad. Acori,

Ireos,

Aristolochiæ rotundæ.

ana. vnciam vnā

semis.

Sem. Sileris montani,

Pæoniæ, (vnam.

Foeniculi ana. drachmā

Aquæ Herb. Paralysis,

Saluiæ,

Betonicæ. ana. libram

vnam.

Aquæ florum Tiliæ libram v-

nam semis.

Serapini,

Opopanacis,

Myrrhæ,

Gumi Juniperini. ana. drach-

mā vnam semis.

Stent omnia simul mixta in in-
fusione

fusione per dies octo, postea extrahantur per alembicum ter in cineribus calidis, vel vapore siue Balneo sicco.

Est mirabilis iuuamenti in præseruatione ab Apoplexia & omnibus ægritudinibus neruorum frigidis, curans Paralyfim, torturam, spasmus, & mirabiliter loquelam restituens.

BALSAMVS EMBRYONVM.

℞ Nucis Moschatae,
 Macis,
 Caryophyllorum,
 Cinamomi,
 Zingiberis albi,
 Cubebæ,
 Granorum Paradisi,
 Zedoariæ ana. vnciam vnam
 semis.
 Galangæ drachmas sex.
 Florum Tunicæ,
 Tiliæ ana. librâ vnam
 Herb. Saluæ,
 Carui,
 Fœniculi,
 Verbenæ,
 Lauendulæ ana. vncias
 tres.
 Menthæ crispæ,
 Rad. Pœoniæ & sem. eiusdem,
 Visci quercini decrescēte Luna collect. drachmas duas.
 Medullæ panis triticei vnc. sex.
 Herbæ & radices incidantur minutim, Aromata verò crassiuscule puluerisentur, panisq; medulla in frustula confringatur, quo fa-

cto commiscetâur omnia & affusis mensuris quatuor Vini boni Maluatici in vase fictili vitreato probè clauso ne quid expiret, sepeliantur in cella vinaria subtusterram, stentq; ibi in digestionem per hebdomadas tres. Deindè die præcedente antequam hæc è terra rursus eximere volueris, sumito

Amygdalarum dul. excortic. vncias sedecim.

His in mortario priùs probè contusis, & in vitreo vel vitreato aliquo mundo vase collocatis super infunde

Aquæ Rosar. albarum & flor. Buglossæ ana. vncias octodecim.

Stent in infusione per horas viginti quatuor. Iam verò rursus accipe

Hordei cremati vncias sedecim.
 Hoc in mortario grosso modo confringe, illique superinfunde Aq. Fragorū & Lilior. Conualium ana. vncias septendecim.

Stent etiam simul in alio vase in infusione per horas viginti quatuor. Tandem Amygdalas in infusione stantes exactè terito, & vnâ cum aquis quibus imaduere diligentè subigito, quo facto & Hordeum crematum aquis suis infusum huic Amygdalogaletungito, ac vna in olla simul omnia studiosè permisceto.

Quod

Quod si aquarum Amygdalis & Hordeo superinfusarum quantitas commixtioni non suffecerit, de Vino Maluatico in quo Aromata & Herbae sub terra defossae maceratae sunt quantum sufficere videbitur adiungito ut sic omnia probe in olla simul concussa permisceantur donec mixtura lacti euadit similis. Tū demum Aromata, Herbas, radicesque vnā cum Vino Maluatico reliquo in quo infusa steterant, & iam dicta omnia additis Mellis despumati vnciis octo, decim simul confundito accōmisceto, & cucurbitae indita leui igne aquam ex arena distillato. Nunc verò recipe veterem Caponem, quem fune suspensum suffocabis, mundatumq; exenterabis. Huic in frustula dissecto abiecta omni sorde & pinguedine affunde Vini Maluatici mensuram vnam, quo sanguinem elues ac dissolues, tum vino huic Maluatico & iam dicti Caponis carnibus iungito

Aq. Boraginis,
Verbenae,
Foeniculi,
Saluae ana. libras duas.
Dactylorum recent. exossatorum,
Vuarum passarum,
Rassularum minorum,
Nucis Moschatae ana. vncias duas.

Caryophyllorum,
Cinamomi,
Zingiberis,
Cubeborum,
Granorum Paradisi,
Zedoariae ana. vnciam semis.
Crocidi drachmas duas.
Conseruae Rosarum rub. vncias quatuor.

Incidenda incidantur, & olla operculo diligenter clausa ac circa iuncturam operculi pasta studiosè circumlitae, ne quid expirare queat, indita sensim simul decoquantur donec carnes Caponis ab ossibus se separauerint, tunc brodio huic adhuc feruenti iniice panis triticei adhuc à furno calentis, & in frusta contracti vncias sedecim, & de libo vel pasta Mellea cum aromatis bis cocta in laminas dissecta, ac super cratem tosta & Melle oblita vncias sedecim, atq; olla probe clausa sic per noctem, ut in brodio cuncta mollescant, stare finito. Deinde verò brodium à rebus infusis separa, Caponemque vnā cum rebus reliquis sibi iunctis eximie contunde, donec pultis formam acquirat, quam pulterem brodio prius separato redde, eamque in iam dicto brodio dissolue, & ab his ampullae inditis magna cum diligentia aquam ex arena leui calore extilla. Iam verò primam aquam & secundam hanc commisce, in
ijsq̄ue

in ijsque infunde Auri purissimi quantum volueris, vitroque accuratè clauso per triduum solis calore & radiis ad insolandum exponito; ac tum demùm rursus aquam hanc omnem cum diligentia per distillationem ab Auro abstrahito. Dosis aquæ huius ab vncia semis vsque ad vnciam vnam.

Datur feminis quæ sepius abortum passæ sunt magno emolumento, itemque grauidis vbi à subito terrore aut occasione aliqua extrinseca languescunt, Lipothymias & animi defectiones, ventrisque inflationes in his persanat, infirmum foetum roborat, uteri ligamenta firmat, Epilepsiam arcet, sanguificationi proficit, flatum delet, quin etiam parturientes in enixu adiuuat, & in summâ spiritus restaurat viresque, fulcit, dolores ac tormina grauidarum discutit non grauida modo, sed & foetui confortando remedium salutare, ac Dei beneficio summè proficuum. Datur quoties necessitas exegerit cochlearis mensurâ.

**A Q V A B A R D A -
N Æ C O M P O S I T A .**

℞ Rad. Bardanæ recent.
Vincetoxici recent.
Cort. med. radicis Fraxini.
ana. libras duas.
Minutim incisa infundantur horis viginti quatuor in vini albi odoriferi & aceti Rutacei. ana. libris quinque.
Postea destillentur in Balneo Mariæ, addendo post destillatio-

nem Olei Sulphuris acidi quantum satis pro manifesto acore, & ad singulas libras liquoris egressi Camphoræ scrupulum semis, quæ in nodulo ligata stillatio huic liquori immersa, pendula permaneat.

Aqua hac crebro vsui quondam fuerat Clarissimis Reip. nostræ Medicis Tobie Cneulino & Ioanni Paulo Zangmaistero. Eâ etiam Collegæ nostri fidelissimi D. D. Carolus Videmannus, Ioan. Iacobus Schislerus, Raymundus Mindererus, & Hieremias Cneulinus grassante peste felici successu vsi sunt, ut qui agris hac lue infectis in publicum Nosocomium delatis tunc temporis opem & operam suam præstabant. Sudores enim potentissimè prolicet, venenatorum humorum malitiam temperat, infectionis ac putredinis miasmata disijcit, ac venosum corporis habitum excusso sudore repurgat.

**ELIXIR VITÆ,
MATTHIOLI**

℞ Cinamomi vnciam vnam.
Zingiberis drachmas quatuor.
Santalorum omnium. ana. drachmas sex.
Caryophyllorum,
Galangæ,
Nucis Moschatæ. ana. drachmas duas & semis.
Macis,
Cubearum. ana. drachmam vnam.
Cardamomi ytriusque,

I i

Sem.

Sem. Melanthij. ana. drachmas tres.
 Zedoarię vnciam semis.
 Sem. Anisi,
 Foeniculi dulcis,
 Pastinacę syluestris,
 Ocymi,
 Rad. Angelicę,
 Caryophyllatę,
 Glycyrrhizę,
 Calami odorati,
 Phu minoris,
 Fol. Sclareę,
 Thymi,
 Calaminthę,
 Pulegij,
 Menthę,
 Serpylli,
 Amarici. ana. drachmas duas.
 Rosarum rubearum.
 Florum Saluie,
 Betonicę,
 Rorismarini,
 Stechadis,
 Buglossi,
 Boraginis. ana. drachmam vnam semis.
 Corticum Citri drachm. tres.
 Pulueris Diambreę,
 Aromatici Rosati,
 Diamoschi dulcis,
 Diamargarital.
 Diarhodon Abbatis,
 Electuarij de Gemmis. ana. drachmas tres.

Terantur quę terenda sunt, & deinde in vitreo vase maceren-

tur ex libris duodecim Aquę vitę præstantissimę, e selectissimo Vino paratę, occluso subindę vasis osculo diebus quindecim continuis. Ac deindę vitreo alębico vasi superposito per aquę feruentis balneum, a perito artifice destillentur, osculis alembici ad eò conclusis, vt nihil indę expirare possit. Aqua quę indę fluxerit in aliud subindę vas recondatur, additis Santali odorati tesselatim concisi, duabus drachmis, Moschi & Ambreę in tenui linteolo colligator. ana scrupulo vno semis, & Iulapij rosati clarissimi librę. Demum concutiantur fortiter quousque Iulapium cum aqua misceatur, claudaturque deindę vas cera & membrana, ac ita quiescat diebus quindecim continuis, & vltimò in aliud transferatur vitrum, ibique asservetur pro vsu.

Aqua hæc mirabilis efficacię ac iuamenti existit, quippe non solum hausta sed in faciem ex alterius ore proiecta Epilepticos, defectos animo, & feminas vteri strangulatu decedentes reuocat, loquelam amissam restituit, & iamjam moribundos tamdiu sustinet, vt quandoque miraculi speciem afferat. Additur etiam in chysteribus Colicorum, vncię pondere, presentaneo auxilio, vbi a flatu aut frigiditate prouenit morbus, & presertim additis Theriacę aut Mithridaticę Antidoti binis drachmis deniq;

riq; ad frigidos omnes affectus Medicamentum magnoperè commendandum existit.

AQVA VITÆ
COMMVNIS.

℞ Cinamomi electi vnciā semis.

Zingiberis vnciam vnam.

Caryophyllorum,

Nucis Moschatae,

Granorum Paradyfi. ana. vnciam semis.

Ligni Aloës,

Macis,

Piperis longi. ana. drachmas duas.

Flor. Saluiæ odoratæ libram.

Cardamomi,

Mastiches,

Cubebæ,

Calami Aromatici,

Galangæ. ana. drachmam vnam semis.

Flor. Rosarū rubearū drachmas duas.

Citrariæ vnciam semis.

Corticum Citri drachm. sex.

Baccarum Lauri vnciā semis.

Stœchadis Arabicæ drachmas quatuor.

Rorismarini,

Maioranæ,

Lauendulæ,

Melissæ,

Betonicæ. ana. drachmas sex.

Rutæ vnciam semis.

Castorei,

Spicæ Indicæ. ana. drachmam vnam.

Pulueriscentur omnia grosso modo, & infundantur per decem dies in Vini Maluatici libris octo, Vini sublimati optimi libris duabus. Destillentur lento igne in alembico benè obturato, cui infundatur in peria

Ambre Cineritiæ,

Moschi Alexandrini ana.

drachma semis.

Seruetur optimè, ne euaporet.

O Mnes in vniuersum corporis vires firmat, spiritus reficit, cor recreat, animi deliquia pellit, syncopas delet, vitales spiritus auget ac reficit, nec non calorem natuum languentem exuscitat.

AQVA CAPONIS
COMPOSITA.

℞ Caponem cuiſceratum atque in frusta incisū, deposita pinguedine; decoque in sufficienti quantitate aquæ secundum artem.

℞ Brodij colati libras duas semis.

Aq. Boraginis,

Buglossæ ana. libram vnam semis.

Florum Rosarum,

Violarum,

Buglossæ,

Boraginis. ana. drachmas duas.

Cinamomi electissimi vnciam vnam.

Destillentur in alembico vitreo secundum artem.

A Nalepticum ac resumptiuum est Medicamentum; Tabidis, consumptis, & à morbo longo extenuatis, vel ijs qui cibos solidiores assumere nequeunt proficuum.

AQVA FORTIS.

℞ Aluminis Roche libram semis.

Vitrioli Romanj,

Salis Nitri. ana. libram vnam semis.

Contundantur, & alembico bene lutato distillentur.

AQVA HIRVNDI- NVM VSITATA.

℞ Pullorum Hirundinum vivo corpore laceratorum, aut dissectorum, numero viginti quatuor

Visci quercini vncias tres.

Sem. Pæoniæ excorticati, vnciam vnam.

Rad. eiusdem vncias duas.

Aq. Lilior. Conuallium.

Aq. Flor. Sambuci,

Pæoniæ,

Tiliæ ana. vncias triginta duas, seu mensuram ciuilem nostratam

Stent in infusione loco calido, per horas viginti quatuor, deinde distillentur per Balneum Mariæ.

Reseruetur liquor stillatitius in vsum.

A Duersus Epilepticos insultus potens est, Apoplexiam anteuertit, & virginem curat, Incubo ac Paralyfi auxili-

atur, ac infantium conuulsionibus strenuè medetur.

H Vius descriptionis formula, nobis hucusq; vsitata & consueta extitit, quam etiam nū retinemus, licet varij eius Aquæ parandæ modi prostant. Libuit autem alias duas formulas Medicis nostris probatas, hic subijcere, ne publicum bonum in priuatum commodum transulisse videamur.

AQVA HIRVNDI- NVM COMPOSITA TAMINOR.

℞ Hirundinum vt supra viuis corporibus discerptarū numero quadraginta.

Foliorum Rutæ recentis manipulos duos,

Castorei vnciam vnam.

Vini albi libras tres.

Distillentur in Balneo Mariæ, vt artis est.

Epilepticos paroxysmos abruptit, ac Comitiali morbo percussos exuscitat.

Validior est que sequitur.

AQVA HIRVNDI- NVM COMPOSITA MAIOR.

℞ Pullorum Hirundinum vivo corpore discerptorum numero quadraginta.

Castorei vnciam vnam semis

Sem. Pæoniæ,

Rad. eiusdem,

Visci quercini. ana. vncias duas.

Rad. Dictamni albi. vnciam vnam.

Foliorum Rutæ,

Flor. Sambuci,

Tiliæ,

Tilia,
Liliorum Conuallium,
Anthos,
Paralyseos, ana. manipu-
lum vnum.
Cinamomi acuti drach. tres.
Cubebaram,
Macis,
Ligni Aloës. ana. drach. duas.
Vini albi odoriferi libras octo
Aceti scillitici libras duas.
Macerentur per triduum in vase
vitreo probe clauso, postea len-
to igne per cineres aut Balneum
Mariæ destillentur. Liquori stil-
latitio huic postmodum adden-
do

Aquæ fontis libram.
Misceantur.

LACVIRGI-
NEVM.

℞ Aluminis crudi vncias qua-
tuor.

Decoquantur ad tertias in aquæ
fontanæ puræ libris duabus. Pos-
tea

℞ Lythargyrii libram semis.
Aceti Vini libram vnâ semis.

Decoquantur ad remanentiam
libræ vnus, colentur & commi-
scentur ambæ aquæ, ac spatula
tâdiu agitentur donec albescant

LACVIRGINIS,
SEVAQVALI-
THARGYRIE

℞ Aceti acerrimi libras quinq;
Lithargyrii aurei,
Argentei. ana. vn-
cias quatuor.

Stent in infusione in vase vitreo
per biduum, postmodum acetū
extilletur per alembicum, quod
asseruetur. Deindè

℞ Aluminis plumosi,
Salis Gemme ana. drachmam
vnam.

Thuris masculi vnciam semis
Camphoræ scrupulos duos.
Aquæ Rosarum libram vnam.
Olei Tartari vncias sex.

Terenda terantur, stentq; simul
in infusione per horas viginti
quatuor, rursusque ab his aqua
per alembicum eliciatur.

Spiritus Vitrioli rectificati &
ex arte preparati, quantum
satis pro acore fuerit,
Reponatur:

Cerebri meatus potenter reserat, ob-
structiones ventriculorum eius ape-
rit, convulsionem, Spasmodum, Paralytin,
Apoplexiam, Epilepsiam, morbumq; Comi-
tialem eiusque insultus reprimit ac ab-
rumpit. Et hos quidem affectus non qua-
litate solum manifesta, sed etiam à pro-
prietate pellit: verum adultis potissimum
vsurpanda. Vteri quoq; affectus ac suf-
focationes plurimum iuuat. Quibus Ca-
storeum odoris offensam parit, ij Ambra
aut Moschi nonnihil adijcere, eamque
modico Saccharo dulcorare poterunt, ut
euadat iucundior.

AQVACVMMER-
CVRIO.

℞ Mercurij sublimati vnciam.

aa 3viij

3i

Cosmeticum est Medicamentum, cui perpoliendæ ac manibus leuigandis accommodum, faciem tergit, eamque præstat nitidam, lentigines delet, cutis infectiones adimit, nec non serpigines, lichenas, impetiginesq; persanat. Eius gutta pauca pro vice vnâ parti affectæ vel per se, vel admixta alia aqua. conueniente illinuntur.

A Q V A V S I T A T A
A D V O C V L O S.

℞ Aloës hepaticæ,
Sarcocollæ. ana. drach. vnam.
Camphoræ,
Croci Orientalis. ana. drach-
mam semis.

Pulueris entur omnia per se minutissime.

Adde

Vini Cretici,

Aquæ Rosarum. ana. vncias sex.

Bulliant in duplici vase secundum artem.

A Q V A P A N A C I S
H E R A C L E I C O M -
P O S I T A.

℞ Rad. Pæoniæ decrefcente lunâ collect. vncias tres.

Sem. eiusdem vnciam vnam semis.

Papaueris albi vnciâ vnâ.

Visci quercini,

Sileris montani. ana. vncias quatuor.

Myrrhæ electæ,

Castorei. ana. vnciam semis.

Rad. Leuistici,

Diptami albi,

Zedoariæ. ana. vncias duas.

Infundantur per dies decem in loco calido, fimo aut arenâ, in aquæ Melissæ Maior mensis extillatæ libris quatuor, & Vini Aromatici odorati libris tribus. Postmodum lege artis distillentur.

VTerinis affectibus medetur, præsertim verò præfocationibus ac Epilepsia per consensum matricis nata; menses itidem ac secundas pellit, & flatu vteri dissipat.

A Q V A S T A P E D I -
A N A P R I M A.

℞ Theriacæ Andromachi,
Mithridatij Damocratis. ana. vncias sex.

Pul. Elcet. de Bolo apud Iou-
bertum,

Bezoardici apud Nicola-
um. ana. vncias duas.

Aquæ Vitæ per Balneum bis
distillatæ,

Vini Maluatici,

Aceti Rutacei. ana. librâ vnâ.

Succi rad. Pimpinellæ,

Limonum. ana. vncias sex.

Distillentur simul in Balneo, ac stillatio huic liquori conferuato in phiala vitrea immisce Theriacæ vncias sex, maneatq; sic simul omnia, vt in fundo quiescat Theriaca.

IN Peste morbis que malignis mirificas vires obtinet, sudores potentissime movet, vnde venenatam materiam omnem disijcit, valetq; plurimum tam in curatione, quam in preservatione.

**A Q V A S T A P E -
D I A N A S E C V N D A .**

℞ Conditum pro familia libr. duas.
Aquæ Vitæ semel in Balneo extractæ,
Vini Maluatici,
Aceti Rutacei,
Succirad. Pimpinellæ,
Limonum. ana. libram
vnam.

Distillentur in Balneo, ac extillato liquori permisce Theriacæ Andromachi vncias quatuor, resideat in fundo Theriaca.

**C O N D I T V M P R O F A M I L I A
H O C E S T .**

℞ Granorum Iuniperi vncias sex
Caticarum pinguium numero duodecim.
Nucleor. Nucum Iuglandium vncias octo.
Conseruæ flor. Boraginis,
Buglossæ. ana.
vncias quatuor.
Theriacæ veteris,
Mithridatij optimi. ana. vncias duas.
Rad. Tormentillæ,
Gentianæ,
Pimpinellæ,
Angelicæ,

Zedoariæ. ana. vnciam vnam.

Cum Syrupo de Limonibus fiat
Conditum.

**A Q V A T H E R I A -
C A L I S B E Z O A R -
D I C A .**

℞ Rad. Valerianæ,
Tormentillæ,
Pimpinellæ,
Bardanæ,
Gentianæ,
Petasitis. ana. vnciam vnam
semis.
Angelicæ,
Dictamni albi. ana. vnciam
vnam.
Enulæ Campanæ,
Zedoariæ,
Aristolochiæ rotundæ. ana. vnciam
semis.

Cortic. median. Fraxini manipulos quatuor.

Herb. Betonicæ,
Veronicæ,
Scabiosæ,
Cardui Benedicti,
Hyssopi. ana. manipulum
vnum, & semis,
Acetosæ,
Agrimonæ,
Fumariæ,
Rutæ.
Centaurij minoris. ana.
manipulum vnum.

Incidenda incidantur, & contundenda contundantur ac infundantur in

Vini

Vini albi Neccarici mensuris
quatuor,

Et

Aq. Valerianæ,

Scabiosæ,

Acetosæ. ana. mēsurā vnā.

Adde

Theriacæ Andromachi & Cō-
munis. ana. vnciam vnam
& semis.

Electuarij de Ovo vnciam v-
nam.

Boli Armeni puluer. vnciam
semis.

Destillentur omnia lento igne
in alembico benè occluso, ser-
uentur vsui.

Prestans est hæc aqua in pellenda lue
pestifera, commotis nimirum & pro-
lectis sudoribus sumpta: manè à jejuno
dimidij cochlearis mensurā pota præser-
uatiuum est celebre, malignis quoq; fe-
bribus potentè resistit & aduersatur.

**AQVA THERIACA-
LIS BEZOARDICA
RAYMVNDI MINDERE-
RIP. m. SEV CHYLOSTAGMA**
eiusdem Diaphoreticum.

☞ Succorum Nucum Iuglandium imaturarum,

Limonum,

Acetosæ,

Pimpinellæ. ana. libram vnam se-
mis

Cardui Benedicti,

Scordij nostratis,

Rutæ. ana. libram vnam,

Scabiosæ,

Hederæ terrestris,

Calendulæ.

Melissæ hortensis odoratæ. ana.

vncias octo,

Chelidoniæ,

Galegæ,

Aceti de Rubo Ideo,

Sambucini,

Rosati. ana. vncias quatuor.

Rutacei libram vnam.

Radic. Tormentillæ,

Gentianæ,

Dictamni albi. ana. vncias duas.

Vincetoxici,

Carlinæ. ana. vncias duas semis.

Petasitidis,

Ostrutij,

Angelicæ,

Zedoariæ,

Cort. Citri. ana. vncias tres.

Boletorum Ceruinorum vnci-
as duas.

Fol. Dictamni Cretici,

Scordij Cretici,

Chamædryos. ana. vnciam vnam.

Santali Citrini drachmas tres.

Ligni Rhodij puluerisati drachm. duas.

Theriacæ Andromachi. vncias duas,

Mithridatij Damocratis vnciam vnam.

Baccarum Iuniperi recentium libram
vnam,

Cort. median. Sambuci recent.

Fraxini recent. ana. manip. tres.

Cortices Sambuci & Fraxini vna cum bac-
cis Iuniperi contundantur in mortario ve-
hementè, & extrahatur inde succus cum suffi-
cienti quantitate Aceti de floribus Tunicæ, aquæ
Pimpinellæ & Rosarum, fumendo singulorum
partes æquales. Hic expressus succus permisceat-
ur cum succis & liquoribus supra commemo-
ratis, diluaturq; in his Theriaca & Mithridatium.
Tandem vero cætera incisa & contusa, in succis
& liquoribus jam dictis infundantur, atq; ijs sic
tridui spatio immacerentur, postmodum lento
roridi balnei calore per destillationem liquor
euocetur, in cuius medietate suspendatur Cam-
phoræ in nodulo serico ligatæ drachma vna, al-
tera medietas pro ijs qui Camphoram non fe-
runt, seorsim reseruetur.

*Valentèr hæc aqua sudorem pellit venenatamq;
omnem materiam à centro ad circumferenti-
am corporis expellens disijcit, suâ subtilitate
corpus vndiq; peruadens, arcensq; putredines.
Vnde Peste correptos adiunat, febribus malignis
aduersatur, morbos contagiosos strenuè oppu-
gnat, exanthemata, maculas pulicares seu Pe-
techias, variolas ac morbillos excludit. Datur
eis portio aliqua cum Syrupo Acedinis Citri*

aut Limonum, vel cum succo Acetosella additis speciebus Liberantis aut Cordiali aliqua alia Antidoto, corpore ab eius usu ad sudorem composito. Descripta est ab auctore eius Collega nostro quondam Raymundo Mindererop. m. in libello de Peste, quem circa annum Domini 1608. edidit.

SI Succus Galegæ & Scordij defuerit, substituaturs Succus Veronicæ ac Verbenæ.

ACETVM SCILLITICVM.

Scillæ præparatæ laminas inter corticem & cor medias, acu lignea filo confutas, tanto intervallo ne se contingant, sicca bis in umbra dies quadraginta: postea concisam cultello ligneo libram vnam dies alios quadraginta insolabis in aceti boni (videlicet albi antiqui) libris octo, in vase vitreato stricti orificij benè obstructo, postmodum colabis & vtêris. Nicolaus sumit

Scillæ pane involutæ & in clibano assatæ seu coctæ libram vnam semis,

Aceti acerrimi libras septem, ac in vase vitreato per dies quadraginta insolat.

Si verò accelerare cogaris, sepeli vas in calido cinere, vel sabulo, non repente sed paulatim horarum aliquot spatio intercedete.

Cum aceti huius vires sic belle describat Galenus, ideo eius textum huic loco inferendum meritò duximus, qui sic habet. Acetum Scillinum, quo omnes Imperatores vsi sunt, ab ipsius auctore fertur, quicumq; hoc vtatur, longe

vitæ fore, & eius extrema integra, usque ad finem permansura. Et ipse quidem Samius senex huiusmodi extitit: quantum enim temporis vixerit, haud ignoras. de ipso in libro traditum est, quòd cum suis consanguineis hanc facultatem communicauit: cumq; hoc medicamento uti incœpit, quinquagesimum annum natus erat, & usque ad centesimum decimum septimum vitam produxit integer, & nulla unquam aduersâ valetudine tentatus. Hæc sanè medicamenti auctor deseruit, quòd fortasse vir philosophus erat, mentiri nescius. Nos verò viri huius fidei periculum fecimus, ac firmam constantemq; huius medicamenti facultatem esse testamur. Oportet igitur sumere Scillam montanam libræ vnius ponderis, & dura circumcidere, & mollia minutatim cōcidere, & aceti acerrimi sextarios octo in vitreum vas mittere, atq; obturare, ac per triginta dies in Canicula caloribus, ut maceretur, permittere: deinde Scillam extractam exprimere. Id genus aceti parum manè sorbeto. Tibi autem hæc euenient, ut ne faucium orisq; partes unquam remollescant, os ventriculi benè valebit, facile spiritum duces, vox rectè habebit, oculi acutissime cernent, aures in officio manebunt, nullusq; flatuosus vapor in ventre unquam excitabitur, nullum viscus suspensum erit, & benè spirans, bene coloratus deges. Ad ciuilia negotia rectè affectus, non acidum, non salsum ructabis, si aliquid aceti huius assumpseris: & ieiunus ut assumas precipio, septemque postea stadios deambules, ita enim dissoluetur. Hoc aceto qui vtatur,

titur, in *victu* quamuis licentiosus esto: omnia enim cibaria conficiet, & à nullo unquam offensam patietur: neq; valdè implebitur, sed in melius proficere videbitur. nihil superuacui in corpore residebit, non flatu, non bilis, non stercus, non vrina, sed omnia facile excernit, atque educit. Aluus lubrica omninò est, totiusq; corporis purgatorium medicamentum; etiamsi in ossibus sordes inhereant. Item *Phthysicos* ab omnibus deploratos hoc medicamento sanitati restitutos nominamus. Morbo Comitiali diurno efficacitè profuit, vt nisi post longa temporis interualla non redierit: incipientem verò ac nouum perfectè discutit, neq; reuerti amplius hunc affectum permittit. Ad *Podagras* præterea & articulorum morbos, jecoris, lienisq; duritias vehementè facit. Et particulares quidem aceti Scillini effectus hi sunt. Communes autem quàm plurimi: quibus nos commoti, salutare hoc medicamentum, sanitatis integritatisq; causâ, tibi tradidimus. Galenus.

PROSTANT APVD
NOS ETIAM ALIA ACETORVM MEDICATORVM GENERA;
vt pote.

Acetum Calendulatum.

Caryophyllatum, seu
ex floribus Tunicæ.

Citratum.

Nucum.

Passulatum.

De Rubo Idæo.

Roris marinatum.

Rosatum.

AVGVSTANA.

Rutaceum.

Sambucinum.

Violatum &c.

ACETVM THE-
RIACALE.

℞ Rad. Chelidonij maioris vnciam vnam semis.

Angelicæ,

Ostrutij,

Gentianæ,

Bistortæ,

Valerianæ,

Pimpinellæ,

Dictamni albi,

Carlinæ,

Zedoariæ. ana. drachmam vnam.

Plantag. maioris drachmā vnam semis,

Fol. Scordij,

Cardui Benedicti,

Dictamni Cretici. ana. pugillos duos.

Cortic. & sem. Citri. ana. drachmam vnam semis.

Granorum Iuniperi drachmas duas.

Nucleor. Nucum Iuglandium vncias duas.

Santali Citrini drachmam semis.

Infundantur omnia in sufficienti quantitate aceti Rutacei, ac sic simul in vitro probè clauso infusa permaneant.

MOrbis venenatis auxiliatur, putredinem humorum arceat, sudores prolicit, pestilentis luis contagia dissipat:

pat: *presumptum ab infectione corpus tuetur, ac Peste correptos tam interne exhibitum, quam forinsecus arteriarum & cordis regioni superimpositum plurimum reficit ac recreat.*

A Q V E D E S T I L -
L A T E V S I T A -

Abrotani.
Absinthij.
Acaciae nostrae.
Acetosae.
Acetofellae.
Adianti.
Agrimonij.
Alchymillae.
Althaeae.
Alfines.
Anagallidis.
Anthemidis.
Anethi.
Angelicae.
Anguriae.
Apij.
Aquilegiae.
Artemisiae.
Arnoglossae.
Asari radicum.
Aronis.
Aparagorum.
Auriculae muris.
Baptifeculae.
Basiliconis.
Bardanae *Simplex*
Composita.
Berberorum.
Betonicae.

Betulae arboris.
Boraginis.
Botryos.
Brassicae.
Buglossae.
Bursa Pastoris.
Bryoniae.
Caponis.
Calaminthae.
Cancrorum cum Sale
Ammoniaco.
Calendulae.
Cardui Benedicti, *Simpl.*
& Magistralis.
Cardui B. Mariae.
Capillorum Veneris.
Capitis Monachi.
Caudae equinae, Hype-
ridis.
Centaurij.
Cerefolij.
Chelidonij.
Chamaedryos.
Chamaepityos.
Chamomillae.
Cichorij.
Cinamomi.
Ceraforum nigrorum.
Citri Pomorum.
Consolidae medicae.
Consolidae regiae.
Crassulae.
Cochlearum.
Centinodij.
Ceparum.
Caprifolij florum.
Cucurbitae.
Cuscutae.

K k 2

Citra-

Citrullorum.
 Cydoniorum.
 Cynoglossæ.
 Ebuli.
 Endiuia.
 Enulæ.
 Eupatorii Auicennæ.
 Euonymi.
 Euphrasiæ.
 Farfaræ.
 Fœniculi.
 Fragariæ.
 Fragorum ex fructu.
 Fraxini.
 Florum Fabarum.
 Florum Siliginis.
 Florum Tiliæ.
 Florum Cyani.
 Florum Tunicæ.
 E Floribus omnium.
 Fumariæ.
 Fungorum.
 Graminis.
 Galegæ.
 Genistæ.
 Gentiane.
 Geranij.
 Halicacabi.
 Hederæ vtriusque.
 Helxines, seu Parietariæ.
 Herniariæ.
 Hirundinum.
 Hyssopi.
 Hypericonis.
 Iridis.

Iuæ Arthericæ.
 Iuniperi ex granis.
 Lactucæ.
 Lauandulæ.
 Leuistici.
 Linariæ.
 Liliorum Conuallium.
 Liliorum alborum.
 Lapathi.
 Lupulorum.
 Ligustri florum.
 Lumbricorum.
 Maioranæ.
 Maluæ.
 Marrubij.
 Matricariæ.
 Mellis.
 Meliloti.
 Melissa vtriusque.
 Menthæ.
 Mentastri.
 Mercurialis.
 Millefolij.
 Milij solis.
 Melonum.
 Morsus Diaboli.
 Nasturtij.
 Nicotianæ.
 Nucum immaturarum.
 Nymphææ.
 Numulariæ.
 Origanij.
 Ononidis.
 Panacis Heraclei.
 Papaueris vtriusque.

Peculi Rosarum.
 Parietariæ.
 Petroselini.
 Pæoniæ.
 Pulegij.
 Primulæ Veris.
 Petasitidis.
 Perfoliatæ.
 Periclymeni.
 Phyllitidis.
 Picarum.
 Plantaginis vtriusque.
 Pimpinellæ.
 Portulacæ.
 Prunellæ.
 Polygonati.
 Polytrichi.
 Pyrorum sylvestrium.
 Pyrolæ.

Quercus foliorum.

Rosarum vtrarumque.
 Raparum.
 Raphani.
 Roris Maialis.
 Roris marini.
 Rutæ.

Sabinæ.
 Saluæ vtriusque.
 Sambuci.
 Saniculæ.
 Satyrionis.
 Saturegiæ.

Saxifragiæ.
 Scabiosæ.
 Scordij.
 Sedi, seu Sæperuiui, *Simpl.*
 & *Comp.*

Senecionis.
 Serpylli.
 Scolopendriæ.
 Solatri.
 Spicæ Nardi.
 Scrophulariæ.
 Spermatis Ranarum.
 Squamariæ.
 Spiritus Capparum.
 Ceraforum,
 Iuniperi.
 Vini.

Tabacæ.

Tamaricis.

Tanaceti.

Testudinum.

Tormentillæ.

Trinitatis.

Tussilaginis.

Valerianæ.

Verbasci.

Veronicæ.

Verbenacæ.

Violariæ ex floribus &
 herbâ

Vitium lacrymæ.

Vrticæ.



MEDICAMENTORUM OFFICINIS PHARMACEVTICIS REIP. AVGVSTANÆ VSI-TATORVM.

CLASSIS DECIMA SEXTA.
OLEORVM SERIEM
COMPLECTENS.

• OLEVM ABSINTHII

℞ Olei Omphacini libras tres.
Comarum Absinthij,
Succi eius ana vncias quatuor. (semis.
Rosarum rubearum vnciam
Macerentur diebus quindecim
ad solem, aut in loco aliquo calido,
deinde in duplici vase coquantur
ad succi consumptionē. Postea abiecto
priori Absinthio recens aliud inijecto,
rursusq; per quindecim dies macerato:
deinde simili modo coquito & exprimito,
ac tertium id iterato.

Calefacit et refrigerat, roborat, presertim ventriculū. Cibi aviditatem excitat, obstructa leuat, lumbricos necat, frigidis ventriculi affectibus mirifice conducit, flatusq; ibidem conceptos dissipat.

Cum Absinthium nostrum vix quidquam adstringat, nos autem Absinthio Pontico

vero careamus, ideo Rosas in compositionem hanc adiecimus, vt ad frictionis quæ Absinthio nostro deest, defectum suppleremus.

OLEVM ABRO-TAMI.

Paratur ex trinâ recentis herbæ in Oleo infusione, maceratione, & decoctione.

Adhibetur ad producendos pilos, & in eorum defluuiis cum Labdano & vrsi pinguedine glabris locis illinitur.

OLEVM AMYGDALARVM DVLCEVM.

℞ Amygdalarum dulcium ficarum, non tamen rancidarum, cortice membranoso purgatarum quantū voles.

Contūdantur minutissimè, postea in sartagine aliquantulum torrefacias. Tandē prælo exprime.

Eo utimur ad gutturis, faucium, bronchiarum, & spiritualium partium asperitatem leniendam vel per se, vel adiecto Saccharo praesertim Candi Violato. Duritiem omnem ac siccitatem articularum corrigit, cutem erugat, scabra & aspera polit, tensa emollit, venientia digerit & complanat. Phtisicis & Atrophiam laborantibus ac consumptis utile, alimentum enim humidum & lentore mediocri diuturnum praestat, extenuatum corpus reficit ac impinguat. Calore est temperatum, humidoq; secundum ordinem attingit, quo nominis intemperiem omnem sedat, ac semen genitale promouet. Vteri, vesicae, & urinae ardores mitigat. Colicos ac Nephriticos cruciatus cum pari portione Olei Amygdalarum amararum mirifice leuat. Partuum labores torminosos discutit, lenit, tandemq; propulsat, & inunctionum sola est materia quae fetus laboriosos educunt. Nephriticis & lotij acrimonia laborantibus per syphonem injectum tepidum mire confert, intemperiem omnem moderata sua substantia profligans.

OLEVM AMYGDALARVM AMARARVM.

Fit vt Oleū Amygdalarum dulcium.

Primo ordine calidum est, humido & sicco temperatum, calefacit, attenuat, incidit & digerit, vnde aurium tinnitus ac flatus crassa & frigida materia ortos dissipat, auditumq; frigore obtusum restaurat. Obstructa expedit, cutis maculas & asperitates tam reliquarum par-

tium, quam faciei (quas Ephelidas & Panos vocant) exterit, manantia capitis ulcera sursureq; ex vino deterget. Neruorum affectus frigidos, duros, & dolentes calore tenuante ac digerente sanat. Amarore lumbricos necat, & frigidis vteri malis prodest. Vuluarum dolores, strangulatus, conuersiones, locorum inflammationes suppositum sanat. Capitis dolores instillatum sedat. Urinae angustijs publi illitum, calculosis renum vitijs, stranguriosis in fistulam vrinariam inmissum medetur. Suspiriosis, Lienosis, Ictericosis, & Tabidis subuenit. Easdem penè omnes facultates commemorat Plinius lib. 23. cap. 4.

Fit eodem modo Oleum ex nucleis Iuglandium, Pistachiorum, Pinearum, Auellanarum, Perficorū. Item ex seminibus & Granis.

VTPOTE OLEVM.

Hyoscyami.

Papaueris.

Lini.

De Chervā, id est, Ricino.

Balaninum è Balano Myre-Sesaminum. (plicā.

Nucum.

De Cartamo.

Ex Synapi.

Ex granis Citri, & similibus

OLEVM ANETHINVM.

Oleum Anethinum fit ex floribus & folijs Anethi, ac Oleo veteri claro, eodem modo, quo Rutaceum Oleum.

Ano-

A Nodynum est, tumores crudos concoquit, resoluit & laxat, Somnum conciliat, rigorem febrilem spine & partibus nervosis accessionis initio illitum euincit. Cephalalgiam mitigat, vteri durties emollit, menstrua prouocat, & vuluarum casus ferè omnes componit. Acopis familiare lassitudines discutit, dolores articulorum subleuat, venarum spiracula laxat, calefacit & emollit, nervis gratum, ac consulsionibus amicum.

O L E V M A V E L
L A N A R V M.

D Olores nervorum & Arthriticos sanat, teste quoq; Manardo. Alij ad venena ac morsus serpentum valere contendunt.

O L E V M B A L A
N I N V M.

T Erget, expurgat, obstructa liberat. Auri iniectum tinitui & surditati confert. Strumas, hepatitis & lienis scirrhum emollit ac digerit. Affectibus frigidis nervorum & juncturarum, Spasmo & Arthritidi medetur. Alphos, lentiginos, Varos, maculas, cicatrices nigras, & reliqua fœda cutis vitia corrigit. Alum potu soluit, sed stomacho aduersatur.

O L E V M B A L S A
M I P E T R I D E E B A
N O.

R Myrrha,
Aloës,
Spica Nardi,
Sanguinis Draconis,

Thuris,
Mumiaë,
Opopanacis,
Carpobalsami,
Bdellij,
Ammoniaci,
Sarcocollæ,
Crocij,
Mastiches,
Gummi Arabici,
Styracis liquidæ. ana. drachmas duas.

Labdani,
Castorei. ana. drachmas duas
femis.
Moschi drachmam femis.
Terebinthinæ ad pondus
omnium.

Tritis conterendis misceantur,
& alembico destillentur.

B Alsamum hoc artificiale veri Balsami penuriam substituit, efficaciam enim propemodum ad singulares Balsami vires accedit, atque id potissimum, quod hoc loco descriptum, ab omnibus ferè Chirurgis vulgò usurpatur. Hoc miscebat Aponensis Theriaca, Mithridatio, Diacurcumæ, & Aurea Alexandrina, eoque veri Balsami defectum restituerebat. Tenuium partium est, calefacit, exiccatur, & glutinat, quæ munia Chirurgis in curandis vulneribus magnopere expetuntur. Nervorum vitii, Paralyti, ceterisque noxiis frigidis spine illitum confert. Quod si idem tepesfactum inunxeris ante febrium accessionem, rigores mirè subleuat, cordis tremorem, palpitationem, ac Syncopen sanat. Hæsticos & emaciatos impinguat
addito

PHARMACOPOEIA

addito Rhodostagmate occipiti & renibus illitum. Vteri praefocationes & strangulatus iuuat, Comitralibus plurimisq; aliis affectibus subuenit. Tristes, Melancholicos, ac animum despondentes reficit, nec non cadauerum putredinem vindicat.

Cinamomum pro Anoniaco ex aliis exemplaribus addimus, Fuchsius tamen id usurpat. Multas alias descriptiones reperies apud Focium & Fuchsum.

OLEVM CHAMÆMELINVM.

Oleum Chamæmelinum siue Chamomille fit ex floribus Chamæmeli, & Oleo veteri claro. Siccentur flores in vmbra viginti quatuor horis: deinde eos immitte cum Oleo in vas vitreum angusti oris benè obturatum, & quadraginta dies insolato.

Phlegmones mitigat, moderatè resoluit, fluxiones cohibet vi suâ modicè astringente, ideoq; Colicis, Articularis, caterorumq; dolorum initiis salubre est. Lassitudines iuuat, dolores sedat ac lenit, tensa laxat, febres discutit ac dissoluit, praesertim quæ stipata cute proueniunt; hypochondriorum tensionibus vtile capit is dolores leuat, meatus namq; laxat, vapores discutit, & acrimoniam temperat. Acopum est & Anodynum, ideoq; non temere iniungimus initio Colici cruciatus, ut quæ sunt à flatibus distensa relaxentur ac emolliantur.

OLEVM DE CAP-
PARIBVS.

AVGVSTANA 233

R Corticis rad. Capparum vnciam vnã.

Corticum Tamarisci,

Foliorum Tamarisci,

Seminis Agni Casti,

Ceterach,

Cyperiana. drachmas duas.

Rutæ drachmam vnã.

Olei maturi libram vnã.

Aceti albi fortis,

Vini albi ana. vncias duas.

Trita leuiter coquantur in duplici vase vsque ad consumptionem Vini & aceti.

Lenis tumores duros ac scirrhosos adiuuat, eiusq; obstructionibus valde est familiare.

OLEVM CAR-
TAMI.

Obstructa liberat tergetque, ideo morbo regio, ventriculo dolenti, & colo confert. Thoracem ac pulmonem expurgat, & vocem clariorem reddit.

OLEVM CASTO-
REI, IACOBI DE
MANLIIS.

R Castorei,

Styracis Calamitæ,

Galbani,

Euphorbij,

Cassia lignæ veræ,

Croci,

Opopanacis,

Carpobalsami, aut Cubebarum,

Spicæ Nardi Indicæ,

Costiana. drachmas duas.

L I

Cyperii,

Cyperī,
 Schoenanthus,
 Piperis longi,
 Nigri,
 Sabinæ,
 Pyrethri. ana. drachmas duas
 semis.
 Olei libras tres.
 Vini odoriferi libras duas.

Confice sic: Galbanum & Opopanacem in Vino seorsim dissolue, deinde reliqua omnia cōtusa cum Oleo & Vino coquito in duplici vase ad consumptionem Vini. Postea cola, ac dissolutum & expressum Galbanum cum Opopanaco Oleo affunde, & iterum coque sufficienter, ac repone, sæpius miscendo in posterum, vt Galbanum & Opopanacem in vasis fundo subsidentia Oleo commisceantur.

Valeat ad omnes neruorum & cerebri offensas frigidas. Tetanum, cōnulsionem, tremorem, ac Paralysem sanat, rigores acerrimos & frigora febrium sedat, spina dorsi illitum.

OLEVM DE CERASIS.

Articulariis morbis prodest, terget & expurgat. Calculum è renibus ac vesica pellit; pannos faciei, lentigines & cetera fœda cutis vitia delet. Efficacius est quod è nucleis Cerasi sylvestris paratur.

OLEVM CHEYRI. NVMMESVÆ.

Oleum Cheyrinum fit ex Leucoijs luteis, hoc est, ex Cheyris Citrinis, & Oleo veteri claro, vt Rutaccum Oleum.

Calidum est temperatè, tenuat, lenit, ac digerit. Suppositum dolores ex flatibus è materia frigida & pituitosa mitigat, ventris torminibus modicè succurrit, neruorum & iuncturarum dolores leuat. Thoraci, pectori, vesicæ, ac renibus confert, Menses prouocat, uterique suffocationi medetur, lumbricos interimit, partum faciliat, Arthriticis demum ac resolutis auxiliatur.

OLEVM EGRA- NISCITRI.

Artbritico dolori ac succedenti tumori conducit, calculum vesicæ & renum detrudit. In pestilenti statu Alexiterium optimum; lumbricos enecat votum, aut illitum.

OLEVM COSTI- NVMMESVÆ.

R Costi amari vncias duas.
 Cassiæ lignæ veræ vnciam vnam.
 Summitatum Sampluchi vncias octo.
 Vini quantum sufficit.
 Olei Sefamini libras tres.

Trita macerentur biduo, deinde coquantur in duplici vase ad Vini consumptionem.

PHARMACOPOEIA

Vehementèr calefacit, ideoq; neruorum ex frigore iniurias propellit. Paralyfi confert, neruos roborando, ventriculum, musculos, tendines & ligamenta confirmat, & obstructa aperit. Spine illitum febrilem rigorem mitigat, capillos tenacius affigit, ac mucoso humore canitiem accelerante consumpto eã moratur.

OLEVM CROCOCOMESVÆ.

℞ Croci vnciam semis.
Myrrhæ electæ drach. duas.
Aceti quantum sufficit ad macerandum diebus quinq;
Cardamomi drachmas quatuor semis,
Olei vncias nouem.

Crocum & Myrrhã diebus quinque macera; die sexto adde Cardamomum, septimo cum Oleo coquantur igni lento ad aceticonsumptionem.

Neruos ac vterum roborat, eorum dolorem sedat, conuulsioni & vteri noxis confert, durities dissipat, nec non corpori colorem viuidum præstat.

OLEVM CYDONIORVM, MESVÆ.

℞ Cydoniorum non excorticatorum,
Succi eorundem. ana. vncias sex.
Olei Omphacini libras tres.

Omnia in vas vitreum obturatum immittito, & diebus quindecim insolato. Deinde horis quatuor coquito in duplici va-

AUGVSTANA 235

se, cola, & exprime. In expressione caro & succus renouentur. Rursum insoletur, coquatur, & exprimatur, id sic tertium iterato. Postremò colatum reconde, ne perspiret.

Melinum Dioscoridi dicitur, stringit & refrigerat. Ad ventriculi & jecoris imbecillitates vtile, ventrem totum infexiorem ac neruos laxos cogendoroborat, retentricem partium facultatem firmat, stomachum in vomitiones effusum in se cogit. Venti defluxionibus infestato, Lienteria, Diarrhœa ac Dysenteria medetur. Spine illitum & thoraci, sudores immodicos & dysphoreticos cohibet.

OLEVM DE ENVLA, MESVÆ.

℞ Radicum Enulæ contusarum,
Succi eiusdem,
Olei Sesamini. ana. libram semis.

Vini odoriferi vncias tres.
Fiat vt Oleum Myrtinum.

Calefacit, tenuat, digerit, ob id a fœcibus neruorum, vteri, & vesicæ frigidis prodest. Februm quoq; rigori, & colo à flatibus dolenti medicatur.

OLEVM EX EUPHORBIO, MESVÆ.

℞ Euphorbij vnciam semis.
Olei Cheyrini vncias quinq;
Vini odoriferi tantundem.
Coquantur in duplici vase ad vini consumptionem.

Hemicranicis, Cephalalgicis, & Le-
thargicis adhibetur, & naribus ad
discutiendum vitium immittitur. Epi-
spasticis medicaminibus utiliter admi-
scetur; præstantissimum enim attrahen-
do est remedium in frigidis noxis, siqui-
dem tenuium partium est. Alopecias, &
capillorum defluvia sanat. In coxariis in-
ueteratis, ac profundis articularum que-
relis ex alto euocandis laudatissimum re-
medium. Calidius & siccius Oleo de Pi-
peribus, ideoq; non nisi vehementer fri-
gidis vitiiis adhibendum. In aurium tin-
nitu, sibilo, & hebetiore sensu ex frigiditate
contracto tepidum adhibet Galenus
2. Compos. Medic. localium.

OLEVM FORMICARVM, NICOLAI.

℞ Formicarum alatarum quan-
tum vis.

Olei quantum sufficit.

Macerentur æstate ad solem di-
cibus quadraginta, postea exco-
latum Oleum reponere.

Eo partes generationi dicatas adve-
nerem concitandam & impregna-
tionem promouendam inungunt.

OLEVM HYPERICI.

℞ Summitatum Hyperici cum
floribus ad maturitatem
femini ferè accedentium
vncias tres.

Macerentur in vino odorifero
tribus diebus ac noctibus: bulli-
ant deindè in duplici vase obtu-
rato orificio vasis. Postea expri-

me, & recentis Hyperici par pō-
dus iniice, ac iterum macera, co-
que, & exprime tunc etiam ter-
tiò recens Hypericon adde, ac si
vinum minuatur, adde aliquid.
Postmodum admisce

Terebinthinæ claræ vncias
tres.

Olei veteris clari vncias sex.
Croci scrupulum vnum.

Coquantur in duplici vase vsq;
ad consumptionem vini. Postea
exprime, & à sedimento purga-
tum Oleum reponere.

Calefacit & siccat, essentiaq; est te-
nuis, unde ad omnes dolores à fri-
gido contractos adhibetur, & Anodynum
existit. Ischiadicis præterea & varicibus
utiliter adhibetur; contra dentium do-
lorem, Podagram, Chiragram, articulo-
rumq; dolores salubre remedium. Ner-
uorum puncturis & vulneribus efficax
est, & illitu ac fotu convulsiones probi-
bet. Ambustis cicatrices ducit, & vulne-
ra glutinat.

OLEVM IAS- MINVM.

Fit ex floribus Iasmini, & O-
leo veteri claro, vt Oleum Ru-
taceum.

Frigidis affectibus non obscurum ad-
fert remedium, unde partibus cale-
factionem & relaxationem desideran-
tibus utiliter exhibetur. Chamemelino
aut Cheyrno viribus proximum.

OLE-

OLEVM IRINVM,
MESVÆ.

℞ Radicum Ireos libram vnam.
Florum eiusdem libras duas.
Macerentur in decoctione alia-
rum radicum Ireos quantum
sufficit. Adde

Olei veteris libras duas.

Coquantur in duplici vase & ex-
primantur, radicesq; nouæ cum
floribus immittantur: coquan-
tur denuò, & tertio. Colatum
seruato, ac obturato.

VImhabet excalesfactoriam & emol-
lientem, roborat, tenuat, resoluit
potenter, terget concoquit, maturat, &
alta penetrat, conuulsionibus efficax, au-
rium sonitus tollit, qua in thorace sunt
& pulmone concoquit. Astmaticos iu-
uat, tussim compescit, strumas dissipat, a-
liosq; tumores duros hepatis & splenis,
articulorum dolores & durities emendat:
facit ad intestinorum tormina ac Ilei
cruciatu, naribus illitum destillationi-
bus & Ozænis medetur. Datur ijs qui
Cicutam, Coriandrum, aut fungorum
venenum hauserunt, presentissimo A-
lexipharmaco.

OLEVM IVGLAN-
DVM.

FLatus crassos dissipat, tumores dis-
cutit, neruis attritis presertim cum
Calce totâ confert, ac scabiem exterit.
Quidam Gangrenas, Agilopas, & Car-
bunculos eo persanant. Exprimendum
porro è nucibus vetustis ac rancidis, &
tum ad latos lumbricos, & aurium sibi-
los efficax creditur.

OLEVM ELIGNO
I VNIPERI.

Fictile vas in terram fodiatur,
supra id aliud fictile angusti ori-
ficij inuersum ponatur, recentibus
Iuniperi lignis minutim inci-
sis plenum: cui subducatur la-
mina ferrea foraminibus per-
uia, vt destillet liquor, & ne seg-
menta ligni delabantur. Bene
autem aptentur, ac luto Chymi-
co circumclinantur fictilium ori-
ficia, ne quidquam expiret. Post-
ea inferius fictile vsq; ad collum
superioris obruito terra, & facto
pauimento ignem circa & su-
prâ fictile superius accendito, at-
que ardere aliquot horas finito.
Postremò liquorem destillatum
auferto.

VAlet ad impetiginem, serpiginem,
Cancrum & maligna crurum Ul-
cera. Cutis sceditates eluit. Id quidem cœ-
lo Pestilente efficaci amuleto usurpant,
naribus ac temporibus eo inunctis.

EAdem ratione fiunt alia Olea ex lignis, vt è
Ligno Sancto, & aliis presertim pinguibus
& succosis item Fructibus, Baccis, Seminibus,
quo modo per descensum Olea extrahi Chy-
mysta dicunt.

OLEVM EIVNIPE-
RIBACCIS.

Oleum è Iuniperi baccis elicetur
per artem destillandi vinum sub-
limatum: quia verò minoris e-
mitur quàm vt ab aliquo Phar-
macopola preparari queat, con-
fectionem eius præterimus.

238 PHARMACOPOEIA
OLEVM LAV-
RINVM.

R Baccarum Lauri electarum
maturarum & contrita-
rum quantum voles.

Eæ in aqua diu coquantur &
colentur, cumq; infrigidatæ fu-
erint illud pingue quod super-
natat, colligatur.

VIs ei calefactoria vehemens, mol-
liens, tenuans, aperiens, discutiens,
exiccans. Intemperiem omnem partium
frigidam solam, aut cum pituita & flatu-
bus sanat. Cerebri, neruorum, articulo-
rum, ventriculi, intestinorum, præsertim
coli, hepatis, lienis, renum, & vteri affe-
ctibus frigidis medetur, ac dolorem his
succedentem abolet. Rigori febrili spine
dorsi illitum, Paralyfi, neruorum vitis,
algoribus, Ischiadicis, capitis doloribus
inueteratis ac destillationibus auxilia-
tur. Auribus illinitur, renum morbis fri-
gore contractis succurrit, lassitudines di-
scutit, venarum spiracula aperit, scabie
infestatis & aspera impetigine laboran-
tibus in balneo inunctum medicatur. Fu-
giendum tamen in scabie, aut impetigi-
ne inflammationem minante, & calidis
ac biliosis naturis, frigidis namq; & pi-
tuitosis solum est commodum. Vermes &
pediculos enecat, capitis furfures, Ophra-
sim & Alopeciam delet, capiti tamen ca-
lido non admoendum.

FIt in hunc modum. Baccæ Lauri maturæ &
recentes teruntur in pilâ, & ex aquâ in lebe-
te coquantur; post torculari plano non cauo
exprimuntur in vas subiectum, in quo aquæ su-
pernatans Oleum colligitur. Affusa calenti aqua
iterum teruntur, exprimunturq; torculari ca-
uato. Postea colligitur Oleum, & reponitur.

AUGVSTANA.

Sunt qui baccas Lauri citra omnem aliam misti-
onem molliunt, ac ita prælo exprimunt. Oleum
Fuchsii & Foesii.

OLEVM LIGVSTRI-
NVM MESVÆ, SIVE
CYPRI NV M.

Oleum Ligustrinum, quod Ara-
bes de Alcaña vocant, fit ex flori-
bus recentibus Ligustri florente
vite, aut paulò post, & Oleo ve-
teri clarissimo ad modum Ruta-
cei Olei.

ARabibus de Alcana dicitur, no-
bis Ligustrinum quod ex Ligustri
floribus fiat. Calefacit & moderatè a-
stringit, emolliendi vim habet, vulua
ac neruorum affectibus subuenit. Pleuri-
ticis, Opisthotonicis, & Anginâ laboran-
tibus succurrit. Capillos à cavitie vindic-
cat.

OLEVM LILINVM
SIMPLEX.

R Florum Liliorum alborum
abiecto quod Croceum
est vncias quatuor.

Olei veteris libram vnam.

Fit vt Oleum Rosatum, ter Lilia
renouando.

Dicitur & Crininum, Lilinum, ac
Susinum, resoluit, digerit, conco-
quit. Dolores à frigore, thoracis, ventri-
culi, coli, vteri, renum, vesicæ, & neruosa-
rum partium sedat, lenit, mitigat, con-
uulsionibus prodest. Colicis item dolori-
bus inunctum aut suppositum confert, v-
tile est vteri cumprimis ac muliebribus
malis, eius præclusiones & durities sol-
uens.

uens, grauidis ad facilem partum auxilio est. Ulcera capitis manantia, fursures, varos, feruidasq; eruptiones sanat, vrbices, cicatricesq; celerrimè ad colorem reducit, & omnem inflammationem cum vitellis ouorum inunctum rarefacit. Compositum ob Aromatum admixtionem longè validius, ob id frigidis noxis opportunius.

OLEVM LILIORVM COMPOSITVM. MESVÆ.

℞ Flor. Liliorum alborum vncias nouem.

Mastiches,

Calami Aromatici,

Costi,

Carpobalsami. ana. vnciam vnā.

Caryophyllorum,

Cinamomi. ana. vnciam semis.

Croci drachmas tres.

Omnia præter Liliorum folia in aqua sufficiente viginti quatuor horis macerentur, deindè paululum coquantur, & additis Lilijs Oleiq; veteris libris duabus aliquantulum bulliant. Tunc omnia iniecta in vas vitreum in soladies quadraginta: post colatū & benè obstructū reponatur.

OLEVM LILIORVM CONVALLIVM.

Fit ex floribus Liliorum Convallium & Oleo veteri claro, vt Oleum Liliorum simplex.

Spasmodicis, conuulsis ac tremulis auxilio est, frigidis neruorum noxis succurrit, puerulorum tormina mitigat.

OLEVM SEMINIS LINI.

Viribus proximum Chamemelino & Anethino, Anodynum est, conuulsionem curat. Articulorum, musculorum, neruorum, ac cervicis durities mitigat, ani affectibus mirificè confert, sedis abscessus & hæmorrhoidum dolores sedans ani fissuras & rimas lenit. Manardus Pleuriticis linctu aut potu exhibebat, quod magnoperè probauit Gesnerus, qui in epistola quadam scribit. Iam quater, aut quinquies feliciter propinaui, primum bis ante sesquiannum in Pleuritide cruda & maligna, iam desperatis ferè virgini & mulieri, quarum unaqueq; mox magna admiratione mea restitui cepit. Postea iuueni in morbo quodam interiore incognito ferè, nec satis iam meminisse etsi annotaui. Quarto in tussi ac Dispnoea ante paucos dies mulieri gutturosa, qua heri ad me venit & pro hoc consilio gratias egit. Omnibus paulò post soluta est alius satis copiosè. Tres aut quatuor vncias vna vice bibi iubeo. Odoris quidem eius grauitas plerisq; adeò molesta & fastidiosa est, vt secundo sumere nollent, sed nullū periculū, nullum incommodum sequitur, & Medicus necessitatem in grauissimis morbis non voluptatem sumentium spectare debet. Si ritè pureq; paretur, & Medicus domi haberet, confidentius dari posset, et si Brasauolus non admodum laudat. Ego pro cognita

cognita

cognita felicissima & admiranda eius facultate Deo gratias ago. Hactenus Gesnerus.

**O L E V M L V M B R I -
C O R V M, T E R R E -
S T R I V M**

R Lumbricorum terrestrium libram semis.

Probè lauentur in vino, deinde immittantur in Olei Rosati Omphacini libras duas, Vini vncias duas.

Coquantur in duplici vase ad Vini consumptionem.

A Nodynium est, cuius sotu nerui recreantur, vt quotidie in neruorum vulneribus eorundemque resolutionibus experimur: etsi quibusdam id non parum suspectum videtur.

**O L E V M M A N -
D R A G O R A E**

R Corticum rad. Mandragoræ libram vnam.

Contundantur, & coquantur in aqua sufficienti, & colato decocto adde

Succi Hyoscyami albi vncias duas.

Succi Capiti Papaueris nigri vncias tres.

Succi Violarum,

Cicutæ teneræ. ana. vnciam vnam.

Olei communis libras duas.

Opij,

Styracis Calamitæ. ana. vnciam semis.

Succi cum Oleo decem diebus ad solem macerentur, deinde coquantur in duplici vase ad succorum consumptionem, & cola: colato adde Styracem & Opium.

Commendatur ad omnem inflammationem extinguendam, somnum conciliandum, capitis dolores sedandos, Phreneticis febricitantibus, & vigilantibus conueniens fronti, temporibus ac naribus illitum.

Quia non habentur apud nos Mandragoræ poma, ergo loco succi Mandragoræ pomorum accipiendi sunt Cortices Radicū Mandragoræ

**O L E V M M A S T I -
C H I N V M, M E S V Æ**

R Olei Rosati Omphacini libram vnam.

Mastiches vncias tres.

Vini odoriferi vncias quatuor.

Coquantur secundum artem in duplici vase ad Vini consumptionem.

Mediocritè calefacit, astringit, & memollit. Ventriculi coëtricem ac retentricem vim firmat, illitum in lienteria & intemperie frigida sicca salubre existit. Ad Cœliacorum, Stomachicorum, ac Dysentericorum cruciatus utile, tumores duros lenit, cerebrum, neruos & iuncturas roborat, phlegmonis gingiuarum, lingue & totius oris medetur, faciem emaculat, & coloris gratiam illitum commendat.

O L E -

OLEVM MENTHÆ

T H Æ.

℞ Menthæ domesticę crispę vncias quatuor.

Olei Omphacini libram vnam.

Fit, vt Oleum Rutaceum.

Ventriculo imbecillo & refrigerato adhibetur, eum namque calefacit, roborat, nauſeam firmat, vomitionem sistit, appetentiam excitat, & concoctionem prouocat. Eligenda est crispa & satiuua.

OLEVM MOSCHÆ
LINVM, NICOLAI
ALEXANDRINI.

℞ Olei puri libras sex.

Vini odoriferi vncias sex.

Folij, aut Macis,

Nardi Indicæ,

Costi,

Mastiches. ana. vnciam vnam semis.

Styracis Calamitæ,

Croci,

Myrrhæ,

Cinamomi,

Cassiæ lignę verę. ana. drachmas sex.

Carpobalsami, seu Cubebarum,

Caryophyllorum,

Bdellij. ana. vnciam semis.

Moschi drachmam vnam.

Nuc. Moschat. numero duas.

Folium, Myrrham, Cassiã, Carpobalsamum & Bdellium tere,

ac per biduum in Vino & Oleo macera: postea coque supra lentum ignem in duplici vase vsq; ad consumptionem Vini: deinde cola, & reliqua in tenuissimū puluerem redacta insperge, præter Moschum; iterum macera, & coque parumper. Vltimò Moschum addito; probè omnia misceto, reponito, ac interdum vas agitato.

Mοσχέλαρον potius dicendum à Moscho, qui eius compositionem ingreditur. Frigidis affectibus est præstantissimum, ventriculo præsertim debili, quem roborat & calefacit; dolorem lateris illitum sanat, Stranguriosis, Colicis, ac neruorum omnibus propè vitis confert. Pomis odoratis cogendis est aptissimum, & Vnguento Arègon aliisq; Medicamentis, vt speciebus Lithontribon conficiendis.

OLEVM MYRTIL-
LORVM.

℞ Olei communis, id est, Oliuarum libras tres.

Baccarum Myrti libram vnã.

Confringantur Myrtilli, & quoniam Myrtus vera apud Germanos non nascitur, neque habemus semper virides Myrtillos sed aridos, vt ex Italia afferuntur, ideò necessum est vt Vino odorato prius aspergantur: deinde misceantur simul ac bulliant secundum artem. Tandem coletur, & referuetur Oleum.

M m

Mug-

MΥΡΤΙΝΙΟΝ ἔλαμον seu Myrtillorū
 astringit, refrigerat, densat. Cerebrum, nervos, & ventriculum adstrictione roborat viscerum phlegmonis vitale. Gingivis, dentium dolori, Dysentericis, Celiacis, vulvae exulceratae, ulceribus vetustis vel manantibus, nimio affluxu humentibus cum squamâ eris & terâ medetur. Attrita sanat, hyeme contracta, furfures, rhagades, condylomata, articulos luxatos, & omnia quæ adstrictione desiderant. Hemoptoicis & sanguinis ex pectore reiectioni confert, et ad arcendam phlegmonem in ulcere pulmonis Gal. allinit. Capillos retinet, eorumq; defluuium sistit, adiecto præsertim Labdano. Gal. 1. de Cōp. Med. secundū loc. ca. 2.

O L E V M M Y R -
 T I N V M.

Oleum Myrtinum fit ex foliis Myrti, vt jam dictum Myrtillorum Oleum.

Eisdem ferè vires obtinet quas Oleum Myrtillorum; astringit enim & roborat, ac viscerum laxitatem corrigit.

O L E V M N A R D I -
 N V M S I M P L E X,
 M E S V Æ.

℞ Olei Sesamini vel Oliuarum dulcis & loti libram vnam semis.

Spicæ Nardi Aromaticæ vncias tres.

Vini,

Aquæ. ana. vncias duas semis. Incidantur minutim. & coquantur in duplici vase donec vinum & aqua in vaporem resoluantur:

coletur deindè Oleum, & colatū reponatur, abiecta Nardi Spica.

Calefacit, tenuat, digerit, modicè astringit, quocirca ijs auxiliatur qui calore & adstrictione indigent, vt Stomachicis, Celiacis, destillationi ac thoracis vitio obnoxiiis. Ventriculum firmat, & coctionem procurat. Viscerum phlegmonis, iecoris inflammationi, ac pulmonum ulceribus illinitur. Cerebri & nervorum frigidus affectus sanat, ac aurium dolores mitigat. Tremulis & Paralyticis summum est remedium. Vteri præfocationes, occlusiones, & tumores suppositum discutit, aut etiam iniectum vesicæ dolori renumq; calculis opitulatur. Compositum ad prædicta efficacius.

O L E V M N A R D I -
 N V M C O M P O S I T V M,
 E I V S D E M.

℞ Spicæ Indicæ vncias tres.

Maioranæ vncias duas.

Ligni Aloës,

Enulæ,

Macis,

Calami Aromatici,

Foliorum Lauri,

Cyperi,

Schoenanthus,

Cardamomi. ana. vnciam vnam semis.

Contundantur omnia grosso modo, deindè affunde illis

Vini,

Aquæ fontanæ ana quantum sufficit, id est, vtriusq; circiter vncias quatuordecim.

Olei Sesamini libras quatuor.

Mace-

Macerentur per noctem, deinde coquantur in duplici vase secundum artem.

**OLEVM NVNCIS
INDICÆ.**

Neruarum dolori confert, thoracem & pulmones lenit, clariorem vocem facit, impinguat, ac genitale semen auget. Hodie ferè usurpatur ad conceptus procurationem, nec non seminis incrementum.

**OLEVM NVNCIS
MOSCHATÆ, EX-
PRESSVM.**

Ori ventriculi inunctum mirè eum roborat, deglutitum calefacit mediocriter, & anhelitum commendat: illitum Veneris tentiginem excitat, Stomachicis quoq; frigida & humida intemperie laborantibus conducit.

**OLEVM NYM-
PHÆATVM.**

R Florum Nymphææ albæ uncias quatuor.

Olei Omphacini libram vnā. Macerentur in sole diebus decē, deinde exprime ac novos flores immitte: tertio idem facito.

Vires habet Violati, refrigerat tamē magis. Cephalalgiam ex februm incendio, indeq; enatum delirium Papauerino mixtum mitigat, insomniam abigit, Urine ardori, intemperatura partium calidæ, renum, eorumq; vlceri, & vesicæ commodum, illitum aut iniectum. Gonorrhæam arcet, & tentiginem propellit genitalibus illitum.

Ex floribus, Nymphææ luteæ idē paratur, ac iisdem viribus præditum est.

**OLEVM EVITEL-
LIS OVORVM.**

R Oua recentia numero centū coquito, donec penitus indurentur. Postea vitellos eorum exime, & comminutos assa in sartagine donec rufescant, & pinguedinem quandam remittant: deinde adhuc feruentessone in sacculum pilis contextum, & exprime, quodq; expressum fuerit Oleum repone.

Cutis scæditatem mirè aufert, cicatricibus decorem addit, ijs præcipuè que in ambustis relicte sunt, aurium, dentium, sedis doloribus eiusq; reliquis affectibus conuenit. Pilos auget, impetiginem, serpiginem, & alia cutis vitia eluit, lentigines & scædas oris maculas detergendi ac resoluendi vi delet, rhagadibus vtile, fissuras manuum, pedum, et ani sanat. Dolores vlcerum, articulorum, omniumq; locorum nervosorum sedat, ad aurium quoq; dolores ac vlcera facit. Ambustis vtile, & in membranis cerebri partes contusas à sanis mirum in modum separat.

**OLEVM PAPAVER-
RINVM.**

R Capitem Papaueris, Foliorum Papaueris, Florum eiusdem. ana. partes æquales.

Olei quantum sufficit.

Mm 2

Info-

Incolato in vase vitreo per octiduum, deinde cola, & noua rursus immitte: idem tertium facito. Postremo colatum repone.

Intemperiem calidam sanat, febrium ardores ac insomniam mitigat, fronti, auribus, naribus, & temporibus illitum somnum frigore & humiditate conciliat, nec non febrium squalorem presentem per uilegijs causam tollit, impinguat, & asperam arteriam lenit. Renum doloribus ex intemperie calida medetur.

Alioquin ex semine Papaueris Oleum exprimitur ad leuandam insomniam, & febrium ardorem mitigandum. Dioscoridi exprimitur Oleum ex semine albo Hyoscyami recente, sicco, calida aqua asperso, incolato tritoque, quod ad aurium dolores efficax, & in pessis ad emolliendum utile existit. Sed potum cerebri motus facit, ac neruis inutile est.

OLEVM NVCLEORVM PERSICORVM.

R V M.

Obstrueta aperit, aurium & sedis ab hamorrhoidibus dolores ac tumores sanat, lumbricos enecat. In renum affectibus iniectum & epotum ualere asserit Manardus.

OLEVM PETRELEON.

Non est nisi Naphta Babyloniorum. Calefacit, siccatur; essentia tenuitate in altum penetrat, discutit, ac proinde materiam omnem excrementosam absorbit. Epilepsie, resolutioni, Vertigini, obliuioni, lienis, renum, vesicae, Uteri, nervorum articularumque omnium, aliarum item partium nervosarum doloribus frigidis auxiliatur. Optimum est subalbi-

dum, Rufum minus bonum, Nigrum deterrimum. Dicitur Arabibus Oleum Philosophorum Naturale.

OLEVM PHILOSOPHORVM, SIVE DE LATERIBVS, MESVÆ.

R Laterem aut tegulam rufam antiquissimam, ex rufo luto ductam, eam confrige in frusta mediocria, & in prunis vitro donec tota excanduerit. Deinde è prunis exēpta fragmenta restinguito Oleo claro veteri, ac dimittito quousque se Oleo impleuerint. Postea Oleo exempta in tenuissimum puluerem contundito, atque in retortam aut cucurbitam vitream indito, & secundum artem luto chymico iuncturas vitrorū claudito, ac subtus accensis prunis Oleum elicito, & prolectum reponito.

Essentia tenuitate in altū penetrat, digerit, materiam omnem excrementosam consumit. Aurium trinitui à flatu crasso, ijsque verminantibus medetur. Paralysi, Spasmo Cynico, Ischiadi, Gonagrae, Podagrae, ceterisque articularum affectibus prodest, potum aut inunctum. Splenis tumores soluit, Comitiales naribus inunctum subito excitat, cerebrum calefacit, memoriam firmat, dentium dolorem sedat: iniectum utero Menses pro-uocat, fœtum viuum aut mortuum educit, ora venarum aperit, & sanguinem concretum dissoluit, pulmones purgat ab

hu-

humoribus crassis & viscidis, oculorum suffusiones delet, vermes interficit. Venenis insuper frigidis potentèr resistit, scorpionis morsum & noxas ab Opio aut Hyoscyamo propellit, calculum vesicæ pellet, & mirificè commendatur ruptis è doloribus partus.

OLEVM DE PIPE-
RIBVS, MESVÆ.

℞ Piperis longi,

Albi,

Nigri. ana. drachmas tres.

Myrobal. Chebulorum,
Emblicorum,
Indorū. ana. drachmas quinque;

Radicum Apij,
Fœniculi. ana. drachmas tres semis.

Sagapeni,
Opopanacis,
Ammoniacy. ana. drachmas duas semis.

Turbith drachmas duas.

Zingiberis drachmas tres.

Surculorum Hyssopi,

Rutę viridis. ana. manipulum vnum.

Coquantur secundum artem in quantitate aquæ sufficienti ad tertias. Colaturæ adde

Olei de Cherua libras duas.

Recoque ad consumptionem aquæ.

Cerebri & neruorum frigiditas noxas propellit, quia calefacit, tenu-

at, terget, discutit, foras educit, obstructa potentèr liberat, calculumq; eo nomine dissipat. Ad Paralyfin, Spasmm, tremorem, Epilepsiam, uteri, coli, renum ac vesicæ affectus frigidos utilissimè adhibetur. Coxariis, nec non articularum doloribus medicatur. Menses euocat, & ventriculum imbecillum non temere firmat.

Coudenbergius addit Thymi viridis manipulum vnum ad Herbarum decoctionem.

OLEVM EXPISTA-
CHIISETPINEIS.

Hepatis & renum dolores potentèr lenit, impinguat, semen auget. Ventrículo non ingratum, tussim & thoracis dolorem compescit, ac intemperiem emendat.

OLEVM POPVLI-
NVM, NICOLAI ALE-
XANDRINI.

℞ Olei communis libras septem vncias duas.

Vini libras quatuor.

Gemmarum Populi arboris recentium Veris initio collectarum libras tres.

Gemmæ Populi diutissimè terantur & macerentur in Vino ac Oleo diebus septem; post coquantur in duplici vase vsque ad consumptionem Vini. Deinde exprimatur Oleum, & reponatur.

Emollit,

E Mollit, tenuium est partium & calidū, Arthriticis ac Podagricis vtile.

**OLEVM RANA-
R. V. M.**

R Efrigerat, ob id Podagram & alias Arthritidis species calidas mitigat, ac incendium febrium ardentium compescit; fronti & temporibus illitum somnum conciliat. Preparandi modus est apud Mesuen.

**OLEVM RESOLV-
TIVVM.**

R Rad. Cucumeris Asinini,
Bryonic,

Altheæ ana. libras tres.

Olei communis libras decē.

Insolentur simul integro mense, coquantur post & exprimantur.

R Esoluit, digerit, mollit, alta penetrat, ac frigidos & contumaces dolores mitigat.

**OLEVM RICI-
NINVM.**

G Aleno & Plinio Cicinum, Arabibus de Cherua dicitur. Prodest psoris, capitis vlceribus manantibus, præclusis ac inuersis muliebribus locis, nec nõ sedis inflammationibus. Cicatricibus sædis decorem addit, aurium doloribus efficax, potu aluum Hydropicorum ciet & ventris animalia pellit, insuper articulorum morbis & ambustis conducit.

**OLEVM ROSATVM
VVLGARE.**

R Olei cõmunis libras quatuor. Rosarum rubrarū nondū penitus apertarū vncias sedecim.

Macera & infola per dies octo. Rosas exemptas benè exprimè, atq; alias impone; atq; ita fac tertio cola, & serua. Nonnulli in tertia infusione Rosas relinquunt.

V Im habet repellentem, mitigatoriam concoquentē, et discussoriā. Inflammationes extinguit, roborat, cogit, densat. Rheumatismos sistit, & materierum per corpus fluxū cohibet, Dysenterias potu insignitè iuuat, aluum soluit, ventriculum aestuantem restinguit, ad vteri inflammationem pollet, capitis & meningum cerebri vulneribus confert, idem calefactum iuuat & exiccatum, aut mora in sole, aut à febris, aut alia causa: humectat enim, mitigat, ac somnū inducit. In dolore dentium inter initia vtilitè colluitur, vlceribus in capite manantibus, & feruidis eruptionibus illinitur. Lumbricos & ascarides potum deturbat, Podagricis doloribus ac inflammationibus, & hæmorrhoidibus commode illinitur. Quod Completum dicitur, roborat, resoluit, lenit, & dolorum iniurias sedat.

**OLEVM ROSATVM
OMPHACINVM**

R Olei Omphacini, id est, Oliuarum immaturarum libram vnam.

Rosarum rubearum nondum penitus apertarum, sed purgatarum vncias quatuor.

Tritis Rosis ac Oleo impositis, fac vt dictum est, ter Rosas permutando.

O L E

OLEVM ROSATVM
COMPOSITVM, MES-
VÆ.

℞ Olei ex Olivis maturis aqua fontana multoties loti quantum voles. Deindè infunde folia Rosarum rubearū apertarum & purgatarum quantum satis est in vitreum vas. Obturetur vas, ac per dies septem insola, & coque tribus horis in vase duplici. Expressis folijs & abiectis recentia immitte: insola iterum, coque in Balneo Mariæ, & exprime vt prius. Tertiò recentia immitte Rosarum folia, quibus adde aquæ infusionis Rosarū (eo modo confectæ vt in Syrupo Rosato dictum est) partem quartam, misce, insola dies quadraginta in vase vitreato obturato; post excola, exprime & addito Rosarum succo iterum diu insola.

Alij partem infusionis sumunt, & succi Rosarum partem alteram, ac eo quo supra dictum est modo conficiunt.

OLEVM RVTÆ.

℞ Rutæ recentis incisæ & contusæ quantum libuerit. Pone in vase vitreo, & affunde Olei veteris clarissimi sufficientem mensuram, & macera ad solem, aut in loco aliquo calido diebus quindecim. Deindè in duplici vase coquito, & abje-

cta Ruta recentem iniicito; atq; iterum quindecim diebus macerato. Postea simili modo coquito & exprimito, ac tertiò recentem Rutam iniice, macera, coque & cola.

Calefacit, tenuat, & digerit, illitum & clysteribus injectum Colicum dolorem sedat, vitreum phlegma eiciens, laterum, renum, vesicæ ac uteri dolores à causa frigida juvat, nervorum & spinæ resolutionem inunctum componit. Convulsionibus medetur, & flatus dissipat.

OLEVM SAM-
BVCINVM.

Oleum Sambucinum fit ex floribus Sambuci & Oleo veteri clarissimo, quemadmodum Oleum Rutaceum.

Lenit, abstergit, cutim expurgat, Ictero & hepatis obstructo confert, articolorum & nervorum doloribus utile, eos namq; roborat. Epotum aut injectum aluum irritat, serosaq; excrementa per inferna educit. Fit quoq; ex medio Sambuci cortice similiter macerato Oleum, quod ad ambusta Italis vsus est.

OLEVM SAMPVS-
CHINVM, IDEST,
MAIORANÆ.

℞ Foliorum Sampsuchi manipulos quatuor.

Serpilli manipulos duos.

Foliorum Myrti manipulum vnum.

Abrotani,

Sisym-

Sisymbrij, seu Menthæ aquatica. ana. manipulum semis.

Cassia lignæ veræ vncias duas.

Olei Omphacini quantum sufficit.

Concidito & contūdito omnia, ac impone in vitrum, & infunde Oleum ut supra Species emineat: tum obstructo vasis orificio macera ad solem diebus octo. Postea exprime, & expressum Oleum infunde recentibus Speciebus, & hoc etiam tertio facito.

Σ *Αμψυχρον* Acopum est, & lassitudinibus utile, frigidis cerebri & nervorum vitis prodest, spina in balneo inunctum Paralytim tuuat, & Spasimū Cynicum naribus immissum, aut ore detentum, ac sternutamentum leuiter ciet. In Opisthotonicorum & Vulforum Cataplasmata additur. Auribus missum, tinnitum à flatu dissipat. Ad uteri preclusiones & cōuersiones efficac, Menses, Secundas, ac partus extrahit, uteri stragulatū recreat, & Scorpionum moribus medetur.

OLEVM SCORPIONVM SIMPLEX,
MESVÆ.

℞ Scorpionū numero triginta.
Olei Amygdalarum amararum libras duas.

Macerentur in vase vitreo stricti orificij per dies triginta caniculares, vel aliās totā æstate calidif-

simis diebus, postea colatum ad ad vsus reponere.

Vesica ac renum calculum dissipat, lumbis, pubi, perineo in Solij egressu illitum, & in porum vrinarium immissum. Venenis præcipue à Scorpio icētis, ac Pestilentia adeò resistit, ut eius solo vsu quendam cum famulatio à Pestilentia contagione seruatū scribat Manardus, & ex solā inunctione aliquos esse liberatos, qui seuissima venena biberant. Compositum ad prædicta multo validius ac efficacius existit.

OLEVM SCORPIONVM COMPOSITVM,
EIVSDEM.

℞ Aristolochiæ rotundæ veræ.
Gentianæ,
Cyperī,
Cort. radicum Capparorum.
ana. vnciam vnam.

Olei Amygdalarum amararum libram vnam semis.
Macerentur in Oleo contusæ Radices ad solem feruidum, deinde coquantur aliquantulum in duplici vase injectis ad vltimum Scorpionibus numero viginti: postea iterum serenis diebus triginta ad solem macerentur. Postremò excolatum Oleum reponatur.

OLEVM SCORPIONVM MAGNVM,
MATTHIOLI.

℞ Olei Oliuarum vetustissimi libras tres.

Fol.

Fol. Hyperici virentis ac modicè conuassati manipulos tres.

Insolentur simul in vase vitreo probè obturato recondita per dies decē vel duodecim, dehinc in calente Balneo Mariæ macerentur horis viginti quatuor, tum verò colentur & exprimantur.

H O C F A C T O.

℞ Hyperici,
Chamædryos,
Calaminthæ,
Cardui Benedicti. ana. manipulum vnum.

Herbæ prius contusæ Oleo admisceantur macerenturq; in Balneo per triduum, postea colentur & exprimantur.

P O S T H Æ C.

℞ Florum Hyperici à caulibus repurgatorum, ac modicè contusorum manipulos tres Submergantur in eodem Oleo, ac per triduum itidem in Balneo macerentur, colentur & exprimantur eandem infusionem reassumptis semper recētibus floribus ter vel quater reiterando, donec Oleum sanguineū colorem acquirat.

H I S P E R A C T I S.

℞ Granorum viridium Hyperici quod defloruit, in cacumine plantæ natorum in quibus semen continetur manipulos tres.

Contundantur & vino albo meraco perfusa in prædictum Oleum immissa per octiduum insolentur, postea verò tridui spatio in Balneo macerentur, colentur & exprimantur, laborem hunc notis semper reassumptis seminibus ter vel quater sic repetendo, vt Oleum obscuri sanguinis colorem referat. Tunc verò

℞ Scordij recentis,
Calaminthæ,
Centaurij minoris,
Cardui Benedicti,
Verbenacæ,
Dictamni Crerici. ana. manipulum semis.

Tusa ac in Oleo priore demersa per biduum in Balneo macerentur, colentur & exprimantur vt supra.

P O S T E A.

℞ Zedoariæ,
Rad. Dictamni albi,
Gentianæ,
Tormentillæ,
Aristolochiæ rotundæ. ana. drachmas tres.
Scordij manipulum vnum.

Hæc omnia tusa vt prius in Balneo affuso priore Oleo per triduum rursus macerentur, colentur & exprimantur.

Expresso & colato huic infunde denuò,

Styracis Calamitæ,
Laseris, seu Benzoini. ana. drachmas sex.

N n

Bacca-

Baccarum Iuniperi vnciam
semis.

Melanthij drachmas duas.

Castiæ lignæ, vel Cinamomi
odoratissimi drach. nouem.

Iunci odorati seu Schoenan-
thus,

Cyperi rotundi. ana. drach-
mam vnam semis.

Santalialbi vnciam semis.

Contusa in Oleum immittan-
tur, rursusq; vt antea per tridu-
um in eodẽ rorido Balneo ma-
cerentur, tum colatum ac ex-
pressum Oleum calens superin-
fundatur trecentis Scorpionibus
vuis diebus canicularibus
lectis, qui prius vitreo vase con-
clusi, ac calidis cineribus super-
impositi in iram exarserint &
sudare inceperint. Hi vnã cū hoc
Oleo tridui spatio in Balneo ma-
cerati exprimantur, Oleūq; ab-
iectis Scorpionibus percoletur.

In hoc rursus infunde.

Rhabarbari selectissimi,

Myrrhæ, (tres.

Aloës hepaticæ. ana. drachm.

Spicæ Indicæ drachmas duas.

Croci drachmam vnam.

Theriacæ,

Mithridatij. ana. vnciã semis.

Tundenda contundantur, ac cū
cæteris Oleo prædicto immer-
gantur, macerenturq; sic simul
omnia in Balneo calente per tri-
dium, postea absq; colaturã re-
ponantur in vsum.

VIperarum, Aspidum, ac venenato-
rum animalium moribus auxilio
est. Pulsibus ac extimæ cordis partì ad si-
nistram mamillam inunctum repetitã
per ternas horas illinitione omnibus ve-
nenis per os sumptis, si modò ea eroden-
tia non fuerint, efficacissimè succurrit,
quin etiam pestiferis morbis sic adhibi-
tũ medicatur, nec non ab ijsdẽ preseruat.

O L E U M S E S A - M I N V M.

Olim ex Alexandria Ægypti Ve-
netias, & inde ad nos comporta-
batur syncerum, adulteratur tamen O-
leo Nucum & Papauaris. Hodie apud
nos paratur ex Sesamo, clarum est et can-
didum, gustu in cibis ac dulcedine deli-
catissimum. Vires habet impinguandi,
semen genitale augendi, asperitates &
durities leniendi, siquidem asperam arte-
riam emollit, ac clariorem vocem reddit.
Aurium dolores sanat, & Ulceribus que
serpunt ac mali moris sunt (Cacoëthe vo-
cant) medetur. Pectori & pulmonibus
confert. Pleuritidi accommodatum. Pu-
erorum tussim sedat, cum Saccharo Can-
di paulatim deglutitum.

O L E U M S P I C Æ.

Oleum Spicæ fit per destillatio-
nem ex maiori Lauendula, quæ
Spica vocatur.

Calidum est & siccum, ac tenuium
plantæ partium, unde Podagra fri-
gidæ auxiliatur. Odore vires reficit, ac
pediculos & cimices illitu profugat.

O L E -

OLEVM STOMA-
CHALE CRATONIS,

LIB. 2. CONS. 113.

℞ Olei Absinthij libram vnam.
Summitatum Absinthij ma-
nipulum vnum.
Caryophyllorum,
Santaliciitrini.ana.drachmas
duas,
Rosarum rubearum,
Macis.ana.drachmam semis.
Mastiches.drach. duas semis.
Vini odorati libram semis.
Coquantur secundum artem, &
ponantur in sole.

Hoc Oleum Crato mirifice predicat
in ventriculi doloribus & infirmi-
tatibus, maxime vero frigidis, quod cum
Medicis nostris crebro vsu seruiat, me-
rito huic Pharmacopoeiae nostrae inferen-
dum esse censuimus.

OLEVM EX STY-
RACE.

℞ Styraçis vncias tres.
Olei communis libram vnā.
Vini quantum sufficit.
Coquantur in duplici vase ad
Vini consumptionem.

Calefacit vehementer & emollit,
ob id confert dolentibus à frigore re-
nibus, vesica, utero, musculis, iuncturis,
tendinibus, eorumque durities insigniter
emollit. Ad nervorum iniurias & vul-
nera soti commodum, ob id Chirurgis ex-
petitum, ac ad scabiem efficac, ut scribit
Manardus, additā Hellebori albi octauā
portionem.

OLEVM EX TAR-
TARO.

℞ Tartari libras quatuor.
Pone in ollam, & vre in for-
nace cum lateribus aut tegulis,
aut fictilibus, vel per se, donec
omnino excandescat Tarta-
rum. Postea impone in faccu-
lum ex laneo panno factum,
ac suspende in cellario, tum
distillabit ex eo clarus quidā
liquor, quem repone.

Valeat ad faciem tergendam & cu-
tim erugandam, scabiem ac impe-
tigines sanat. Eo vtuntur quidam ad vl-
cera capitis manantia, ut Oleo de Nitro,
quod in Officinis quibusdam parari con-
suevit. Chymici quintam essentiam Tar-
tari aduersus abscessus internos ac mor-
bum regium commendant. Vide varias
eius compositiones apud Fæsiū & Eu-
onymum.

OLEVM TERE-
BINTHINÆ.

℞ Resinæ Terebinthinæ aut La-
ricinæ libras quatuor.
Pone in capacem retortam siue
cucurbitam vitream, & per ar-
tem destillatoriam elice eius o-
leum, ita vt cucurbita aut retor-
ta arenæ imponatur. Primò au-
tem cum aqua exhibit oleum te-
nue ac clarum, secundò aurei
coloris, vltimò fuscum & cras-
sum, horum vnumquodque per
se auferto ac reponito.

Frequentè vsurpatur ad nervorum
affectus frigidos ceterasque omnes
N n 2

noxx

noxas internas ex frigido contractas. Anhelatores, Asthmaticos, & puris in thorace collectiones mirifice inuat, Colicis cruciatibus utile, flatu enim internos potentèr dissipat, cicatricibus gratiam addit, earumq; maculas exterit. Calculū educit, & arenas promouet, Dysuriae ac renum offensis valde accommodatum.

**OLEUM EFLO-
RIBVS VERBASI.**

Fit insolatis in vase vitreo, vt etiam è floribus Roris marini.

AD Podagricos & alios dolores praesertim calidos laudatissimum. Comendatur etiam in Hemorrhoidibus. Vide Euonymum fol. 496.

**OLEUM VIOLAE
CEVM.**

Oleum Violaceum seu Violarum fit ex floribus Violarum ac Oleo Oliuarum, quemadmodum & Rosaceum.

FRigidum ac humidum est tenuium partium, leniens & modicè aperiens, ad furentes inflammationes idoneum. Intemperiem calidam extinguit, pblegmonas omnes sedat, arteriae asperitate pulmonis & thoracis lenit inuncto thorace, vnde & Tabidis & Hecticis praesenti est remedium. Phreneticis ac Vigilibus fronti et temporibus impositum somnum conciliat, hepatis ac praecordis adhibitum febrium ardentium aestus intolerabiles mitigat, renum & iocoris immoderatum calorem restinguit.

**OLEUM VVLPINI
NVM, MESVÆ.**

R* Vulpem integram exemptis interaneis,

Aquæ fontanæ,

Aquæ marinæ ana. libram vnam semis, aut q. f.

Olei veteris clari libras quatuor.

Salis vncias tres.

Coquantur, & inter coquendum adijce

Anethi,

Thymi ana. libram vnam.

Coquantur donec ab ossibus recedat caro & aqua consumatur, deinde coletur Oleum ac reponatur.

Potentissima in digerendo & discutendo facultatis est, quo nomine ad nervosi generis iniurias frigidas & articularios affectus precipue valet.

Vulpes bene habita & vegeta, non strigosa, qualis per Vindemiant vuis nutrita & impinguata capitur, ætatis mediæ, non iuencula, aut recens nata esto, quam exenteratam seminam Oleo incoquant.

**OLEA DESTIL-
LATA.**

Oleum Ammoniæ,

Anisi.

Arsenici.

Benzoini.

Caryophyllorum.

Carui.

Chamomillæ.

Ceræ.

Cinamomi.

Cort. Arantiorum.

Cort.

Cort. Citri.
 Cymini.
 Gummi Elemi.
 Fœniculi.
 Galbani.
 Guaiaci.
 Lauandulæ.
 Laudani.
 Macis.
 Majoranæ.
 Mastiches.
 Mellis.
 Nitri.
 Nucis Moschatae.

Rorismarini,
 Rosarum,
 Rutæ.
 Salis.
 Saluie.
 Saponis.
 Saturni.
 Spicæ.
 Succini.
 Stibij.
 Styracis.
 Sulphuris.
 Vitrioli.
 Zopissæ, &c.

MEDICAMENTORVM OFFICINIS PHARMACEVTICIS REIP. AVGVSTANÆ VSI-TATORVM.

CLASSIS DECIMA SEPTIMA.
 VNGVENTORVM STRVCTVRAM AC SERIEM DEPINGENS.

VNGVENTVM AGRIP-
 PÆ, EX NICOLAO.
 R Radicum Bryonię libras duas.
 Rad. Cucumeris asinini librã
 vnam.
 Scillæ libram semis.
 Ireos vncias tres.
 Rad. Filicis,
 Ebuli,

Tribulorum aquaticorum.
 ana. vncias duas.
 Cere albe vncias quindecim.
 Olei albissimi libras quatuor.
 Radices omnes istæ recentes lotæ, incisæ & contusę macerentur in Oleo per dies octo. Deindè coquantur, postea exprimantur, & in colato Oleo & expresso resolu-

N n 3

solua-

soluatur Cera, ac fiat Vnguentum secundum artem.

Ad Regem Agrippam autorem compositionem referunt. Ad aquæ suffusiones, partium tumores laxos seu œdemata, & neruorum contractiones valet. Nephriticis succurrit, ac ventri illitum aluum mouet, & stranguriam sedat. Ad Lienosos quoq; & ventrem dolentes vtile existit.

VNGVENTVM DE
ALABASTRO.

℞ Succi Chamomillæ vncias
quatuor.

Succi Rosarum recentium
vncias duas.

Succi Rutæ recentis,
Betonicæ ana. vnciam
vnam semis.

Succi rad. Altheæ vncias duas.
Olei Rosati Omphacini librâ
vnam semis.

Alabastri puri & puluerisati
vncias tres.

Infundantur per noctem, & cū
Cera alba fiat Vnguentum.

Describitur hoc Vnguentum ab auctore Benedicto Faentino in Empiricis cap. 1. de dolore capitis. Confert autem omni capitis dolori siue is per essentiam, siue per consensum obortus fuerit, cum & citrà febrem, omniq; morbi tempore, solo excepto principio.

VNGVENTVM AL-
BVM, SIVE DE CE-
RVSSADICTVM
AVICENNÆ.

℞ Lithargyri albi loti drach-
mas quatuor.

Cerussæ aquâ Rosatâ lotæ
drachmas viginti.

Ceræ albæ drach. viginti octo.

Olei Rosati vncias octo.

Albuminum ouorum nume-
ro quatuor.

Ceræ liquatæ in Oleo Rosato lēto igne iniice Cerussam & Lithargyrum probè contrita: misce, ac postremò adde albumina ouorū

Comendatur ad ambusta, Erysipelata, scabiem, & cutis vitia à salsa pituita & bile vsta enata, ad pruriginem, ac pustularum eruptiones, acrem serpiginem, attrita, & intemperiem ulcerum calidam, præcipueq; valet vbi calor est, vstio, & excoxiatio.

VNGVENTVM ALBVM
CAMPHORATVM.

℞ Olei Rosati vncias decem, vel
libram vnam, vt habet Cordus.

Ceræ albæ vncias tres.

Cerussæ vncias duodecim.

Albuminum ouorū num. sex.

Camphoræ dissolutæ cū aqua
Rosarum drachmas duas.

Fiat Vnguentum secundum artem.

Ad prædicta valentius est propter Camphoram. Erysipelata reprimit, & ambustis medetur.

VNGVENTVM
ANODYNV M.

℞ Olei Liliorum alborum vncias
sex.

Anethini,

Chamæmelini ana. vncias
duas.

Olei

Olei Amygdalarum dulcium
vnciam vnam.
Pinguetinis Anatis,
Gallinae ana. vncias duas.
Cerae albae parum.

Dolores quacunq; corporis parte
mitigat, vnde nomen quoq; traxit.

VNGVENTVM
APOSTOLORVM,
AVICENNAE.

℞ Terebinthinae,
Resinae,
Cerae albae,
Ammoniaci ana. drachmas
quatuordecim.
Aristolochiae longae,
Thuris masculi,
Bdellij ana. drachmas sex.
Myrrhae,
Galbani ana. drach quatuor.
Opopanacis,
Æruginis ana. drachm. duas.
Lithargyri drachmas nouem
Olei communis, si æstas fue-
rit, libras duas, sin hyems,
libras tres.
Aceti quantum sufficit, ad Am-
moniacum, Galbanum, &
Opopanacem dissoluenda

Sic dictum quod ex duodecim constet
Simplicibus. Vsu frequens ad vul-
nera & ulcera difficilia, cuniculosos si-
mus & fistulas, sordidaq; ulcera emen-
dat, purgat, exiccat ac deterget, & exesa
putrilagine carnem restaurat, duram e-
mollit, & plagas sanat. Vnguentum

istud cum Venere antiquorum consentit,
quo vsi sunt attrahendo, molliendo, glu-
tinando, & contra ferarum morsus.

Modus parandi talis est. Bdellium si mol-
le est, Ammoniacum, Opopanacem cum
aceto macerabis nocte vna, postridie calefac, &
cola; iterum pende, & ponderi horum legitimo
Terebinthinam permisce. Lithargyrum autem
in Oleo nutries aliquandiu sine igne friatum.
Oleum æstate sit librarum duarum, hyeme tri-
um. Postea igni trade, vbi calet Ceram immitte,
hac liquata igni aufer. Lipuores paratos misce,
vbi refrixit reliquorum puluerem paulatim
adijce. Bdellium siccius (quale nobis adulteri-
num est) vt cætera terendum, & aspergendum.

VNGVENTVM ARE-
GON, NICOLAI.

℞ Rorismarini,
Maioranae,
Radicis Iari seu Ari,
Serpilli,
Rad. Cucumeris asinini,
Rutae ana. vncias quatuor se-
mis.
Foliorum Lauri,
Salviae,
Sabinæ,
Rad. Bryoniæ ana. vncias tres.
Pulicariæ maioris, id est, Co-
nizæ,
Minoris ana. vncias
quatuor.
Laureolæ, vel eius loco folio-
rum Coccognidij vncias
nouem (alij vncias quatu-
or semis.)
Foliorum Cucumeris asinini,
Calaminthæ seu Nepetæ ana.
vncias sex.
Mastiches,
Oliba-

Oliba-

Olibani.ana.drachmas septē.

Pyrethri,

Euphorbij,

Zingiberis,

Piperis.ana.vnciam vnam.

Olei Moschellini vnciā semis.

Olei communis libras quinque aut q.f.

Adipis Vrsini,

Olei Laurini.ana.vncias tres.

Petrolei clari vnciam vnam.

Butyri vncias quatuor, aut quantum satis est.

Herbæ & radices Maiō mense collectæ in Olei & Vini s. q. macerentur diebus septem, deindē coquantur & colentur.

Colato Oleo adijce reliqua, atq; in fine adde

Ceræ libram vnam, vncias tres.

Misce.

Vnguentum hoc ab effectu *ἰσχυρὸν* seu auxiliare dictum numeratur inter quatuor unguenta calida, ideoq; corporis vitis frigidis, conuulsioni, Paralyti, Tetano, & neruorum distensionī conducit. Spinae & renum dolores, ac colicos cruciatus sanat. Ad omnem stomachi & ventris dolorem, vterina quoq; mulierum mala, Quartanas, & morbum Comitialem facit. Articulares morbos iuuat, & rigores febrium spinae illius discutit. Eo frequenter ad scabiem ex lue Venereā vimur.

Moschellinum Oleum si deest, Rutaceo aut Laurino vtendum potius, quam Balani-

V N G V E N T V M

DE ARTANITA,

MAIVS, MESVÆ

℞ Succī Cyclaminis libras tres.

Cucumeris agrestis,

Butyri Vaccini.ana. libram vnam.

Olei Irini libras duas.

Pulpæ Colocynthidis vncias quatuor.

Polypodij vncias sex.

Euphorbij vnciam semis.

Contundenda terantur, & macerentur iu succis ac Oleis diebus octo in vase vitreo. Postea semel feruefac in duplici vase, cola, & colaturæ adde

Sagapeni drach septem semis

Myrrhæ drachmas tres.

Dissoluantur hæc in aceto, & coquantur in prædictâ colaturâ ad succorum consumptionem: deindē adde

Ceræ vncias quinque.

Fellis Taurini drachmas septem semis.

Feruefac simul donec Cera lique scat, tunc insperge paulatim puluerem subsequentiū Medicamentorum

Scammonij,

Aloës,

Colocynthidis,

Mezereonis,

Turbith.ana. drachmas septē semis.

Salis Gemmæ drachmas quatuor semis.

Eu-

Euphorbij,
Piperis longi,
Zingiberis,
Chamaemeli.ana.drachmas
tres.

Misce, fiat Vnguentum.

Illitum stomacho vomitū purgat; hy-
pogastrico autem inunctum, aluum de-
ijcit, ob id Hydropicos mirè iuuat, serosū
excrementum largè euacuando. Vermes
quoq; enecat & educit. Adhibetur ijs qui
purgans Medicamentum sumere neque-
unt.

VNGVENTVM
AVREVM, MESVÆ.

℞ Ceræ Citrinæ vncias sex.

Olei boni libras duas semis.

Terebinthinæ vncias duas.

Resinæ,

Colophonix.ana. vnciam v-
nam semis.

Thuris,

Mastiches.ana. vnciam vnam

Croci drachmam vnam.

Confice secundum artem.

Avreum à colore & pretio dicitur.
Quibusdam Regis Vnguentum.
vulnera tutò & salubriter glutinat, præ-
sertim in corporibus mollioribus.

Modus confectionis hic est, vt Oleum &
Cera omnium primò liquentur, deindè
addatur Terebinthina, tandem pulueres, ac po-
stremò Crocus.

VNGVENTVM DE
ALTHEA SIMPLEX,
NICOLAI.

℞ Radicum Altheæ libras duas

Sem. Lini,

Fœnugræci.ana. libram
vnam.

Olei libras quatuor.

Ceræ libram vnam.

Terebinthinæ vncias duas.

Resinæ vncias sex.

Radices & semina contusa ma-
cerentur tribus diebus in aquæ
libris octo aut quantum sufficit:
quarta die coquantur donec re-
mittant crassâ & viscosam mu-
cilaginem, eam deindè exprime.
Mox

℞ Expressæ Mucilaginis lib. duas
Coque cum Oleo, & cum dein-
de aquosum illud in mucilagine
consumptum fuerit, Ceram ad-
dito, & secundum artem parato.

Vsu celeberrimum ad emolliendum,
calesciendum & humectandum.
Pectoris dolorem è frigore contractum
aboler, laterumque doloribus felicissimè
adhibetur, per se, aut etiam cum Butyro
illitum. Viscerum durities laxat, Spleni-
cis & Hepaticis adhibetur, ac stomachi
inflationes discutit. Valet ad neruorum
incontinentiam ac duritiem, eosq; præci-
sos glutinat, vulnera claudit, resolutis
neruis & perfrictis partibus, imprimis
tamen vesica, ad ignem illitum benefa-
cit, Periodicasq; febres amolitur. Emol-
lit, lenit, concoquit, incidit & digerit.

VNGVENTVM DE
ALTHEA COMPOSITVM,
EIVSDEM.

℞ Radicum Altheæ libras duas.

Sem. Lini, (vnam.

Fœnugræci.ana. libram

Oo

Scil-

Scillæ recentis vncias sex.

Olei libras quatuor.

Ceræ libram vnam.

Terebinthinæ,

Gummi Hederæ,

Galbani ana. vncias duas.

Colophonæ,

Resinæ ana. vncias sex.

Radices & Lini semina contusa macerentur tribus diebus in sufficienti quantitate aquæ, deinde coquantur donec crassecat mucilago. Postea

℞ Mucilaginis expressæ libras duas.

Et adde reliqua, facq; secundum artem Vnguentum.

Nonnulli ex Pharmacopœis vt colorem Vnguenti magis intendant, illudq; oculis gratius efficiant, nonnihil de radicibus Curcumæ adijciunt. Id autem si Cera pulchra & Citrina fuerit, facere non opus est. Nec verò Curcuma Medicamenti intentionem assequitur.

V N G V E N T V M
Æ G Y P T I A C V M,
M E S V Æ.

℞ Æruginis drachmas quinque.

Mellis drach. quatuordecim.

Aceti fortis drachm. septem.

Coquantur omnia simul, donec fiat Vnguentum spissum, & colore purpureum.

*V*alentissimum ad saniem siccandam, sordes detergendas, & carnem absumendam. Ulceribus malignis, putrilaginosi & cuniculosi conuenit.

V N G V E N T V M D E
B D E L L I O, M E S V Æ.

℞ Bdellij drachmas sex.

Euphorbij,

Sagapeni ana. drach. quatuor

Castorei drachmas tres.

Ceræ drachmas quindecim.

Olei Leucoij drachmas decē.

Bdellium & Sagapenum dissoluantur in aqua Rutæ cetera cum aqua calida vniantur, & fiat Vnguentum.

*C*ommendatur ad Paralysem & Spasnum iam confirmatum. Valenter namq; digerit ac mollit, vt neruorum & articularum topus dissipet; eorundem etiam frigidus affectus iuuat, ac membrorum resolutionem sanat. Ad Epilepsiam quoq; plurimum facit.

V N G V E N T V M
E C A L C E.

Calcem viam singulis diebus semel lauabis, & in fundo residere permittes, atq; aquam spōgia exprimes decem diebus continuis. Deinde aqua Rosacea lauabis, & sicari fines.

℞ Huius Calcis ita præparatæ vncias tres.

Olei Rosati libram vnam.

Ceræ albæ vncias tres.

Ceram in Oleo liquato; huic ab igne exemptæ & iam concrescere incipienti Calcem leuissimè tritam admisceto, & reponito.

*A*liud ἐπιπόρευον. Calci viam superinfunde aquam puram, cui mox detracta adde tantundem Olei communis & agita simul, donec fiat Vnguentum. Ambusta felicissimè inter initia percurret.

Alia

Aliud ad ambusta ex Corticibus mediis Sambuci refert Fœsius Sect. XI.

VNGVENTVM Cİ-
TRINVM, SEV BA-
SILICON, NICO-
LAL

℞ Boracis drachmas duas.
Camphoræ drachmam vnā.
Corallij albi drachmas qua-
ruor.

Amēti dulcis, id est, Gypsi ca-
pillatas venas habentis vñ-
ciam vnā.

Vmbilici marini,

Tragacanthæ albissimæ,

Amyli,

Crytalli,

Antali,

Dentali,

Thuris albissimi,

Nitri. ana. drachmas tres.

Marmoris albi aut Alabastri
drachmas duas.

Gerſæ serpentariæ, id est, Ser-
pentariæ veræ preparatæ
vnciam vnā.

Cerussæ vncias sex.

Axungie porcinae recentis nō
salitæ, sed mundæ libram
vnā semis.

Seui caprini præparati vñ-
ciam vnā semis.

Adipis gallinacei præparati
vnciam vnā.

Confice sic:

Axungiam porcinaam atq; adipē
gallinaceum liqua simul, & im-
pone tepidis adhuc corticum

Citrij mali satis magnam quan-
tatem, & macerentur per men-
sem vnum. Deindē eximito cor-
tices, & seuum caprinum addi-
to: postea addantur reliqua te-
nuissimè trita. Vltimò verò in-
sperge Camphoram & Boracem
seorsim subtilissimè trita.

Citrium Officinae vocant, cum po-
tius Citrium dicendum sit à Pomis
Citri, vel eorundem succo. Aspera leuigat,
facies maculas & lentigines exterit, E-
phelides ac ex insolatu vstiones factas,
et cicatrices emendat, ruborem oculorum
aufert, nec non pustulas in cute à salsa pi-
tuita apparentes sanat.

Priora exemplaria legebant Boracis vnciam
vnā, præstiterit tamen ad Græci exempla-
ris normam sumere drachmas duas, Gerſæ autē
seu Cerussæ serpentariæ, quam Nicolaus *Idem*
seu Fucum vocat, pondus ad vnciam exten-
dere, cum cosmeticum sit Medicamentum cu-
tim emaculans, cui intentioni Gerſa præcipuè
seruit. Eius quoque vnciam apponunt Norim-
bergenſes & Renodæus. Aliqui præter Citri
cortices succum quoq; Citri adijciunt, & sic ef-
ficacius Medicamentum efficiunt.

VNGVENTVM
CLYSMATICVM.

℞ Herb. Maluæ,
Bismaluæ,
Brançæ Vrsinæ,
Parietariæ,
Mercurialis. ana. mani-
pulos quatuor.

Radicum Altheæ,
Liliorum alborum
ana. vncias quatuor.

Florum Chamomillæ,
Meliloti. ana. mani-
pulos tres.

O O 2

Buty-

Butyri recentis libras quinq;. Pistentur simul, & sic stent per mensem: postea coquantur & exprimantur.

A dhibetur in Enemata, vel per se Aliquantum inijcitur. Emollit enim, lenit, digerit, dolores leuat, ventrem blandè subducit, duras faeces emollit, ac intestina reddit lubrica.

ALIISIC PARARE

SOLENT.

¶ Parietaria,
Malua,
Mercurialis,
Beta ana manipulos tres.
Foliorum Althæ,
Violariæ,
Florum Chamomillæ,

Melitoti omnium recentium. ana.
manipulum vnum semis.

Coque in sufficienti quantitate, seu libra vna semis Butyri recentis non saliti, donec vireseat, addendo colaturæ

Olei Amygdalarum dulcium vncias octo.

Misce, fiat Vnguentum.

VNGVENTVM COMITISSÆ, GVILIELMI DE VARIGNANA.

¶ Cort. med. Glandium,
Castanearum,
Quercus arboris,
Baccarum Myrti,
Caudæ equinæ, seu Equiseti,
Gallarum,
Corticum Fabarum,
Acinorum Vuarum,
Calycum Glandium,
Sorborum immaturorum
siccorum,
Mespilorum acerborum sic-
catorum,
Foliorum Capparis,

Prunioli syluestris,
Rad. Tormentillæ aut Bistor-
tæ. ana. vnciam vnā semis.
Contundantur aliquantulum,
& coquantur in aquæ Plantagi-
nis libris octo, aut quantum suf-
ficit, donec media pars consum-
pta fuerit. Deinde in colatura la-
uentur sequentia nouem vici-
bus, semper recentem aquam
decoctionis affundendo quoti-
escunq; laueris.

¶ Cere nouæ vncias octo semis,
Olei Myrtilorum,
Mastichini. ana. libram
vnam semis.

Postea insperge sequentium re-
rum tenuissimum puluerem.

¶ Cort. median. Castanearum,
Glandium,
Quercus arbo-
ris. ana. vnciam vnā.

Gallarum,
Succi Hypocistidis,
Cineris ossium cruris bubuli,
Baccarum Myrti,
Acinorum Vuarum,
Sorborum siccorum. ana.
vnciam semis.

Trochiscorum de Charabe
vncias duas.

Misce, fiat Vnguentum bonæ
consistentiæ.

Vnguentum hoc à Comitissâ Van-
drensiuomè sortitum ad menstrua
supprimenda, & abortum prohibendum
concinatum à Varignana lib. 16. de
morbis cur. cap. 4. Fœminæ fluxus abun-
dan-

dantiam compefcit, locos muliebres fir-
mat, vterum roborat, ac renes laxatos
stringit, fi eo inungantur. Hemorrhoi-
dum superfluum profluuium fiflit.

Modus compositionis talis efto, vt Ceræ
vnciæ octo cum Olei Myrtini libris dua-
bus femis diffoluantur, & lauentur nouies ex
aqua Plantaginis, femper aliquid de eo quod eft
colatum, affundendo. Pofttea pulueres tenuiffi-
mè triti Ceræ & Oleo cum decocto lotis permi-
fcentur, & addito Oleo Maflichino non loto
q. f. fiat Vnguentum: quo renes & pecten inun-
gi debent ad firmandum vterum, ac Menfium
abundantiam cohibendam.

**VNGVENTVM DE
CYNOGLOSSA.**

Radicum Cynogloffæ rubea-
rum libram femis.
Butyri recentis libram vnam
femis.
Vini rubri vncias quatuor.
Coquantur ad Vini confumpti-
onem & colentur.

Vale: ad contufa & fugillata, fan-
guinem concretum tam intus af-
fumptum, quam forinfecus illitum diffoluit.
Pleuritidi auxiliatur, dolores à caufa ca-
lida etiam Podagricos mitigat, & Ano-
dynamum eft præftantiffimum, variis vfi-
bus accommodatum.

**VNGVENTVM
FVSCVM, NICO-
LAI.**

ROlei libram vnam femis.
Ceræ nouæ vncias quatuor.
Picis Græcæ,
Nigræ,
Sagapeni. ana. vncias duas.
Mafliches,

Galbani,
Thuris,
Terebinthinæ. ana. vnciam
vnam.
Fiat Vnguentum.

Dicitur & Nigrum. Vulnera repur-
gat, & inter Sarcotica Chirurgis
vfurpatum. Multa habet vnde emolliat
& concoquat, carnem creat, putridamq;
depafcit.

**VNGVENTVM
AD HEMORRHO-
IDAS.**

R Thuris vnciam femis.
Licij,
Myrrhæ,
Croc. ana. drachmas tres.
Opij drachmam vnam.
Decoquantur in lactis caprini
vnciis quatuor ad confumptio-
nem tertie partis; cui adde
Mucilaginis Pfyllij vnciam
femis.
Olei Rofacei vncias tres.
Vitellum oui vnum.
Mifce, fiat Vnguentum.

Aerbiffimos Hemorrhoidarū dolo-
res placat, earundemq; inflamma-
tiones retundit.

NOrimbergenfes aliud Vnguentum ad Hæ-
morrhoidas ex Amylo, Ceruffa, Lithargy-
ro, Plumbo vfto, Tragacanthâ, Opio, Campho-
râ, Albumine oui, Oleo Rofato & Violato com-
pofitum habent. Eius defcriptionem in Anti-
dotario Medico eorundem require fol. 235.

**VNGVENTVM IN
FRIGIDANS, GALENI**

ROlei Rofati Omphacini librâ
vnam.

O o 3 Ceræ

Ceræ albæ vncias tres.
Ceram in Oleo liquabis, & sæpius aqua frigida lauabis donec albescat: postremum aqua Rosacea ablues, & pauxillum aceti Rosati adijcies.

V *Bicumq; refrigeratione & humectatione opus est, eius usus esse poterit. Hefticis prodest, nec non renum dolori à causa calida prouenienti opem fert.*

VNGVENTVM
IOVIS.

℞ Fol. Hyoscyami,
Verbenæ,
Parietariæ,
Sambuci,
Geranij. ana. manipulos
quatuor.
Violarum,
Papaueris albi,
Cicutæ. ana. manip. sex.
Semperuiui manip. tres.
Liquiritiæ recentis libras
tres.

Omnia sumantur recentia, concidantur, & cum sufficienti quantitate Butyri recentis probe simul contusa impastentur, atque sic diebus quindecim simul unita maneant: postea coquantur & exprimantur.

Aliter & facilius sic paratur.

℞ Verbenæ recentis,
Hyoscyami recentis. ana. manipulos duos.
Butyri recentis vncias octo.

Contundantur simul, atque sic maneant per dies quatuordecim: deinde coquantur ad consumptionem humiditatis, & colentur.

I *nflammationes, ac calidos quosuis tumores potentè reprimunt, scroti præsertim incendiis salutare.*

VNGVENTVM DE
LIQVIRITIA.

℞ Butyri recentis in aqua Rosarum & Solani, aliquoties loti libram vnam.

Liquiritiæ recentis ac succulentæ vncias quatuor.

Pistentur simul in mortario, posteaq; frignantur in sartagine, eolenturq; & exprimantur, laborè hunc ter reassumpta semper noua Liquiritia iterando: tandem Butyro huic sic præparato adde, Pompholygis drachmas duas Cerussæ mundissimæ vncias tres.

Albumin. oui conuassati vnciam vnam semis,
Camphoræ scrupulos duos.
Fiat secundum artem Vnguentum.

I *nflammationes partium insolentes, Erysipelata, sacros ignes, ac pustulas ab ichoribus sanguinis calidis aut bile natas persanat, nec non manantibus vlceribus dolorificis à salsi feri acrimoniâ profectis eximie confert. Estq; id Ciubus ex suasu Raymundi Mindereri Med. Doctoris*

Etoris & Collegæ nostri quondam humanissimi plusquam familiare.

VNGVENTVM DE LITHARGYRO.

R Lithargyrij vncias duas.
Ceruffæ vnciam semis.
Aceti vnciam vnam.
Olei Rosati quantum satis est.
Fiat Vnguentum lento igne. Potest etiam fieri crudum in mortario plumbeo.

P Rodeſt ſcabiei & cutis vulneribus, pruritus ac deſquamata iuuat, & ſiccatur ſine morſu. Sarcoticum eſt & Epuloticum, difficiliaq; vlcera perſanat & cruenta glutinat. Lithargyrium namq; vino aut aceto tritum & ſiccatur vulneribus medetur, quæ ob humiditatem vix cicatrice clauduntur, quo ſi eloto vtaris roſonis omninò expers fiet Medicamentum.

VNGVENTVM MARTIATON, NICOLAL

R Foliorum Lauri,
Roris marini ana. vncias octo
Rutæ vncias ſeptem.
Tamarisſi foliorû vncias ſex.
Ebuli,
Saiuinæ,
Baſamitæ, ſeu Menthæ aquaticæ,
Saluæ,
Ocymi,
Polij veri,
Calaminthæ,

Artemiſiæ,
Enulæ,
Betonicæ,
Brançæ Vrfinæ,
Spargulæ, ſeu Gallij, vel Aparines,
Herbæ Venti, ſeu Parietariæ,
Pimpinellæ Sanguisorbæ, vel vulgaris,
Agrimonæ,
Abſinthij,
Herbæ Paralyſeos, ſeu Primulæ veris,
Herbæ S. Mariæ, id eſt, Perſicariæ, vel Menthæ Saraccnicæ,
Cimarum Sambuci,
Herbæ Cræſſulæ, id eſt, Telephij, ſeu Fabariæ, aut Semperuiui minoris,
Millefolij,
Semperuiui maioris,
Chamædryos,
Centaureæ,
Centumneruiæ, ſeu Plantaginis minoris,
Fragulæ, ſeu Fragariæ,
Tetrahit, vel Orobi, aut Syderitidis,
Quinquefolij ana. vncias quatuor.
Radicum Althææ,
Cumini,
Myrrhæ ana. vncias tres.
Fœnuſgræci vnciam vnam ſemis.
Butyri vnciam vnam, drachmas duas.
Sem. Vrticæ,
Viola-

Violarum,
 Papaueris albi,
 Mentastri, seu Menthæ agre-
 stis, Crispæ.
 Lapatoli, seu Acetosæ, vel po-
 tiùs Lapatij acuti,
 Adianti albi,
 Carduncelli, seu Cardui Bene-
 dicti,
 Matrifyluæ seu Caprifolij, aut
 Periclymeni,
 Maturellæ, seu Valerianæ,
 Herbæ Moschata, seu Gera-
 nij odorati,
 Allelujæ, seu Trifolij acetosi.
 Hemionitidis, seu Linguae
 Ceruinæ,
 Crispulæ, seu Buphtalmi, aut
 Corulæ non foetidæ.
 Camphorata, seu Abrotani,
 Medullæ Ceruinæ,
 Styracis Calamitæ. ana. vnci-
 am semis.
 Adipis Vrsini,
 Gallinacei,
 Mastiches,
 Thuris. ana. vnciam vnam.
 Olei Nardini vncias duas.
 Ceræ libras duas.

Herbæ omnes Majo mense col-
 ligantur, & incisæ macerentur in
 vino odorifero per dies septem:
 octauo deindè die coquantur
 ferè ad vini consumptionem: adde
 Olei communis quantū suf-
 ficat, aut libras octo.

Coquantur rursus donec con-
 sumatur Vinum, mox adde Ceræ

circiter libras duas, & reliqua se-
 cundum artem.

Butyrum, medulla, adipes, Sty-
 rax, Mastiche, Thus, Oleū Nar-
 dinum adduntur in fine deco-
 ctionis. Reliquæ herbæ infun-
 duntur Oleo & Vino, simulque
 decoquantur, aliàs ambustæ her-
 bæ nigrescerent, si in solo Vino
 decoquerentur.

V Sui est ad frigida corporis mala, ca-
 pitis refrigerationem, thoracis, sto-
 machi, iecoris, lienis, aliosq; dolores à fri-
 gore natos. Conuulsioni utile est, neruo-
 rum resolutiones & Coxarios iuuat, tu-
 mores ac durities emollit. Lieni indurato
 præcipuè confert, ad Lienosos enim &
 hydropicos expertam habet commenda-
 tionem, luorem cutis emendat, neruorū
 & articularum tumores frigidos discutit,
 earumq; dolores sedat. Herbæ recentes
 incise Vino odorifero diebus septem in-
 fundantur, octauo die addito Oleo com-
 muni omnia simul decoquantur ad vini
 consumptionem (si solo vino decoque-
 rentur, Herbæ tum comburerentur &
 nigrescerent.) Amotum ab igne colatur,
 atq; rursus in lebetem Oleum inijcitur,
 cui (postq; lento igne parūm concalescētū
 fuerit) inijce Butyrum, medullas, adipes,
 Styracem, Mastichen, Thus, & Oleum
 Nardinum, postremoq; omnium Ceram,
 ac omnibus lento igne dissolutis aufer
 tandem ab igne, & in vase reconde. Vi-
 de annotationes P. Coudenberg. in Un-
 guentum Martiatum paruum Nicolai
 Alexandrin.

VNGVENTVM
MERCVRIALE

℞ Mercurij viui mundati,
Axungiaē porcinaē veteris. ana
libram vnam.

Lithargyrij Argenti,
Cerussa. ana. vncias duas.

Myrrhaelecta,
Thuris masculi,
Bdellij,

Ammoniaci. ana. vnciam v-
nam.

Theriacaē Andromachi,
Mithridatij Damocratis. ana.
vnciam vnam semis.

Vnguent. Agrippaē,
Martiatij. ana. vn-
cias duas.

De Althæa vncias
duas semis.

Olei Laurini vncias quatuor.
Axungiaē Viperinaē veraē vnci-
as duas.

Resinaē Pini vncias duas semis.

Disfoluantur Gummi in spiritu
Vini, & cum reliquis iuncta, lege
artis in Vnguentum redigantur.

*Extabat in prioribus editionibus
Vnguentum quoddam Mercuriatū
cum Theriaca, quo tamen praestantius
hoc est, cuius nobis copiam fecit Clarissi-
mus Vir D. D. Ioannes Vdabicus Rum-
lorus, Collega noster humanissimus, qui
multo tempore eius usum in Nosocomio
Gallico feliciter est expertus.*

Mercurius cum aceto ac sale agitur, & a-
liquoties abluatur, ac per corium expres-
sus repurgatur.

VNGVENTVM
NERVINVM.

℞ Herb. Saluiaē,
Iuē Artheticaē,
Maioranaē,
Rorismarini,
Menthaē,
Rutaē,
Lauandulaē,
Hyperici,
Paralyseos cum flore,
Flor. Chamomillaē,
Meliloti,
Summit. Anethi. ana.
manipulum semis.

Baccarum Lauri,
Iuniperi ana. vnci-
am vnam.

Rad. Pyrethri drachmas duas
Mastiches vnciam semis.

Benzoini drachmas sex.

Terebinthinaē vncias quatuor
Ol. Lumbricorum,

Vulpini,
Anethini,

Hyperici. ana. vncias tres.

Terebinthinaē vnciam v-
nam.

Axungiaē humanaē,
Catti syluestris,

Canis. ana. vnciam se-
mis.

Vini optimi libram vnam.

Infundantur per noctem, manē
fiat decoctio ad consumptionē
Vini, addendo in fine

Ceraē vnciam vnam.

Spiritus Vini vncias duas.

Pp

Coque

Coquefecundum artem. V

Neruinum merito dicitur, frigidus
enim nervorum morbos tollit, ac
doloribus eorundem opitulatur.

VNGVENTVM NI-
COTIANÆ, SEV EX
PETO VEL TABACO.

℞ Foliorum Nicotianæ libras
duas.

Pinguedinis Porci recentis di-
ligenter lotæ libram vnam.

Herba per noctem in Vino rub-
ro maceretur, manè igne lento
cum pinguedine prædictâ bulli-
at ad Vini consumptionem, po-
stea coletur & exprimatur. Huic
expresso adde

Succi Nicotianæ depurati li-
bram semis.

Resinæ Abietis vncias quatuor.

Coquantur ad succi consump-
tionem, quibus circa finem adde
Rad. Aristolochiæ rotundæ
subtilissimè puluerisatæ vn-
cias duas.

Ceræ nouæ quantum satis.

Fiat Vnguentum.

Describitur hoc Vnguentum à Lau-
rentio Iouberto in sua Pharmaco-
pœiâ, cui miram in scrophis dissipandis
vim inesse ait. Celebratur autem potissi-
mum in Ulceribus & Vulneribus, tam
recentibus, quàm antiquis per sanandis.
Adusta quoq; iuuat & Morpheam de-
let. Tineam capitis exterit, & cutem à
scabiè mundificat.

Qui Ceratum maluerit, pondus Ceræ auge-
at, cui verò exiccandi & consolidandi
mens fuerit, Mumia & Succini. ana. drachmas
tres adijciat.

VNGVENTVM
NIHILI AD OCULOS.

L. O. S.

℞ Tutia præparatæ vnciâ vnam.
Corall. rub. præparat.

Marris Perlarum. ana. vnciam
semis.

Nihili albi vnciam vnam.

Camphoræ drachmam vnâ.

Pinguedinis Porci sine sale in
vino lotæ libram vnam.

Fiat Vnguentum.

Calidas oculorum fluxiones demul-
cet ac sistit, eorundem rubedinem,
& inflammationem aufert, nec non do-
lores inde natos tranquillat.

VNGVENTVM A-
LIQVAD AD OCVLOS.

℞ Butyri recētis vncias quatuor.
Ceræ albissimæ vnciam vnâ.

Liqua, & laua sæpius aquâ Rosa-
cea, & Prunorum, & adde

Tutia præparatæ vnciam se-
mis.

Camphoræ scrupulos duos.

Fiat Vnguentum.

Easdem vires obtinet quas Vnguen-
tum Nihili, paulò tamen inferiores.

VNGVENTVM
PECTORALE.

℞ Olei Amygdalarum dulcium
vncias quatuor.

Chamæmelini,

Violati. ana. vncias tres.

Buty-

Butyri recentis vncias sex.
 Adipis Gallinæ,
 Anatis. ana. vncias duas.
 Iridis drachmas duas.
 Croci drachmam semis.
 Cerae albæ vncias tres.
 Ceram & adipem in Oleis liquato,
 deinde sæpius lauato aquâ
 Capillorum Veneris, aut aqua
 Hordei. His probè lotis adde I-
 ridem & Crocum in tenuissimū
 puluerem redacta.

L Aterum ac pectoris dolores mitigat,
 tussim sedat, maturat, excreationē
 & expectoratum iuuat, humores crassos
 digerit & attenuat.

VNGVENTVM
 PEDICVLORVM.

℞ Sem. Staphisagrie vncias duas.
 Hellebori albi vnciam vnam.
 Salis drachmas duas.
 Argenti viui vncias duas.
 Aceti Vini drachmas duas.
 Axungie porcine librā vnam
 Olei Laurini vncias nouem.
 Saponis Veneti libram semis.
 Fiat Vnguentum secundum ar-
 tem.

ALIIS HOC MAGIS EST
 FAMILIARE.

℞ Olei Laurini libram vnam.
 Argenti viui vncias quatuor.
 Staphisagrie,
 Hellebori albi. ana. vncias decem.
 Olei Spice vnciam vnam.
 Axungie porcine libras sex.

Argentum vivum extingatur cum aceto, de-
 inde agitur cum Oleo Laurino donec splen-
 dorem amittat, postea jungatur secundum ar-
 tem cum reliquis.

VNGVENTVM DI-
 APOMPHOLYGOS NI-
 COLAI, VVLGONI-
 HILIDICTVM.

℞ Olei Rosacei,
 Cerae albæ. ana. vncias sex.
 Succus fructus Vuæ lupinæ, id
 est, Solani quantum satis.
 Cerussæ vncias duas.
 Plumbi usti & loti,
 Pompholygis,
 Thuris puri. ana. vnciam vnā.
 Confice secundum artem.

P Rodest ulceribus calidis, ac ijs quos
 acres & falsi humores infestant. Re-
 frigerat enim, siccatur & consolidat, nec
 non absq; vllius acrimoniae sensu cicatri-
 cem ducit.

*Notent Pharmacopœi medium Cerae pondus esse a-
 te præsertim durante hic sufficere posse, videant q̄,
 scholion in vng. de Tutia.*

POMATA, SIVE
 SEVVM CONFECTVM,
 EX AMATOLVSI-
 TANO.

℞ Adipis ceruini, vel illius qui
 ab Hoedi renibus separatur
 libras duas.
 Pinguedinis suillæ recentis li-
 bram semis.

Pinguedines à membranis pur-
 gatas albo Vino abluito, deinde
 lineo panno exprimito, vt vinū
 à pinguedinibus separetur. Eas
 postea in olla vitreata aqua Ro-
 facea semiplena infundito, vt a-
 qua superemineat, & pinguedi-
 nes cooperiat, quibus demum
 addes

P p 2

Pulue-

Pulueris Caryophyll. vnciam
semis.

Nucis Moschatae drach. duas.

Spicae Indicae grana quatuor.

Pomorum Camufiorum mū-
datorum & incisorum nu-
mero octo.

Postea optimè cooperta olla, le-
nibus prunis totum admoueto,
& bacillo agitato, feruereq; per-
mittito, vt aquositas penè tota
consumatur. Tandem remota
ab igne olla, quod residuum est
per linteum nouū rarum in vas
fictile aqua Rosacea respersum
percolato, faeces tamē relinque-
do. Colatum denuò in alterā in-
fundatur ollā vitreatā, cui adde
Olei Amygdalarum dulcium
vncias sex.

Cerae albæ vncias quatuor.

Ad ignem omnia liquefacta ite-
ru colato, & in vasculum vitre-
atum Rosacea aqua inspersum
cadere finito. Demū omnia illa
aqua Rosacea abluta, in vase vi-
treo optimè cooperto seruato,
& tum candidissimum seuū ha-
bebis, quod interdum Minio
coloratur. Potest iisdem addi
Coralliorum rubrorum drach-
ma vna semis.

A Doris fissuras, & ad cuti decorem
conciliandum utiliter adhibetur.

VNGVENTVM PO-
PVLEON, NICOLAI.

℞ Oculorum Populi arboris re-
centium libram vnam semis.

Axungiaeporcinae præparatae
libras duas.

Oculi Populi contundantur, &
macerentur in Axungia donec
sequentes herbæ per æstatem
colligi queant. Deindè

℞ Folior. Papaueris agrestis,
Mandragoræ,

Cimarum Rubi tenerrimarū,

Foliorum Hyoscyami,

Solani,

Vermicularis, id est, Semper-
uiui minoris,

Lactucæ,

Semperuiui maioris,

Bardanae, Lappæ maioris,

Violaria,

Vmbilici Veneris ana vncias
tres.

Herbæ contundantur, & misce-
antur oculis Populi & Axungia,
ac dimittantur per dies decem:
deindè coquantur supra lentum
ignem in Vini odorati sufficien-
ti quantitate, donec vinum con-
sumatur. Postea colentur & ex-
primantur. expressumq; Vnguē-
tum reponatur.

F Ebruum ardoribus cum Rosaceo aut
Violaceo conuenit, somnum concili-
at, fronti, temporibus, aut manuum ac
pedum pulsibus illitum.

Q Vidam, vt virescat magis, ac refrigerandi
facultate sit efficacius, coctioni addunt So-
lani triti manipulos duos.

*In defectu rad. Mandragoræ substitui possunt
radices Hyoscyami, aut folia eius pondere equali.
Pro Umbilico verò Veneris herba Paris assumen-
da aut Semperuiui maioris portio duplicanda.*

VNGVEN.

PHARMACOPOEIA
VNGVENTVM
POTABILE.

℞ Butyri recentis sine sale librā
vnam semis.

Rubæ tinctorum,

Castorei,

Spermatis Ceti,

Tormentillæ ana. vnciam
semis.

Bulliant simul in Vini odorati
sufficienti quantitate ad Vini
consumptionem, ac fiat Vnguē-
tum secundum artem.

PRecipitatos iuuat, eorumque qui ex
alto ceciderunt vulnera interna glu-
tinat, sanguinem concretum dissoluit &
concuſſis auxilio est: magni vsus apud
Classarios seu Oceani Septentrionalis
nautas. Datur ab vncia semis ad inte-
gram.

VNGVENTVM RE-
SUMPTIVVM, FER-
NELII

℞ Sem. Lini,

Althææ,

Fœnugræci,

Gummi Arabici,

Tragacanthi ana.

drachmas duas.

Macerentur & bulliant in libra
semis aque Rosarum, eliciatur
mucilago, in qua dissolue

Adipis Suilli,

Gallinæ,

Anseris,

Anatis ana. vnc. duas.

Ocypii humidæ vnciam
semis.

Ol. Violarum,
Chamomillæ,
Amygdalarum dulcium.
ana. vncias duas.

Medullæ Vituli,

Butyri recentis,

Ceræ albæ ana. libram semis.

Coquantur in Vnguentum.

ADhibetur comode Asthmaticis, He-
cticis, Tabidis, Pleuriticis, ac è lon-
go morbo emergentibus, quibus ruda cu-
tis ossa vestit, eos enim qui languorum
diuturnitate emarcuerunt quadantenus
restituit, impinguat, ac corporis totius
squalorem aufert.

VNGVENTVM RO-
SATVM, MESVÆ.

℞ Axungia porcina librā vnā.

Lauetur nouies aqua calente,

& toties frigida, deinde adde,

Rosarum rubrarum recenti-
um libram vnam.

Probè terantur, & marcescant si-
mul diebus septē, postea coquan-
tur cum facilitate, & rursus cum
tantundem Rosarum rubearum
terantur, ac dimittantur per ali-
os dies septem marcescere. Idem
reiteretur tertio. Quarto autem
præter Rosas affunde

Succi Rosarum rubrarum
vncias sex.

Olei Amygdalarum dulcium
vncias tres.

Coquantur lento igne ad succo-
rum consumptionem,

VSu frequentissimū ad phlegmonas,
ignem sacrum, ulcera serpentia,

Pp 3

℞ Ce-

Et Cephalalgiam calidam. Ventriculi: Et iecoris intemperiem calidam mitigat, renum ardoribus ac hamorrhoidū inflammationi salubre, Et cordi robur addit.

Quidam parum Opij in aqua Rosarum colliquati, inter decoquendum iniiciunt, sed id Vnguenti candorem destruit.

In ipsius Compositione sufficiunt Olei Amygdalarum dulcium vnciae tres.

Plurimi Succii Rosarum loco vt magis albescat vnguentum, in quo vulgus candorem probat, aquam Rosarum odoratissimam accipiunt.

**VNGVENTVM RV-
BEVM, SIVE DE MI-
NIO CAMPHO-
RATVM.**

R Olei Rosati libram vnā semis.
Lithargyri vncias duas.
Minij vncias tres.

Cerussæ vnciam vnam semis.

Tuticæ præparatæ,

Camphoræ ana. drach. tres.

Ceræ albæ æstate vncias duas,
hyeme vnciam vnam.

Liquatam Ceram cum Oleo, le-
to igne, misce in mortario plum-
beo, cum reliquis rebus tenuissi-
mè tritis.

Refrigerat Et siccatur potentissimè,
ideoq; ignibus sacris felicissimè ad-
hibetur. Cancros sanat, Et exedentia vl-
cera, quæ humorum acrimonia serpunt,
eam namq; sua frigiditate obtundit. E-
iusdem facultatis cum Unguento de
Plumbo, cuius descriptionem vide apud
Fastum XI. de Vnguentis Sectione.

**VNGVENTVM
AD SCABIEM.**

R Styracis liquidæ vnciam vnā.

Terebinthinæ lotæ,

Butyri loti ana. vncias duas.

Succi Limonum vnciam v-
nam semis.

Cerussæ lotæ vnciam vnam.

Salis vncias duas.

Misce fiat Vnguentum.

ALIVD PRO PVERIS.

R Terebinthinæ benelotæ vnci-
as quatuor.

Butyri loti vncias duas.

Salis vnciam vnam.

Succi Citrangularum vnci-
am vnam semis.

Vitell. Quorum numero tres

Olei Rosati vnciam vnam.

Misceantur omnia simul, & fiat
Vnguentum.

Hæc duo Unguenta tutiora multò
sunt ijs, quæ Hydrargyron recipi-
unt, ac multa insuper alie sunt Et diuer-
se compositiones scabiei pellende dicatæ,
vt potè Vnguentum ex Rhamno Et Frā-
gula, Vnguentum de Enula, Et alia eius-
modi, quæ pro prudentis Medici arbitrio
eum in finem præscribi possunt.

**VNGVENTVM AD
TINEAM.**

R Olei Rosati,

Olei Iuniperini ex ligno ana.
drachmas sex.

Sulphuris viui,

Stercoris columbini,

Floris Aris ana. vnciā semis.

Cere quantum sufficit.

Fiat Vnguentum.

VNGVEN-

VNGVENTVM DE
SVCCIS ARANTII.

℞ Olei Rosati completi vncias
sex.

Omphacini vncias tres.
Succorum Plantaginis,
Solani hortensis,
Centaurij minoris,
Lapatij acuti. ana. vnciam
vnam semis.

Bulliant simul ad succorum cō-
sumptionem, postea adde
Cerae albæ seorsim liquatæ
quantum satis.

Infergendo paulatim.
Lithargyrij triti drachmam
vnam semis.

Plumbi vsti drachmas tres.
Pompholygis drachmas duas
Hordei vsti pugill. vnum se-
mis.

Boli Armeni Oriental.
Camphoræ. ana. drachmam
vnam.

His omnibus simul mixtis ulti-
mo loco inde

Vng. Populei vnciam vnam
Infrigidantis Gal. vnciam
semis.

Misce, fiat Vnguentum justæ
consistentiæ.

Vlceribus sedis ac malignis mirificè
opitulatur, mundificat enim, siccit
abstergit, coquit, & consolidat, fluxiones
acres in iisdem temperat, inflammatio-
nes reprimat, ac sinus cicatrice tegit.

Hæc descriptio ab auctoris nonnihil est di-
uerfa, ut potè equam Clarissimus Vir Dn.
Tiberius Phialeetus Medicus & Chirurgus Pata-

vinus nonnihil immutauit, à Nob. itidem, &
Clariss. viro D. D. Io. Vdalrico Rumlero in huius
operis ornamentum allata.

VNGVENTVM
DE TVTIA, NICO-

℞ Olei Rosati,
Cerae albæ. ana. vnciam vnam
semis.

Succi Solani drachmas duas.
Cerusæ lotæ vnciam semis.
Plumbi vsti & loti,
Tutiæ preparatæ. ana. drach-
mas duas.

Thuris drachmam vnam.
Ceram liqua cum Oleo lento i-
gne, & in pilam plumbeam inij-
ce, additis quæ terenda sunt in
tenuissimum puluerem redactis
moue continuò, & paulatim
succum supradictum instillato,
perpetuò mouendo sex horis
continuis.

Differt ab Vnguento Diapompholy-
gos in eo, quod hoc Cadmiæ for-
nacum Botrytim dictam recipiat, nostris
Tutiæ appellatam, alterum verò Pom-
pholyga, id est, Nil album dictum. Eius-
dem penè facultatis ad Exiccanda Ery-
sipelata, vulnera sordida, & sananda
tiliarum Ulcera, cauaq; explenda, ac ci-
catricem ducendam. In putridis & can-
crosis, ubi feruor aliquis est summa fidu-
cia usurpari debet, quod nulli veterum
compositioni cedat.

Notabunt Pharmacopœi dimidiam ferè cora por-
tionem hic sufficere posse, cum vnguentum ipsu-
m multa in se recipiat desiccantia, quod in Vng. Dia-
pompholygos monuimus.

VN-

VNGVENTVM
AD VERMES.

℞ Succi Absinthij,
Abrotani,
Centaurij minoris,
Perficariæ,
Folior. Perficæ arb.
Lupini,
Rad. Ebuli ana. drach-
mam vnam.
Succi Porri vncias duas.
Nasturtij aquatici libram vnā
Balauftiorum drachmā vnā.
Olei Absinthij libtam vnam
semis.

Cera quantum sufficit.

Fiat Vnguentum.

Vmbilico superpositum ac ventri in-
unctum, Vermes enecat et expellit.

VNGVENTVM
VIOLATVM.

Fit vt Rosatum, sed ex Violis ni-
gris.

Calidis pectoris noxis prodest, refri-
gerat & humectat.

VNG: AD VERRV-
CAS SEV CARVNCV-
LAS IN MEATV VRI-
NARIO NATAS.

℞ Mercurij præcipitati drach-
mas duas.

Vnguenti de Cerussa vnciam
semis.

Addatur his pro magnitudine
affectus aliquid Olei Vitrioli aut
aquæ fortis, immittendo de his
parum supra candelam ceream
in canalem. Potest autē loco vn-

guenti de Cerussa à principio su-
mi vnguentum Anodynum in
æqua cum præcipitato portione.

Vtebatur hoc Vnguento feliciter Al-
phonsus Ferrus Neapolitanus in
extirpandis carunculis seu verrucis in
pene natis, vix non raro suppressionē
causantibus: id quoq; comòdissime quor-
dam vsurpabat Ioannes Thanmüllerus
Lithotomus ac Chirurgus p. m. insignis,
qui multis annis in vrbe nostra Praxin
suam exercuit. Id nobis Clarissimus vir
D. D. Io. Valtricus Rumlerus Collega no-
ster honorandus, promptè comunicauit.

CANDELÆ SIC FIVNT.

℞ Cerae albæ libram vnam.

Terebinthinæ Venetæ vnciam
vnam.

Lique scat Cera, postea addatur
Terebinthina, & in his liquatis
intingantur Ellychnia fiantque
candelæ iustā crassitiē habentes.

VNG: VIRIDE
REGINÆ.

℞ Fol. Lauri,
Rorismarini,

Saluæ,

Maioranæ,

Rutæ,

Millefolij,

Anagallidis aquaticæ,

Nigellæ cum floribus & semi-
nibus ana. manipulos duos.

Vrticæ maioris,

Minoris,

Hyssopi,

Prunellæ,

Arte-

Artemisiæ ana. manipulum
vnum.

Agrimoniæ,
Centinodij,

Plantaginis minoris,
Rad. Cichorij,

Bellidis,
Consolidæ mediæ,

Saraceniæ,

Vincæ Peruinæ,

Lauandulæ,

Abinthij,

Rosarum rubearum,

Albarum ana. ma-
nipulos tres.

Herbæ & Radices mundatæ in-
cidantur, contundanturq; cum
butyri recentis libris sex, coquā-
tur simul lento igne rudiculâ

continuò agitando: postea co-
lentur & exprimantur, ita vt ex-
pressa pinguedo fluat in aquam
frigidam, vbi refrixit, aquæ dem-
ptam rursus parum coque, & ad-
de Cerae albæ seorsim liquefacte
libram semis, Olei Oliuarum li-
bras duas, quæ continuò simul
agitabis, ac vbi ferè refrigerata
fuerint, insperge

Olibani & Mastiches subtilif-
simè puluerisatorum ana.
vncias quatuor.

Redigantur in Vnguentum.

Datur intrâ corpus ruptis, conuul-
sis, ac ex alto prolapsis, vbi grumo-
si sanguinis suspicio subest: sugillata cu-
rat, dolores partium lenit, estq; ad vari-
os vsus accommodatum.



MEDICAMENTO-
RVM OFFICINIS PHAR-
MACEVTICIS REIP. AV-
GVSTANÆ VSI-
TATORVM.

CLASSIS DECIMA OCTAVA.
EMPLASTRA EORVN-
DEMQUE CONDITI-
ONES EXPLANANS.



EMPLASTRUM AL-
BVM COCTVM.

℞ Olei libras duas.

Cerussæ libram vnam semis.

Cerae albæ vncias quatuor.

Coquatur secundum artem, &
fiat Emplastrum.

Dicitur & Emplastrum de Cerussâ,
& solâ coctione ab Unguento albo
differt, vt & Unguentum Triapharma-
cum & Tetrapharmacum cocturæ mo-
do in Emplastra transeunt. Intertrigini-
bus quacunq; ex causa succurrit, ac leues
cutis exulcerationes sanat.

Aliud Emplastrum quod ferè solâ cocturâ
ab hoc differt. Vlmensè dictum, sic parari
solet.

℞ Cerussæ subtilissimè trita,

Cerae Citrinæ,

Olei Oliuarum. ana. partes æquales.

Immittatur primo Cerussa in cacabum æneum
addendo lentè Oleum, quæ bulliant simul lento
igne super prunas perpetuò agitando cochleari
ferreo satis longo ob strepitum Cerussæ vsque
dum desideant: quo factò etiam indatur succes-
sive Cera minutissimè concisa cum cautelâ ef-
feruescentiæ, donec probè liquata sit; omnia
deindè coquantur pari ignis gradu lege artis, vs-
que dum nigricantem aliquantum colorem ac-
quirant iustæ consistentiæ.

Eiusdem cum priore facultatis existit.

EMPLASTRUM APO-
STOLICON, NICO-
LAI ALEXANDRINI.

℞ Lithargyri vncias sex.

Cerae Citrinæ,

Colophonie. ana. vncias duas

Propoleos.

Visci quercini glutinis. ana.
vnciam vnam.

Ammoniæ guttæ,

Lapidis Calaminaris,

Thuris. ana. drachmas sex.

Mastiches,

Mumiæ. ana. vnciam vnâ se-
mis.

Terebinthinæ,

Galbani,

Bdellij,

Myrrhæ,

Æris vsti,

Sarcocollæ,

Squammæ æris,

Dictamni Cretici,

Aristolochiæ,

Viridis Æris. ana. vnciam vnâ.

Olei veteris quantum sufficit.

Epispasticum potius dicendum erat,
Enâ calamos, surculos & spicula cor-
poris altum infixa & omnia venenata
extrahit. Ad strumas recentes, frigidos
ac diuturnos abscessus, viscerum tumores
precisos & punctos nervos perutile; ad
recentia quoq; vulnera, Phygella, car-
cinomata, et cervicis ex frigida causa do-
lores facit. Strumas aperit, abscessus rü-
pit, purgat & glutinat, ac cicatrices ex-
tenuat. Splenis duritiem emendat, arti-
culorum ac genuum ex influxu dolores se-
dat. Ad mammarum collectiones, Ery-
sipelata & fistulas iniectum efficax, im-
positum etiam moribus venenatis aut
rabidorum animalium medetur. Vsur-
patur insuper ad vetusta et diuturna vl-
cera, putredines, sinus, hæmorrhoidas, se-
dis vitia, condylomata, rimas ani, car-
bunculos, impetigines, intestinorum ra-
mices, pudendorum depascentia vlcera,
cum Rosaceo iniectum, cū quo etiam mu-
liebribus malis pessa suppositum confert.

Propo-

Propolis est Ceta odorata, qua apes alveari-
orum foramina ad hyemis austeritatem ar-
cendam obturant, Germanis Methway.

Visci quercini nomine hoc loco intelligitur
gluren illud lentum è baccis Visci quercini, quo
aves capiuntur, extractum, nostris Boqelleim.

Squamina Aris fumenda hic est non illa cras-
sa, Vulgo Ruyfferschlag dicta, sed rufa ac te-
nuis, quam vulgus Kesseibraun vocat.

**EMPLASTRUM DE
BACCIS LAURI.**

R Thuris,
Mastiches,
Myrrhæ ana. vnciam vnam.
Baccarum Lauri vncias duas.
Cyperi,
Costi ana. vnciam vnam.
Mellis despumati quantum
sufficit.

Fiat Emplastrum. *AB Exper*

Ventriculi, intestinorum, iecoris, re-
num, vesicæ, uteri, & partium a-
liarum dolorem à flatibus, aut frigidâ
intemperie ortum sanat. Si verò sterco-
capræ, aut vaccæ siccum pondere omniũ
adiicias, ad Hydropem, Ascitem; ac Tym-
panitem fit mirabile, sed tum augendum
est Mellis pondus.

**EMPLASTRUM BA-
SILICON MAIVS,**
MESVÆ.

R Ceræ albæ,
Resinæ Pineæ,
Seui Vaccini,
Picis Græcæ,
Nigræ,
Terebinthinæ,
Thuris,
Myrrhæ ana. vnciam vnam.
Olei cõmunis quantum sufficit
Fiat Emplastrum.

Vulneribus recentibus remedio est,
eaq; probè glutinat.

**EMPLASTRUM BA-
SILICON MINVS,**
MESVÆ.

R Ceræ flauæ,
Resinæ Pineæ,
Picis Græcæ ana. libram vnam
Olei cõmunis quantum sufficit.
Fiat Emplastrum.

Vlcera phlegmones expertia partiũ
maximè neruofarum tergit, ac car-
ne implet.

Alij Terebinthinam addunt: alij verò Tere-
binthinam Picis loco ponunt.

**EMPLASTRUM E
LAPIDE CALAMINARI,**
VVLGO ZELTENPFLASTER.

R Lapidis Calaminaris,
Tuticę præparatæ ana. vncias
duas.
Terebinthinę vnciã vnã semis
Ceræ Citrinę,
Resinę ana. vnciam vnam.
Lithargyri vnciam semis.
Olibani,
Mastiches,
Tragacanthi ana. drach. vnã.
Olei Rosati,
Myrtini ana. drach. duas
Fiat Emplastrum.

Vlcera manantia desiccant, & cic-
trice claudit, atq; idem ferè præstat
quod Griseum.

**EMPLASTRUM
CERONEVM, NICOLAI.**

R Picis naualis benè colatę,
Cere ana. vncias duas. drach-
mas tres.

Q 9 2

Saga-

Sagapeni vncias duas.
 Ammoniaci,
 Terebinthinæ,
 Colophonix,
 Croci. ana. vnciam vnam.
 drachmas tres.
 Aloës,
 Thuris,
 Myrrhæ. ana. vnciam vnam.
 Opopanacis,
 Styracis Calamitæ,
 Galbani,
 Mastiches,
 Aluminis,
 Fœnugræci. ana. drachm. sex.
 Confitæ, seu fæcis Styracis li-
 quidæ,
 Bdellij. ana. drachmas tres.
 Lithargyri drach. vnam semis

Confice sic:

Sagapenum, Galbanum, Opo-
 panacum, Ammoniacum, Gū-
 mi aliquantulum tusa cum vino
 temperentur, deinde ad mediæ
 partis vini consumptionem bul-
 liant & vase stanneo posito su-
 per ignem cum inceperit bulli-
 re, Pix naualis benè colata adda-
 tur, ac cum spatula benè agite-
 tur, donec liquefiat. Liquefacta
 Pice addatur Cera & ea liquefa-
 cta ponatur Colophonia, tum
 Styrax cum pistillo calido trita
 frustatim imponatur. Postea
 Mastiche & Olibanum, deinde
 Myrrha cum Bdellio, & inter-
 uallo facto ponatur Terebinthi-
 na, ac consequenter Alumen &

Lithargyrum, ad vltimum Fœ-
 nugræcum. Et cum decoctum
 fuerit, fundatur super aquam
 frigidam, & ab ea extractum
 manibus exprimatur, donec to-
 ta aqua inde exeat: deinde pul-
 uis Aloës super marmor inun-
 ctum Oleo Laurino malaxetur.
 Postremum Croco puluerisato,
 ac inunctis manibus cum eodẽ
 Oleo Laurino Magdaleones for-
 mentur.

Valeat ad dolorem scapularum &
 thoracis à frigore ortum ducentem.
 Lienis duritiem emollit, aquam intercu-
 tem à frigida jecoris intemperie natam
 sanat, ac uteri vitis ex eadem causa
 procreatis prodest. Lumborum, pudendo-
 rum, vesicæ, ac renum frigus visua ca-
 lesfaciente dissipat. Ossium fracturis &
 luxatis commodat. Repellit, concoquit,
 mollit, carnesq; procreat.

E M P L A S T R U M
C I T R I N U M, V V L-
G A R E.

R Resinæ libram vnam.
 Cerae Citrinæ libram semis.
 Seui ceruini vncias quatuor.
 Terebinthinæ vncias duas.
 Fiat Emplastrum.

Vulneribus recentibus medetur, ac
 ea cicatrice claudit. Quod si id vl-
 ceribus repurgandis magis idoneum red-
 dere volueris, in singulas libras Empla-
 stri adijcto Æruginis mundatæ drach-
 mas duas, atq; sic Emplastrum viride
 effeceris, id quod communi vsu à plebeis
 expetitur.

D I A-

DIACHYLON SIM-
PLEX SIVE ALBUM,
M E S V Æ.

℞ Mucilag. Foenugræci,
Seminis Lini,
Rad. Althææ ana. li-
bram vnam.

Olei veteris clari libras tres.
Lithargyri libram vnā semis.

Lithargyrū tenuissimè teratur,
& cum Oleo subigatur: postea i-
gne lento coquatur spatula sem-
per agitando, donec probè per-
mixta sint. Ab igne deposita,
paulatim frigescant, postea mu-
cilagines affundantur, permisce-
antur, & decoquantur ad iustam
crassitiem.

Ad partium quarumcunq; durities
resoluendas & digerendas efficac.
Scirrhus hepatis, lienis, ventriculi, visce-
rumq; collectiones, & surunculi reliquias
dissipat ac emollit. Strumas quoq; & in-
ueteratos abscessus dissoluit, recentia vul-
nera ab inflammatione vindicat, diuisa
glutinat, & que inflantur curat. Su-
perficilia vlcera glutinat solum Rosa-
ceo, vel Myrtino. Liguatum Chameme-
lino neruorum phlegmonem prohibet. Po-
dagricis quouis tempore opitulatur; ad
diurnas ac recentes vteri phlegmonas
optimè pessario inditum admouetur. In-
flammatione correpta vlcera & musculos
vulneratos citrà alterius Cataplasma-
tis opem aut spongias, aut irrigationes
curat.

Quidam addunt Pulueris Ireos vnciam vnā
in libras singulas.

DIACHYLON COM-
POSITVM, SEV EM-
PLASTRVM DE MVCA-
GINIBUS DICTVM.

℞ Mucilaginis rad. Althææ,
Sem. Lini,
Mediani corticis Vlni,
Foenugræci ana. vncias
quatuor semis.

Olei Chamæmelini,
Liliorum, (semis
Anethi ana. vnciam vnā

Ammoniacy,
Galbani,
Opopanacy,
Sagapeni ana. vnciam semis.
Cera nouæ vncias viginti,
Croci drachmas duas.

Terebinthinæ vncias duas.
Gumidissoluatur in vino opti-
mo, & conficiatur secundū artē.

Dicitur & Emplastrum de Muca-
ginibus; maximarum in emolli-
endo est virium, phlegmonas sanat, &
sanie ruptorum Apostematum abstergit.

Nota in defectu mediani corticis Vlni, Fœ-
nugræci pondus duplicari posse.

DIACHYLON MA-
GNVM, M E S V Æ.

℞ Lithargyri libram vnam.
Olei, Chamæmelini,
Irii,
Anethini ana. vnc. octo.

Mucilaginis sem. Lini,
Foenugræci,
Althææ,
Ficuū pinguiū,
Vuarum passa-
rum,

Q 93 Succii

Succi Ireos,
 Scillæ,
 Ichthyocolle, (cim.
 Oesyphi. ana. drachmas duode
 Terebinthinæ vncias tres.
 Resinæ Pini,
 Cerae flauæ. ana. vncias duas.
 Fiat secundum artem Empla-
 strum.

Inflammati & dura sedando, emolli-
 endo, ac digerendo magis est efficax se-
 quenti, ideoq; Magnum dicitur. Vigonis
 ad omnia ista efficacius.

DIACHYLON PAR-
 V. V. M. M. E. S. V. Æ.

℞ Lithargyri vncias sex.
 Olei veteris clari libram vnā.
 Mucilaginis Psyllij vncias
 quatuor.
 Mucilaginis feminis Hyoscy-
 ami vnciam vnā semis.
 Mucilaginis feminis Lini,
 Rad. Altheæ. ana. vncias duas.
 Fiat, vt primum.

Eo vtuntur in duris inflammationi-
 bus ac tumoribus calidis, eos namq;
 digerit & maturat, nec non ad intempe-
 riem calidam efficacissimum est, quod per
 se Psyllium & Hyosciamus præstant, sic-
 cat verò & digerit, quoad cetera sim-
 plicia.

DIACHYLON CVM
 GVMNIS VIGONIS.

℞ Radicum Altheæ librā semis.
 Sem. Lini,
 Fœnugreci. ana. vnciam
 vnā.

Violarum,
 Sem. Maluæ,
 Altheæ,
 Cydoniorum. ana. vnā
 ciam semis.
 Psyllij drachmas duas.
 Rad. Ireos vncias duas.
 Olei Chamemelini,
 Anethini,
 Liliorum,
 Lini,
 Irini. ana. vncias tres.
 Pinguedinis gallinæ,
 Anatis,
 Anseris. ana. vnā
 ciam tres.
 Olei Amygdalarum dulciū.
 Oesyphi humidæ,
 Succi Glycyrrhizæ. ana. drach-
 mas decem,
 Terebinthinæ. vnciam vnā
 semis.
 Seui vitulini libram semis.
 Lithargyri Auri drach. decem

Bulliant omnia simul baculo a-
 gitando, vsq; ad consumptionē
 mucilaginis. Deinde cum cera
 albā quantum sufficit, fiat Cera-
 tum molle, addendo

Sagapeni,
 Opopanacis,
 Bdellii mollis,
 Galbani. ana. drachmas tres.
 Ammoniaci drachmas quin-
 que.

Dissolutis in aceto fiat Empla-
 strum secundum artem.

Magna-

M Agnarum in emolliendo est viri-
um, concoquit, maturat, digtrit
ac resoluit.

**EMPLASTRUM DE
CRVSTAPANIS, MON-
TAGNANÆ.**

R Mastiches,
Menthæ,
Spodij,
Corallij rubri,
Albi. ana. drachmam
vnam.
Crustæ panis tostæ & macera-
tæ in aceto per horam me-
diam vncias duas.
Olei de Mastiche,
Cydoniorum. ana.
vnciam vnam.
Farinæ Hordei quantū sufficit.
Fiat Emplastrum.

C onfert ad Vomitum puerorū, ac ijs
qui cibū retinere nequeunt, prodest

**EMPLASTRUM GRI-
SEVM DE LAPIDE
CALAMINARI.**

R Lapidis Calaminaris prepar.
vnciam vnam,
Lithargyri vncias duas.
Cerussæ vnciam semis.
Tutiæ drachmam vnam.
Terebinthinæ drachmas sex.
Cere albæ vnciam vnā semis.
Seui ceruini vncias duas.
Thuris electi drach. quinque.
Mastiches drachmas tres.
Myrrhæ drachmas duas.
Camphoræ drach. vnā semis.
Confice secundum artem.

Vlcera explet, siccat, & cicatrice
claudit.

**EMPLASTRUM
AD HYDROPEM.**

R Stercoris columbini aceto
macerati libram vnam.
Sulphuris viui vnciam vnam.
Nitri vnciam semis.
Puluer. rad Enulæ,
Baccarum Lauri,
Anethi,
Flor. Chamomil-
læ. ana. drach. sex.
Sem. Nasturtij drachmas duas.
Decoquantur omnia in Vino
ad spissitudinem. Adde
Mellis vncias duas.
Terebinthinæ vnciam vnam
semis.
Succi Ebuli vncias duas.
Iridis vnciam vnam.
Farinæ Fabarum vnciam v-
nam semis.
Fiat Emplastrum.

Eo quondam crebrò vsi sunt celeberrimi
Medici Patavini, Ioannes Bap-
tista Montanus & Aloisius Bellacattus,
tanquam experto ac valdè probato ad
Hydropem remedio.

**EMPLASTRUM
DE MELILOTO,
MESVÆ.**

R Meliloti vncias sex.
Florum Chamemeli,
Fœnugræci,
Baccarum Lauri,
Rad. Althææ,

Abfin-

Abfynthij. ana. drachmas tres.

Seminis Apij,

Cardamomi,

Ireos,

Cyperij,

Spicæ Nardi Indicæ,

Cassia lignæ,

Ammeos. ana. drachmam vnam femis.

Maioranæ drachmas tres.

Ammoniacy drachmas decem.

Styracis Calamitæ,

Bdellij. ana. drachmas quinque;

Terebinthinæ vnciam vnam femis.

Ficuum pinguium numero duodecim.

Seui Hircini,

Resinæ. ana. vncias duas femis

Ceræ vncias sex.

Olei Sampfuchini,

Nardini. ana. quantum satis est, vel vncias tres.

Aquæ decoctionis Meliloti, Fenugraci, & Chamæmeli. ana. quantum sufficit ad infundendum: coquantur ad medias, deinde in colaturam immixtis triturandis subtilissimè puluerificatis rursus coquantur, additis Oleis, Terebinthinâ, & similibus, Gummisque in aceto dissolutis. Postremò addantur radices, & ficus simul coctæ, ac benè contusæ. Misce, fiat Emplastrum.

M *Alacticum celebre ad inueteratas durities iecoris, lienis, ventriculi, viscerum, & reliquarum partium emolli-*

endas, hypochondriorum tensionem laxandam, flatus resoluendos, ac dolorem à frigido sedandum. Eo utimur in materia crassa & frigida, & in inguinum bubonibus ad incidendum, emolliendum attenuandum, discutiendum, & calefaciendum.

EMPLASTRUM DE MINIO, VIGONIS.

℞ Olei Rosati libram vnam femis.

Olei Myrtini,

Vnguenti Populeonis. ana. vncias quatuor.

Pinguedinis Gallinæ vncias duas.

Seui castrati,

Vaccini. ana. librâ femis.

Pinguedinis porcinae vncias septem.

Lithargyri Auri,

Argentii. ana. vncias tres femis.

Cerussæ vncias quatuor.

Minij vncias tres.

Terebinthinæ vncias decem.

Ceræ quantum sufficit.

Fiat Emplastrum secundum artem.

V *Vulnera & vlcera antiqua & maligna potenter curat. Aliud describitur à Nicolao Massa Consiliorum parte 2. fol. 69.*

ALIVD NICOLAI

M A S S A E.

℞ Minij libras duas.

Olei Rosacei vncias viginti.

Picis

Picis naualis vncias quatuor.
Bulliant omnia simul, donec
per cocturam redigantur ad for-
mam Cerati: deindè adde

Terebinthinæ vncias duas.
Misce, postea sic calidum projice
in situlam aquæ frigidæ, & di-
mitte refrigerari, postmodum
manibus ducatur ad optimam
permissionem.

*Commendatur ad vulnera pectoris
penetrantia, & ad ulcera quàm
plurima antiqua ac difficilis consolidati-
onis Massa parte 2. fol. 96.*

EMPLASTRUM
NERVINUM, VI-
GONIS.

R̄ Olei Chamomillæ,
Rosarum ana. vnc. duas.
Olei Mastichini,
Terebinthinæ,
Lini. ana. vnciam vnā
semis.

Terebinthinæ claræ vncias
quatuor.
Seui viruli castrati,
Hircini. ana. vncias duas
semis.

Herbarum Rorismarini,
Betonicæ,
Caudæ equinæ,
Centaureæ. ana.
manipulū vnū.

Vermium terrestrium lotorum
& purgatorū in vino vncias tres.
Coque simul in Vino.

Radicum Rubiæ tinctorum
drachmas decem.

Hypericonis fol. & sem. eius.
ana. manipulum vnum.

Mastiches puluerifate,
GummiElemi. ana. drachmas
decem,

Picis naualis,

Resinæ. ana. vnciam vnā semis.

Sagapeni,

Galbani,

Ammoniacy. ana. drach. tres.

Dissolutis Gummi in aceto, cum
cyatho vno vini odoriferi ali-
quantulum contundantur, po-
stea decoquantur & exprimantur:
cui expressioni addantur

Lithargyri Auri,
Argenti. ana. vñ-
ciæ duæ semis.

Minij vnciæ duæ.

Iterum bulliant imprimis lento
igne, baculo agitando, ignē de-
indè vigorando; bulliant donec
acquirat colorem subnigrum.
Quo facto cum cerâ noua suffi-
ciente fiat Emplastrum in bona
forma.

Modus componendi talis esse
debet, vt in sufficienti quâtitate
vini odoriferi coquantur Herbæ
deindè exprimantur: coquatur
expressum cum Oleis ad Vini
consumptionem. Deindè adij-
ciantur Terebinthina, Seuū Ma-
stiche, & Gummi diluti aceto:
tum coquantur, addendo Ce-
ram, & sub finem decoctionis
Lithargyrum & Minium.

R r Emollit,

E Mollit, digerit, resoluit, nervosarum partium malis cumprimis utile.

Modus compositionis est, vt Herbae, Radices Rubiae, & Vermes terrestres coquantur in sufficienti quantitate. Vini odoriferi & Oleorum ad Vini consumptionem. Expresso adijciantur Terebinthina, Seuum, Mastiche per se trita, & Gummi diluti aceto: tum coquantur ad justam consistentiam, addendo Ceram sufficientem, & sub finem decoctionis addenda Lithargyrus & Minium.

E M P L A S T R U M N I G R U M, V V L G O S T I C H P F L A S T E R.

R Olei Rosarum vncias septem.

Colophoniam,

Resinam,

Picis naualis. ana. vncias octo.

Cerae albae,

Vitrioli Romani,

Cerussae,

Olibani,

Myrrhae. ana. vncias octo.

Mastiches vnciam vnam.

Olei Ouorum vncias duas.

Olei de Spica vnciam vnam.

Olei Iuniperi ex granis. vncias tres.

Mumiae vncias duas.

Terrae Sigillatae,

Sanguinis Draconis. ana. vnciam vnam.

Vitrioli albi,

Corallij rubri. ana. vnc. duas.

Axungiae Ardeae vnciam vna.

Thymalli vncias tres.

Lapidis Magnetis preparati vncias duas.

Lumbricorum preparatorum,

Camphorae. ana. vnciam vna.

Fiat Emplastrum secundum

artem.

Perquam efficax ad recentia vulnura & puncturas, unde denominationem etiam habet.

**O X Y C R O C E V M
C O M M V N E, E X
N I C O L A O.**

R Cerae,

Picis,

Colophoniam,

Croci. ana. libram vnam.

Terebinthinae,

Galbani,

Ammoniacy,

Myrrhae,

Olibani,

Mastiches. ana. vncias quatuor.

Aceti phialam vnam.

Galbanum & Ammoniacum in aceti sufficienti quantitate dissoluantur, & rursus ad lentorem coquantur, donec acetum in vaporem euauerit, tunc addantur liquefactis simul Cerae, Pici, Colophoniam & Terebinthinae: postquam omnia sunt commixta, inspergito etiam Myrrham, Olibanum & Mastichen subtilissimè trita, postremum verò etiam Crocum per se in tenuissimum puluerem redactum, ac fiat secundum artem Emplastrum.

Ad contusa, ossium fracturas, nervorum dolores, & abscessum inueteratorum duritiem emolliendam idoneum, Emplasticum quoque & gignendo callo habile. Vigonis quod sequitur, ad praedicta efficacius.

O X Y-

OXYCROCEVM
VIGONIS.

℞ Ol. Myrtini,
Rosarum,
Omphacini. ana. libram
vnam semis.

Succi Radicum Altheæ libras
duas.

Radic. & Folior. Fraxini.
Consolidæ minoris,
Foliorum Myrti ana. mani-
pulum vnum.

Omnia prius aliquantulum cō-
tusa, bulliant in vino nigro quā-
tum sufficit, ad consumptionem
medietatis, cum

Myrrhæ,
Thuris. ana. vnciā semis.

Deindè fortiter colentur, cuius
colaturæ addantur.

Seui Hircini libra semis.
Terebinthinæ vnciæ duæ.
Mastiches vncia vna.

Iterum cum prædictis Oleis bul-
liant ad consumptionem deco-
ctionis. Postmodum colentur,
addendo

Lithargyri Auri,
Argenti. ana. vnci-
as tres.

Boli Armeni,
Terræ Sigillatæ. ana. vncias
duas.

Minii drachmas decem.

Coquantur lento igne, & cum
Cera noua sufficiente semper
baculo agitando, fiat Empla-
strum.

EMPLASTRVM DIA-
PHOENICON CA-
LIDVM, MESVÆ.

℞ Cera vncias duas.

Olei Rosati,
Nardini. ana. vncias
quatuor.

Simul liquentur, deindè

℞ Dactylorum siccorum nu-
mero quadraginta.

Panis bis cocti drachm. octo.
Macerentur in vino odorato
biduum, postea

℞ Carnis Cydoniorum in vino
coctæ vnciam vnam.

Contundatur, & permiscea-
tur superioribus; & adde
subsequentia in mortario
benè contusa.

℞ Mastiches,

Thuris,
Absinthij Romani. ana. drach-
mas duas semis.

Ligni Aloës,

Macis,

Myrrhæ,

Aloës lotæ,

Spicæ Nardi,

Acaciæ,

Galliæ Moschatæ,

Trochiscorum Ramich,

Calami Aromatici. ana.

drachmam vnam.

Labdani drachmas duas.

Misce, fiat Emplastrum.

Ventriculum & hepar firmat, ob id
Lienteriam et Dysenteriam hepa-
ticam iuuat. Id verò quod frigidum di-

℞ 2

citur

icitur Ventrem totum inferiorem, ne aliarum partium recrementâ suscipiat, roborat, coctionem adiuuat, ob hæc vomitum, Choleram morbum Lienteriam ac fluxum hepaticum, prout & sequens coërceat.

**EMPLASTRUM DIAPHOENICON FRI-
GIDVM, EIVSDEM.**

℞ Dactylorum maturitati proximorum in Vino austero coctorum vncias quinque;
Panis bis cocti vnciam vnam.
Carnis Cydoniorum in vino austero coctæ vnciam vnam semis.

Styracis Calamitæ,
Mastiches,
Labdani.

Acaciæ,
Omphacij,
Florum Labruscæ,
Rosarum rubearum,
Santali Citrini,
Trochiscorum Ramich,
Myrrhæ,

Ligni Aloes. ana. drachmas quatuor.

Ceræ vncias quatuor.
Olei Rosacei vncias quindecim.

Vini austeri quantum sufficit
Fiat Emplastrum.

**EMPLASTRUM DE RHABARBARO, IO-
ANNIS MANARDI**

℞ Rhabarbari electi vnciam semis.

Aloës hepaticæ vnciam vnâ.
Lixiuij fortis libram vnam.
Saponis Veneti libram semis.
Ceræ vncias duas.

Decoquantur ad duritiem iustâ.

Comendatur ad duros tumores & Stophos præsertim in morbo Gallico.

**EMPLASTRUM TETRAPHARMACON,
GALENI.**

℞ Picis nigræ,
Resinæ,
Ceræ, (duas.)
Adipis vaccini. ana. vncias
Fiat Vnguentum.

Dicitur Mesuæ Basilicon minus, & à Galeni Compositione non differt, nisi quod Oleum pro adipe vaccino Mesuæ substituit. Solemne ad pus mouendum, inflammationem leniendam, molliendum, tergendum, & glutinandum, ob id recentibus capitis & nervosarum partium vulneribus ac ulceribus est aptissimum.

EMPLASTRUM TRIAPHARMACON, MESVÆ.

℞ Lithargyri,
Aceti fortis. ana. vncias tres.
Olei communis vncias tres.
Lithargyrum leuissimè tritum moueatur continuò ad ignem, paulatim affusis Oleo vicissim & aceto.

Dicitur & Emplastrum de Lithargyro nutrito Mesuæ. Siccat potentissimè, ulcera difficilia percurat, fistulas

fistulas quæ nondum callum contraxerint iungit, eoque; Parotidas Criticas quæ iam fistulas traherent in pueris, adolescentibus, ac mulieribus Galenus percuravit.

Aliud Emplastrum Triapharmacum Dioscoridis ex oleo, Cera & ærugine vlcus carne implet. Vide Marantam fol. 240.

**EMPLASTRUM AD
TOPHOS, VVLGO
KNIPFELPFLASTER.**

R Picis naualis,
Colophonie. ana. vncias tres.
Mucilaginis radicis Altheæ
vncias duas semis.

Galbani,
Mastiches,
Myrrhæ,
Thuris,
Ammoniæ. ana. vnciam vnam semis.

Propoleos,
Visci Quercini,
Aristolochiæ rotundæ,
Æris vsti,
Cera Citrinæ,
Terebinthinæ. ana. vncias tres.

(strum.
Fiat secundum artem Empla-

In tumoribus & nodis Gallicis felici
successu usurpatur, quod quia nostris

Medicis usu consuetum est, merito operi huic inferendum erat.

**EMPLASTRUM
FILII ZACHARIÆ
SECUNDVM MES-
VEN.**

R Cerae flauæ,
Medullæ cruris vaccæ,
Adipis Anatis,
Gallinæ,
Mucilaginis sem. Lini. ana.
libram vnam.
Olei Lini quantum satis est.
Fiat Emplastrum.

Si autem valentius facere volueris, adde

Mucilaginis Altheæ,
Foenugræci. ana.
partes æquales.

Olei Leucoij (pro Oleo Lini)
quantum satis.

Adhuc valentius reddetur, si
addatur

Mucilaginis Oesypi,
Ichthyocollæ. ana. quantum
sufficit.

In tularum tophos ac nodos duros e-
mollit, dissoluit, & crassa lentaq; pul-
monis ac thoracis excrementa ad eiectionem
per sputum magis habilia reddit.



R r 3

ME



MEDICAMENTO-
RVM OFFICINIS PHAR-
MACEVTICIS REIP. AV-
GVSTANÆ VSI-
TATORVM.

CLASSIS DECIMA NONA.
CERATORVM PA-
RANDORVM MO-
DVM PRÆSCRI-
BENS.

CERATVM EX
BETONICA.

℞ Terebinthinæ,
Resinæ Pini,
Ceræ flauæ. ana. vncias duas.
Betonicæ puluerisate vnciam
semis.
Mastiches,
Thuris. ana. drachmas duas.
Mumiæ drachmam vnam
semis.
Misce, fiat Malagma.

CERATVM CAPI-
TALE.

℞ Sandaracæ,
Thuris,

Mastiches,
Ligni Aloës,
Santali rubri,
Rosarum Rubearum. ana.
drachmam vnam.

Cum Labdano, Cera & resina.
ana. quantum sufficit fiat Cera-
tū, ad capitis fluxiones sistendas.

CERATVM CERI-
NE CTESIPHONTIS.

℞ Ceræ Citrinæ,
Terebinthinæ,
Olei antiqui,
Salis Nitri. ana. libram semis.
Aquæ communis vncias
octo.

Diffol.

Dissoluatur Nitrum in aqua mortario imposita ad perfectam colaturam: postea ponatur ad ignem, semper agitando cum baculo ad perfectam coctionem. Fiant Massæ in bona forma, cæteris quæ liquari debent iniectis.

Vel hac ratione paratur.

Quæ liquari possunt liquefacimus, & cum dissoluta fuerint, Nitrum ex aqua leuigatum adijcimus, id paulatim mouentes & assidue, cauentesque ne efferuescat.

E Xiccet mirifice humores omnium corporis partium, & præsertim scro-
ti. Describitur à Galeno s' κ γέν
404.

**CERATVM DIA-
CHALCITEOS GA-
LENI, SEVDIA-
PALME.**

R Axungie porci veteris à mem-
branis per liquationem &
colationem purgatæ libras
duas.

Olei veteris,

Lithargyri triti, & creti. ana.
libras tres.

Chalcitidis vstæ vncias qua-
tuor.

Coquantur igne, & moueantur
rudiculâ ex ramo Palmæ recen-
tissimo confectâ, ac cum propè
excoctum erit, adde

Teneriorum Palmæ ramorū
minutim incisorum, & in
nodulo ligatorum mani-
pulos quatuor.

Coquantur ad Cerati crassi-
tatem.

A mbustis, ruptis & contusis, vul-
neribus cruentis, tumoribusq; pe-
stilentibus vtile existit.

I N defectu ramorum Palmæ sumatur rudicula
ex recenti ligno Quercus.

**DIADICTAMNV,
SEVSACRVM GA-
LENI.**

R Olei veteris libras duas semis.

Lithargyri libram vnā, vn-
ciam semis.

Æruginis vnciam vnā.

Squammæ aris drachmas
sex.

Colophonix vncias sex,
drachmas duas.

Pollinis Thuris vnciam vnā
semis.

Ammoniæ vncias duas:

Æris vsti vnciam vnā.

Diphrygis,

Gentianæ. ana. drachmas
sex.

Propoleos,

Aloes. ana. vnciam vnā.

Galbani vnciam vnā se-
mis,

Aristolochiæ rotundæ,

Dictamni Cretensis. ana. vn-
ciam vnā, drachmas

duas.

Ceræ

Ceræ drachmas viginti quinque.

Confice in hunc modum.

Lithargyrium cum Oleo mixtum coques tantisper dum probe coierint, continenter agitando, & additis ærugine & squamma æris ferueant aliquantulum. Exime igni, & dum adhuc bulliunt immitte resinam & Ammoniacum in aceto dissoluta, ac eousque commoue, donec deferbuerint, tum ceram & æsustum immitte. Rursus coquantur igne, & cum non inficient manus, exime, & adde reliqua tenuissimè trita, probe moueto, ac confice Magdaleones.

CERATVM GRATIA DEI, NICOLAII

℞ Terebinthinæ libram semis.
Resinæ libram vnam.

Ceræ albæ vncias quatuor.

Mastiches vnciam vnam.

Verbenæ,

Betonicæ,

Pimpinellæ ana manipulum.

Herbæ pistentur, & in Vino albo odorato bulliant vsque ad consumptionem tertiæ partis, colentur, deindè herbæ abijciantur, ac cera, Resina & Mastiche cum colatura ponantur, ac bulliant iterum agitando donec incorporentur: tunc deponantur ab igne, & addatur Terebinthi-

na, ac totum agitetur benè cum spatula, & fiat Emplastrum.

ISIS EX GALENO.

℞ Ceræ albæ drachmas quinquaginta.

Terebinthinæ drachmas centum.

Squammæ æris,

Æruginis,

Aristolochiæ,

Thuris,

Salis Ammoniaci,

Ammoniacæ guttæ,

Æris vsti ana drachmas quatuor.

Aluminis vsti drachm. tres.

Myrrhæ,

Aloës,

Galbani ana drachmas sex.

Olei veteris vncias quinque.

Coquantur, deindè subigantur manibus aceto forti lotis, & fiant Magdaleones, quos in aceto repones diebus decem.

V Surpatur ad sæda vlcera & fistulosos sinus; carnem putridam absorbit, ac sædam vlcerum antiquorum, & quæ mali moris saniem exiccat, & abstergit.

A Lij addunt Radicis Dracontij drachmas quatuor.

CERATVM MATRICALE, VEL DE GALBANO.

℞ Galbani præparati vnciam vnam semis.

Afæ

PHARMACOPOEIA

Aſæ foetidæ vnciam ſemis.
 Myrrhæ rubæ drachmas
 duas.
 Bdellij mollis drachmam v-
 nam.
 Matricariæ pulueriſatæ,
 Artemiſiæ. ana. drachmam
 ſemis.
 Seminis Dauçi ſcrupulum v-
 num.
 Gummi diſſoluâtur in aceto, &
 fiat Ceratum.

VTerum frigidum calefacit, eius fla-
 tulentiam diſſipat, eum elocatum
 reponit, ac in propria ſede coërcet, doloreſ-
 que eius frigidos placat.

ALij Cerati huius ita conſecti ſingulis vnci-
 ſ addunt.

Gummi Animæ drachmas tres.

Tacamahacæ drachmas quinque.

Fiat vt artis eſt.

CERATVM OESY-
 PI, MESVÆ.

RCeræ flauæ vncias tres.
 Olei Chamæmelini,
 Irini. ana. vncias ſex.
 Maſtiches vnciam vnam.
 Spicæ Nardi drachmas duas
 ſemis.
 Croci drachmam vnam ſe-
 mis.
 Terebinthinæ vnciam vnam.
 Reſinæ vnciam ſemis.
 Oefypidrachmas octoginta.

EMollit, lenit, concoquit, et maturat,
 duros tumores ac topbos membrorū
 digerit, crudosq; abſceſſus maturat. Phi-
 lagrij ad prædicta omnia efficacius.

AUGVSTANA. 289

CERATVM OESY-
 PI, PHILAGRII.

RCroci drachmas quinque.
 Bdellij,
 Maſtiches,
 Ammoniæ,
 Aloës,
 Styracis liquidæ. ana. drach-
 mas ſeptem.
 Ceræ flauæ libram vnam.
 Terebinthinæ vnciam vnam
 ſemis.
 Medullæ cruris vaccæ,
 Adipis Anferis. ana. drachmas
 quindecim.
 Oefypi humidæ libram vnā
 ſemis.

Olei Nardini quantum fatiſ.

Bdellium, Ammoniacum & A-
 loë diſſoluantur in aqua, in qua
 Fœnugræcum & Chamomilla
 ſint macerata, poſtea aliis com-
 miſceantur.

Post Philagrium addiderunt nō-
 nulli

Succi Scillæ vncias tres.

Seui Vitulini drachmas
 quindecim.

Thuris vnciam vnam.

Ceræ quartaria tria, ſeu vnci-
 as nouem.

CERATVM DIA-
 PIPEREOS, GALENI

RLithargyri Argenti.
 Ceruſſæ. ana. libram vnam.
 Olei communis libras duas.
 Ceræ vncias ſex.
 Terebinthinæ vncias tres.

Ss

Thuris

Thuris vnciam vnam semis.
 Aluminis drachmas sex.
 Piperis drachmas tres.

Fit in hunc modum.

Lithargyros leuissimè trita co-
 quatur ad solem in oleo, quæ
 tantisper mouenda donec crassi-
 tiem habeat, nec manus inqui-
 net. Deindè adduntur Cera &
 Terebinthina: his liquatis inijce
 puluerem tenuissimum Thuris,
 Aluminis, & Piperis, postremò
 Cerussam tenuissimè puluerifa-
 tam, semper mouendo, confice
 Ceratum ad iustam crassitiem.

CERATVM EX PEL-
 LE ARIETINA, AR.

NOLDIDE VILLA
 N O V A.

℞ Lithargyri,
 Lapid. Hæmatitis,
 Sanguinis Draconis,
 Boli Armeni,
 Opii,
 Mastiches,
 Ammoniaci,
 Mumia,
 Galbani,
 Thuris,
 Costi,
 Lumbricorum. ana. drach-
 mam semis.
 Ncis nigra, seu naualis,
 Græca, seu Colophonæ,
 Cera alba,
 Rubra. ana. drachmam
 vnam.
 Rad. Consolidæ maioris,

Minoris. ana. drachmas
 tres.

Rosarum rubearum,
 Myrrha,
 Aloes ana. grana decem &
 octo.

Succi Hypocistidis,
 Gallarum immaturarum,
 Balaustiorum,
 Aristolochiæ rotundæ. ana.
 drachmas sex.

Visci Quercini,
 Terebinthina. ana. drachmas
 duas.

Sanguinis Hominis rufi vn-
 cias nouem.

Confice sic:

Pellem Arietinam integram cū
 omnibus pilis coques in aqua,
 donec ferè omninò dissoluta sit
 in lentorem quendam, quem
 colabis. Huius colaturæ sume li-
 bram vnam, immitte in vas no-
 uum, in quo viscum liquabis lē-
 to igne, rudiculâ semper agitan-
 do; inijce deindè Lumbricos,
 postea Ceram, Terebinthinam
 & Mastichen: his liquatis adde
 Gummi aceto dissoluta, & co-
 que ad Cerati crassitiem. Postre-
 mò inijce, quæ terenda sunt pro-
 bè trita, probeq; misce, & confi-
 ce Magdaleones.

Ad membrorum luxationes adhi-
 betur, præcipuè verò Herniosis pro-
 dest.

CERATVM ALI-
VD PRO HERNIOSIS
NORIMBERGENSEScelebrant, quod sic ha-
ber.

Pul. Mastiches,
 Mumia,
 Thuris,
 Electri siue Succini,
 Gummi Arabici,
 Tragacanthæ,
 Aloës optima,
 Balsamiflorum,
 Rosarum ana. vnciam semis.

Sanguinis Draconis,
 Boli Armeni,
 Lapidis Hæmatitis. ana. drachmas sex.
 Olei Rosarum vncias tres.

Myrtini,

Mastichini. ana. vnciam vnam.

Cum Cera & resinâ quantum sufficit fiat Cera-
tum.

Hoc frequenter vtebatur Clarissimus Me-
 dicus & excellentiss. Chirurgus D. D. Vol-
 kerus Coiter Frisius p. m. eo quod in herniosis affe-
 ctibus magno cum emolumento ac feliciter vsur-
 pando eius effectum perspectum habebat.

CERATVM SAN-
TALINVM, MESVA.

Rosarum drachmas duode-
 cim.

Santal. rubri drachmas decem.

Albi,

Citrini ana. drachmas
sex.

Boli Armeni drach. septem.

Spodij drachmas quatuor.

Camphoræ drachmas duas.

Cerae albæ drach. triginta.

Olei Rosati libram vnam.

Confice secundum artem.

Phlogmonas & calidas intemperies
 ventriculi & hepatis, atque alia-
 rum paruum emendat.

CERATVM SPA-
RADRAPPVM, VI-
GONIS.

R^x Hordei,
 Myrtillorum,
 Olei Rosati ana. vncias duas.
 Vnguenti Populnei vncias
 duas semis.
 Pinguedinis Vituli,
 Vaccæ ana. librâ
 semis.
 Axungie porci vncias quinque.
 Foliorum Plantaginis,
 Solatri,
 Matrisyluæ. ana.
 manipulos duos.
 Vini Granatorum vnc. octo.

Omnia simul pistentur & con-
 quassentur, ac per diem Natura-
 lem permaneant; deinde bulli-
 ant ad consumptionem vini.
 Postremum colentur, colaturæ
 adde sequentia.

Lithargyri Auri,

Argenti ana. vncias
tres.

Minij drachmas decem.

Boli Armeni,

Terræ Sigillatæ. ana. drach-
mas sex.

Bulliant iterum, ac baculo agi-
 tentur, & cum cera alba quan-
 tum sufficit fiat Sparadrappum,
 addendo in fine cocturæ

Camphoræ drachmas duas.

Terebinthinæ vncias tres se-
mis.

Misce.

Fluxiones quacunq̄ue corporis parte
irruentes intercipit, & ad locum af-
fectum deuolui vetat.

CERATVM STOMA-
CHALE GALENI,
M E S V Æ. fol. 127.

℞ Rosarum rubearum,
Mastiches. ana. drachmas
viginti.

Foliorum Absinthij drach-
mas quindecim.

Spicæ Nardi Indicæ drach-
mas decem.

Ceræ mundę vncias quatuor.
Olei Rosacei libram vnam
semis.

Ceram & Oleum aliquoties
ex aqua Rosarum lauabis, & ex-
colata omni aqua rursus ad len-
tum ignem dissoluatur. Deindē
alia omnia in subtilissimum pul-
uerem trita inspergantur.

Ventriculum infirmum vnā cum
hepate roborat, ac horum dolorem
à frigida causa lenit, vomitiones compe-
scit, & concoctioni opitulatur.



MEDICAMENTO-
RVM OFFICINIS PHAR-
MACEVTICIS REIP. AV-
GVSTANÆ VSI-
TATORVM.

CLASSIS VIGESIMA.

PRÆPARATIONES
QVORVNDAM SIMPLI-
CIVM, QVORVM IN HOC OPE-
RE MENTIO FACTA EST, DI-
LVCIDANS.

ADIPVM PRÆPARATIO.

ADeps quiuis excisus à membranis exemptis venulis ac fibris toties lauetur, donec purus euaserit. Mercurialis calida aqua lauari vult, verùm pinguedines frigidâ lotâ solidiores fiunt, & magis candidâ, vt experientia monstrat in parâdo Vnguento Rosato Mesuâ. Dioscorides adipem in sole liquat, quem colliquatum colat, ac reponit.

ANACARDIORVM PRÆPARATIO.

ANacardi teruntur, maceranturque in aceto acerrimo diebus septem, deindè coquantur lento igne, colanturque; remanentia siccatur, atque ea est substantia Anacardiorum præparata.

COLOCYNTHIDIS PRÆPARATIO.

TRochisforum Alhandal. cōfectio, est vera Colocynthidis præparatio.

CORIANDRORVM PRÆPARATIO.

COriandri semina tribus diebus aceto macerantur, deindè siccantur & reponuntur.

ÆRIS VSTIO.

ÆRis bracteæ in fictile imittantur, interposito inter singulas lamellas Salis communis aut Sulphuris puluere, atque sic stratum super stratum paratur, quod igne vratur ad sufficientiam: cinis relictus aqua calida sæpius affusa dulcoratur, qui rubicans euadit à Sale vel nitro; niger autem si per Sulphur præparetur.

EBORIS SEVAN-
TISPODII PRÆPARATIO.

R Eboris selecti in tenues lamellas seu frustula dissecti librâ vnam: id fictili crudo nondum cremato indatur vasculi portione aliqua in summitate aperta relictâ, ne Ebur inter vrendum nigrescat: postea coquatur vnâ cum reliquis fictilibus in fornace figuli ad perfectionem, abhinc exemptum teratur ac aqua Rosacea abluatur, rursus siccetur, & iterum abluatur, idque tertia vice fiat, in cuius ultima lotionem in aquâ jam dictâ Rosaceâ bra vna dissolutâ sint Camphoræ drachmæ quatuor, leuigentur in marmore, & fiant Trochisci.

ESVLÆ PRÆPARATIO.

Ss 3

Esu-

ESula præparatur tribus diebus eam in acerrimo aceto infundendo, rursusque exiccando.

E V P H O R B I I
P R Æ P A R A T I O .

EVphorbiū subtilissimè pulverisatum in lapide cum sufficienti quantitate Olei Amygdalarum dulciū instar Collyrij fricatur & atteritur, massa postmodū illa Pomo Citrino vel Cydonio excavato inditur, pastaque panis obuoluitur, atq; sic in clibano coquitur. Euphorbium deindè sic præparatum vase vitreo benè obturato reconditur.

G E R S Æ P A R A N
D Æ R A T I O , S E V C E R V S
S Æ S E R P E N T A R I Æ .

EX radicibus Serpentarię maioris ab extimo cortice nigro mundatis, ac in lapidea pilatulis succus exprimat, qui in vitreo catino probè tectus ad solem siccetur, donec Cerussę similis euaserit.

H E L L E B O R I N I
G R I P R Æ P A R A
T I O .

RAdices Hellebori nigri, depta lignea medulla triduo in vino Cydoniorum macerantur loco tepido & calente, po-

stea exiccantur ac reponuntur.

Alioquin radices sic maceratae Pomo demum Cydonio infiguntur, quod pasta panis obuolutum in clibano coquitur ad sufficientiam, radices postmodum exemptæ siccantur, & in vasum asservantur.

H I R V N D I N V M
V S T I O .

PVlli Hirundinum ita jugulentur, vt sanguis super alas defluat, hi modico trito sale aspergantur, ac in nouo fictili vitreato probè obturato vrantur, cinis reseruatur.

Eodem ferè modo, sed sine addito sale vruntur Erinacci, torrentur Ranæ, Millepedes, Bufones ad Zenechta expetiti, ac alia animalia.

I E C O R I S L V P I
P R Æ P A R A T I O .

IEcut Lupi vino odorato lotum exiccetur in furno, postea Absinthio circumdatum reponatur. Aliqui & rectè id ante exiccationem puluere Santalorum, maximè verò Citrini conspergunt.

I N T E S T I N I L V
P I P R Æ P A R A T I O .

Intestinum Lupi secundum longitudinem sectum, ac vino in

in quo Ruta & Foeniculum coxerint elotum ac in frusta dissectum exiccetur, & Ruta obuolutum seruetur.

LACCÆ PRÆPARATIO.

Lacca trita aqua fontana cui Aristolochia & Schoenanthos ad æquas partes incoxerit lauatur, pistillo semper agitando quoad clarescat: quod residet coletur, & siccetur.

LAPIDIS LAZULI PRÆPARATIO.

Lapis Lazuli minutissime tritus toties aqua abluitur, fricatur, & agitur, donec aqua nullum amplius vel colorē, vel saporem induerit.

LUMBRICORVM PRÆPARATIO.

Lumbrici cum vino toties lauatur, donec omnem impuritatem deposuerint; deinde siccantur.

MEZEREI PRÆPARATIO.

Folia Mezerei macerentur horis viginti quatuor in aceto acerrimo, postea in umbra siccentur & assentur.

PLVMBI VSTIO.

Plumbum cum Sulphure (vt in Æris vstione supra monuimus) strato vno super aliud facto vritur, post vstionem sapius abluitur & resiccatur.

PVLMONIS VVLPIS PRÆPARATIO.

Pulmo Vulpis recens, extracta aspera arteria, vino perquam odoro cui Hyslopus, & Scabiosa incoxerit, diligenter lauatur, lotus siccat, siccat, siccat Absinthio, Marrhubio ac Hyslopo inuolutus reponitur.

SANGVINIS HIRCI PRÆPARATIO.

Hircum mediocris ætatis domi per mensem alito, qui Pimpinella, Apio, Petroselino, Leuistico, Erica, Malua, & similibus herbis Diureticis nutriatur, hunc ætatis principio sole Cancrum ingrediente mactato, & sanguinem, qui ex arterijs eius defluerit vase mundo excipito, & abiectis partibus ichorosis concretere finito, ac in grumos in furno resiccato.

SVLPHVRI PRÆPARATIO.

Sulphuris communis puri q. s. verbi gratia libram semis. Colcothar. id est. Vitrioli calcinati seu vsti vncias tres.

Trita ponantur in cucurbita vitrea bene obturata, seu vt Barbari dicunt, perlutata: huic

imponere sublimatorium fictile, interius tamen vitreatum, cuius foramen in capite tantisper patulum maneat, donec in sublimatione omnis ferè humiditas exhalando consumatur. Cognoscito hoc si lamina aliqua, vel vitrum foramini impositum à fumo non amplius inficiatur. Fiat sublimatio mundo igne, primùm lento ac miti, deinde vehementi, ad decem vel duodecim horas; Sulphur quod ascendit, ac sublimatum est, plummâ ex sublimatorio extrahatur.

℞ Huius Sulphuris semel sublimati vncias quinque.

Adde

Colcotharis vncias duas.

Fiat iterum sublimatio vt prius. Huius bis sublimati Sulphuris denuò capias vncias quinque, quibus adde Colcotharis vnciam vnâ semis, fiatque tertia sublimatio. Hoc iam ita depuratum est. vt vulgo à Chymicis flos Sulphuris appelletur. Huius scrupulus vnus, aut duo facile & sine incommodo in aliqua aquâ appropriatâ sumuntur.

Alij Sulphur aliquoties infundunt Lixiuio feruentissimo & acerrimo, & ita exiccatum

rursus infundunt, donec omnè odorem amittat.

SCAMMONII

PRÆPARATIO.

℞ Scammonij electi & lactescentis libras quatuor.

Succi Cydoniorum libras duas, & vncias duas.

Cort. Myrobalanorum Citrinorum.

Mastiches electæ. ana. vncias duas.

Myrobalani contusi infundantur succo Cydoniorum loco calido, donec humorem imbibant: tum addatur Scammonium per se tritum in mortario inuncto Oleo Amygdalarum dulcium, fiant Trochisci vt artis est. Scammonium sic præparatum, Diagrydium vocatur.

SCILLÆ PRÆPARATIO.

℞ Scillam recentem, hanc reiectis aridioribus tunicis extimis pastâ panis inuolue, eamque in clibano ad panis sufficientiam coque; exemptam cultro ligneo solido, aut ex osse parato in laminas dissecta, quas filo traicce, ita vt vna alteram non attingat, & loco sicco appensas exicca.

SE.

SERICI CRVDI
PRÆPARATIO.

Folliculi Serici exemptis ver-
mibus incisi, in furno tepido
ollæ nouæ impositi ficcantur,
dum possint in mortario per tri-
turam in puluerem redigi.

SCORIÆ FERRI
PRÆPARATIO.

Limatura ferri in aquam lim-
pidissimam proiecta mani-
bus fricetur, & abluatur toties,
donec sorditiem deposuerit, hu-
ic deindè in vitream patinam
inditæ affunde modicum aceti,
vt id non emineat, sed solum li-
matura ex eo humectetur: hanc
sic diebus triginta macera, tan-
dem tere & repone.

TEREBINTHINÆ
COQVENDÆ
MODVS.

Terebinthinæ libra vna co-
quitur in libris viginti qua-
tuor aque, donec odorem amit-
tat & inspissetur, adeo vt refrige-
rata digitis in puluerem teri que-
at, ac vitri modo diffiliat.

TVTIÆ PRÆPA-
RATIO.

TVtia Arabum, seu Græcorū
Cadmia, Botryites Diosco-
rid. aliquoties vel ad minimum
ter in crucibulo candefiat, dein-
dè singulis vicibus aquâ Rosarū
extinguatur, tunc demum trita

leuigetur in marmore. Alij sic
præparatam linteo includunt,
& in vase aquâ clarâ pleno hinc
indè agitant, vt tenuior ac me-
lior eius pars in aquam effluat,
crassiore in linteolo relicta. In-
dè cum resederit, aquam aufe-
runt, ac suprâ porphyritem ex
aquâ Rosacæ molunt, tandem-
que in pastillos cogunt.

Reliqua præparata, solâ ferè
leuigatione ac triturâ perficiun-
tur, vt sunt:

Blatta Bizantia.

Bolus Armenus Orient.

Coralli albi.

Rubri.

Cornu Cerui vstum.

Lapis Hæmatites.

Lapis Lazuli.

Lapis Magnes.

Quinque Lapides pretiosi.

Margaritæ.

Mater Perlarum.

Spodium.

Succinum, &c.

SVnt & alia quædam, eaque complu-
ra, quæ cuius pro cuiuslibet libito
ac voluntate & præparantur, & præpa-
rata prostant, vtpotè Crocus Martis,
Stibium, Colcothar indulcatum, Oculi
Canceri carulei, Argilla fornacum, Pelli-
culæ ventriculorum Gallinarum, Exu-
tia Colubri, Rubrica fabrilis leuigata,
Sanguis Taxi seu Melis, Cruor Agni si-
stendo sanguini dicatus, Cinis Ruber-
tæ, Puluis Scorpionum & his similia.

Horum aliqua vstionem requirunt, vt
metallica, nonnulla tosturam exigunt vt
mineralia pleraque, alia nutritionem
postulant, vt Sarcocolla, Gypsum ac
Alco-

Alcohol Nihili. His solâ trituratio sufficit, illis infusio noxam adimit, eaq; medicamentorum compositionibus idonea reddit, prout sunt Anacardia, Rad. Hellebori, Esulâ, &c. Pleraq; verò repurgatione indigent, ac situs depositione meliorantur. Nec desunt, quibus depuratio per quietem seu residentiam facta vim addat, qualia sunt vinum Ribes, Cydoniorum, Granatorum, Vux crispâ, ac de Berberis. Plurima porrò oculo domini equum custodiente rectè in populi salutem ac civium sospitatem fida detinentur.

Hæc autem Pharmacopœorum diligentiam concernunt, quos vt in præstitâ hucusq; fide qua nobis hæctenus juncti fuere perseuerent, hortamur, atq; vt in id studiû sedulò incumbant monemus, vt Respublica Medica de ipsorum sedulitate sperare non parùm possit, gaudere verò plurimum valeat.

EPILOGVS.

ATQVE HÆCE STEA
Pharmacopœiæ nostræ moderna facies, quam si magis tersam posteriora sæcula præstiterint, nostrorum tamen laborum fulcimine sese non nihil nixa fuisse fateri non dedignabuntur, si quæ enim hic etiam nobis adstipulantibus non absoluta penitusq; perfecta videri possunt, sunt tamen ea nostro conatu eò planè directâ, vt prompto subsequen-
tium sæculorum studio facillimè in extremum perfectionis suæ culmen deduci, ac nitidiùs ad summum perpoliri queant. Quæ in re vtpotè cunctis vsui & commodo futuram, omnes ac singulos Medicæ facultati quomodolibet addictos strenuè laborare conuenit ac decet vt fructus subsequens non deceat modo, sed & conueniat, præstante id Domino DEO, omnis salutis auctore, quem decet honor, gloria, & gratiarum actio in sæcula.

F I N I S



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in two columns.





S I M P L I C I V M
M E D I C A M E N T O R V M
I N O F F I C I N I S N O S T R I S
P R O S T A N T I V M P L E R O-
R V M Q ; C A T A L O -
G V S .

| | |
|--|--------------------------|
| <i>Plantis & arboribus, quarum partes sunt</i> | Folia, τὰ φύλλα. |
| | Flores, τὰ άνθη. |
| | Semina, τὰ σπέρματα. |
| | Radices, αἱ εἰζαί. |
| | Fruetus, οἱ καρποί. |
| | Succi, χυλοί. |
| | Liquores, ὀποῖ. |
| | Gummi, δάκρυα. |
| | Cortices, φλοιοί. |
| | Ligna, τὰ ξυλά. |
| Aromata, τὰ ἀρώματα. | |
| <i>Animalibus, ut sunt</i> | Pinguedines, αἱ πημελάι. |
| | Medullæ, μυελοί. |
| | Ossa, τὰ ὀστέα. |
| | Pili, αἱ τρίχες. |
| <i>Simplicium medicamentorum materia quædam proueniunt vel à</i> | Excrementa, ἀποχρήματα. |
| | Sanguis, ἰδ αίμα. |
| | Lac, ἰδ γάλα. |
| <i>Terræ, ut sunt</i> | Metalla, τὰ μέταλλα. |
| | Lapides, οἱ λίθοι. |
| | Gemmae, οἱ λίθοι τίμιοι. |
| | Terræ, γαῖς. |
| <i>Mari & aquis, ut sunt</i> | Sal, ἀλλ. |
| | Spuma Salis, ἀλλ ἄρ-εός. |
| | Bitumen, ἄσφαλτος. |
| | Spongia, σπόγγος. |
| | Coralium, κοράλλιον. |
| | Succinum, γλέσσον. |
| Margarita, μαργαρίτης. | |

Stirpes, seu Herbæ.

| | |
|--|---------------------|
| <p>Abrotonum, ἀβρότονον. Mas, Famina.</p> <p>Abfynthium, ἀβίνθιον. Vulgare. Ponticum, seu Romanum. Seriphium.</p> <p>Acanthus vera, ἀκανθός.</p> <p>Acetofa, ὄξαλις.</p> <p>Acetofella, ὄξυς τρίφυλλον, Alleluia.</p> <p>Ageratum, ἀγρίστον.</p> <p>Agrimonia, ἀργεμόνη.</p> <p>Agnus Castus, ἄγνος, Vitex, & Salix Amerina. Dicitur & λόγος, quod maxime flexilis sit & lenta. Castus dicitur, quod in Thesmophorijs, siue Cereris Sacris femina castitatem studentes eam gestarent. Teste Aristophane.</p> <p>Adiantum, ἀδίατον. Capillus Veneris, ἀδιδάινειν quod folium ejus perfusum non mædeat.</p> <p>Aiuga, χαμαιπίτυς, Iua Arthrit.</p> <p>Alfinc, ἀλσίον. Morfus gallinæ.</p> <p>Alcea, ἀλλέα.</p> <p>Althæa, ἀλθαία. Ibisus, Bismalua.</p> <p>Alchimilla, Pes Leonis.</p> <p>Anagallis, ἀναγάλλις. Mas, Famina.</p> <p>Anchusa, ἀγχυσα. Buglossa syluestris, aliqui Alcantam vocant.</p> <p>Anonis, ἀνωρίς, Resta Bouis.</p> <p>Anthemis ἀνθεμῖς, Chamæmelon</p> <p>Anethum, ἀνήθον.</p> | <p>Apium</p> |
|--|---------------------|

Apium, σέλινον. Herba Leonis.
 Crispum, Petroselinum.
 Eleoselinum Dioscoridis, quod est Palustre Matthioli.
 Artemisia, ἀρτεμισία.
 Aristolochia, ἀριστολοχία.
 Arnoglossa, ἀρνόγλωσσος, Plantago.
 Asarum, ἄσαρον, Baccara Fumanello.
 Asclepias, ἀσκληπιάς, Vincetoxicum.
 Asplenon, ἄσπληνον, Ceterach, Hemionitis, Scopolopendrium. Lang. lib. 1. ep. 449.
 Atriplex, ἀτρίφαξις.
 Auricula muris, μύρος ὄστ.
 Balsamita, σισυμβειον.
 Basilicon, ὄκνον.
 Vulgare.
 Citratum.
 Bardana, λάπατον. Arction, Personatiā.
 Benedicta, Sanamunda.
 Betonica, κέσση.
 Coronaria, Herba Tunica.
 Beta, τούτλον.
 Nigra, } Mangold.
 Alba, }
 Rubra, }
 Blitum, βλήττον.
 Majus, } Mayer.
 Rubrum, }
 Album. }
 Botrys, βότρυς.
 Branca vrsina vulgaris, ἀχελός, Sphondylium est.
 Brassica hortensis, κρήνη, Caulis, quasi κορυμβόλη ἀπὸ ἀμβλαίνειν τὰς κρήνας.
 Brassica sylvestris, κρήνη ἀγρία. Bonus Henricus.
 Brassica marina, κρήνη θαλάσσια, seu Soldanella.
 Borago, Buglossum veterum.
 Buglossa, βυγλωσσον. Echium.
 Bupthalmum βύφθαλμον. Cotula non foetida.
 Bursa Pastoris.
 Buxus, βύξος.
 Calamintha, αλαμίνθη.
 Montana, βείνη.
 Palustris seu aquatica, ἡνδία.
 Carduus Benedictus, ἀκάνθιον.
 Carduus B. Mariæ.
 Cauda Equina, ἵππωνεις, Equisetum.
 Caprifolium, πτερυκτόμενον. Matrifylua.
 Caryophyllata.
 Chamædrys, χαμαιδρυς, Trissago, Quercula, Calamandrina.
 Chamæmelon, χαμαιμύλον.
 Chamæpitys, vide Aiuga, Feldt Eupres.
